UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Corpus Juris Canonici

**Gregor <XIII., Papst>**

**M. DC. LXI. Coloniae Munatianae, 1661**

De Svmma Trinitate, Et Fide Catholica.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62953

Visual Library

# DE SVMMA TRINITATE, ET FIDE CATHOLICA.

## *TITVLVS I.*

## INNOCENTIVS III. IN CONCILIO GENERALI *a.*

*Tractat de Trinitate, & ipſius operibus: de Fide, & articulis fidei.*

### CAPITVLVM PRIMVM.

FIRMITER credimus *b*, & ſimpliciter confitemur *c*, quòd unus ſolus eſt verus Deus, æternus, immenſus, & incommutabilis, incomprehenſibilis, omnipotens, & ineffabilis, Pater & Filius, & Spiritus Sanctus: tres quidem perſonæ, ſed una *d* eſſentia, ſubſtantia, ſeu natura ſimplex omninò: Pater à nullo, Filius à Patre ſolo, ac Spiritus Sanctus pariter ab utroque: abſque initio, ſemper ac ſine fine: Pater generans, Filius naſcens, & Spiritus Sanctus procedens: conſubſtantiales, & coæquales, & coomnipotentes, & coæterni: unum univerſorum principium: creator omnium viſibilium & inviſibilium, ſpiritualium & corporalium: qui ſua omnipotenti virtute ſimul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam, ſpiritualem & corporalem, angelicam videlicet & mundanam: ac deinde humanam, quaſi communem ex ſpiritu & corpore conſtitutam. Diabolus enim & alii dæmones à Deo quidem natura creati ſunt boni, ſed ipſi per ſe facti ſunt mali. Homo verò diaboli ſuggeſtione peccavit. Hæc ſancta Trinitas ſecundùm communem eſſentiam individua, & ſecundùm perſonales proprietates diſcreta, primò per Moſen & ſanctos Prophetas, aliosque famulos ſuos, juxta ordinatiſſimam diſpoſitionem temporum, doctrinam humano generi tribuit ſalutarem. Et tandem unigenitus Dei filius Ieſus Chriſtus à tota Trinitate communiter incarnatus, ex Maria ſemper virgine Spiritus Sancti cooperatione conceptus, verus homo factus, ex anima rationali & humana carne compoſitus *e*, una in duabus naturis perſona, viam vitæ manifeſtius demonſtravit. Qui cùm ſecundùm divinitatem ſit immortalis & impaſſibilis, idem ipſe ſecundùm humanitatem factus eſt mortalis & paſſibilis. Qui etiam pro ſalute humani generis in ligno crucis paſſus & mortuus, deſcendit ad inferos, reſurrexit à mortuis, & aſcendit in cælum: ſed deſcendit in anima, & reſurrexit in carne: aſcenditque pariter in *f* utroque: venturus in fine ſæculi, judicaturus vivos & mortuos, & redditurus ſingulis ſecundùm opera ſua, tam reprobis, quàm electis: qui omnes cum ſuis propriis reſurgent corporibus, quæ nunc geſtant, ut recipiant ſecundùm opera ſua, ſive bona fuerint ſive mala: illi cum diabolo pœnam perpetuam, & iſti cum Chriſto gloriam ſempiternam.

*Tractatur hîc de ſacramentis eccleſiaſticis.*
*Abbas Siculus.*

Vna *a* verò eſt fidelium univerſalis eccleſia, extra quam nullus omninò ſalvatur. In qua idem ipſe ſacerdos eſt ſacrificium *b* Ieſus Chriſtus: cujus corpus & ſanguis in ſacramento altaris ſub ſpeciebus panis & vini veraciter continentur, trāſſubſtantiatis pane in corpus, & vino in ſanguinem, poteſtate divina: ut ad perficiendum myſterium unitatis, accipiamus ipſi de ſuo, quod accepit ipſe de noſtro. Et hoc utique ſacramentum nemo poteſt conficere, niſi ſacerdos, qui rectè fuerit ordinatus, ſecundùm claves eccleſiæ, quas ipſe conceſſit Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus Ieſus Chriſtus. Sacramentum verò *c* baptiſmi (quod ad Dei invocationem & individuæ Trinitatis, videlicet Patris & Filii, & Spiritus Sancti, conſecratur in aqua) tam parvulis, quàm adultis in forma eccleſiæ à quocunque ritè collatum proficit ad ſalutem. Et ſi poſt ſuſceptionem *d* baptiſmi quiſquam prolapſus fuerit in peccatum, per veram poteſt ſemper pœnitentiam reparari *e*. Non ſolùm autem virgines & continentes, verumetiam conjugati, per rectam fidem & operationem bonam placentes Deo, ad æternam merentur beatitudinem pervenire.

### CAP. II.

*Pater & Filius & Spiritus Sanctus vera unione, non collectiva, ſeu ſimilitudinaria, ſunt una eſſentia, ſubſtantia ſeu natura: quæ ſubſtantia non eſt generans, nec genita, nec procedens; quia illi actus non attribuuntur ſubſtantia, ſed perſonis: nec per hoc in Trinitate concluditur quaternitas. Contrarium ſentientes, ut hæreticè ſunt cenſendi, niſi ab errore reſipiſcant, & correctioni apoſtolicæ ſedis ſe ſupponant. Abbas Siculus.*

Idem *in eodem* f.

DAmnamus *g* ergo & reprobamus libellum ſeu tractatum, quem Abbas Ioachim edidit contra magiſtrum Petrum Lombardum de unitate ſeu eſſentia Trinitatis, appellans ipſum hæreticum & inſanum, pro eo quòd in ſuis dixit ſententiis *h*, quoniam quædam ſumma res eſt Pater & Filius & Spiritus Sanctus, & illa non eſt generans, neque genita, neque procedens: unde aſſerit, quòd ille non tam Trinitatem, quàm quaternitatem aſtruebat in Deo, videlicet tres perſonas, &

a *Cap. 1. Hoc autem concilium Romæ in Laterano celebratum eſt anno Chriſti 1215. aſſidentibus Hieroſolymitano & Conſtantinopolitano Patriarchis, & totius ferè orbis Epiſcopis, principumq́; legatis, anno Pontificatus Innoc. III. decimo octavo.* b *Cap. 1. eod. tit. in 4. compil.* c *Hanc Decr. & ſeq. eruditiſſimè explicat B. Tom. opuſc. 23. & 24. tom. 17.* d *ſimilis textus in l. nullus hæreticus. C. eod. tit.* e *Textus in l. inter claras. §. omnes. verſ. & quoniam. C. eod. tit.* f *Extremum judicium.*

a *Eccleſiæ unitas.* b *Euchariſtia.* c *Baptiſmus.* d *Pœnit.* e *Concor. ca. quia ſanctitas. c. ponderet. & c. contumaces. 50. di. quod autem ad civilem politiam & vindictam attinet, nemo pœnitentia nocens eſſe deſinit. l. 67. de furt. l. 17. de ædil. ed. l. pen. vi bon. rapt.* f *Cap. 2.* g *Cap. 2. eod. tit. in 4. compil.* h *L. 1. ſent. diſt. 5.*

illam communem eſſentiam quaſi quartam: manifeſtè proteſtans, quòd nulla res eſt, quæ ſit Pater & Filius & Spiritus Sanctus; nec eſt eſſentia, nec ſubſtantia, nec natura: quamvis concedat, quòd Pater & Filius & Spiritus Sanctus ſunt una eſſentia, una ſubſtantia, unaque natura, verùm unitatem hujuſmodi non veram & propriam, ſed quaſi collectivam & ſimilitudinariam eſſe fatetur: quemadmodum dicuntur multi homines unus populus, & multi fideles una eccleſia: juxta illud: *a* Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una. &: Qui *b* adhæret Deo, unus ſpiritus eſt cum illo. Item: *c* Ille qui plantat, & qui rigat, unum ſunt: &, *d* Omnes unum corpus ſumus in Chriſto: rurſus in libro Regum. *e* Populus meus, & populus tuus, unum ſunt. Ad hanc autem ſuam ſententiam aſtruendam, illud potiſſimùm verbum inducit, quod Chriſtus de fidelibus inquit in Evangelio: *f* Volo pater ut ſint unum in nobis, ſicut & nos unum ſumus, ut ſint conſummati in unum. Non enim (ut ait) fideles Chriſti ſunt unum, id eſt, quædam una res, quæ communis ſit omnibus, ſed hoc modo ſunt unum, id eſt una eccleſia, propter catholicæ fidei unitatem, & tandem unum regnum, propter unionem indiſſolubilis charitatis, quemadmodum canonica Ioannis Apoſtoli epiſtola legitur: *g* Quia tres ſunt qui teſtimoninm dant in cœlo, Pater & Filius & Spiritus Sanctus: & hi tres unum ſunt. Statimque ſubjungitur: Et tres ſunt, qui teſtimonium dant in terra; ſpiritus, aqua & ſanguis: & hi tres unum ſunt, ſicut in quibusdam codicibus invenitur. Nos autem ſacro *h* approbante concilio, credimus & confitemur cum Petro Lombardo, quòd una quædam ſumma res eſt, incomprehenſibilis quidem & ineffabilis, quæ veraciter eſt Pater & Filius & Spiritus Sanctus; tres ſimul perſonæ, ac ſigillatim quælibet earundem: & ideò *i* in Deo ſolummodo Trinitas eſt, non quaternitas: quia quælibet trium perſonarum eſt illa res, videlicet ſubſtantia, eſſentia, ſeu natura divina: quæ ſola eſt univerſorum principium, præter quod aliud inveniri non poteſt: & illa res non eſt generans, neque genita, nec procedens, ſed eſt Pater, qui generat, & Filius, qui gignitur, & Spiritus Sanctus, qui procedit: ut diſtinctiones ſint in perſonis, & unitas in natura. Licet igitur alius ſit Pater, alius Filius, alius Spiritus Sanctus, non tamen aliud: ſed id, quod eſt Pater, eſt Filius, & Spiritus Sanctus idem omninò: ut ſecundùm orthodoxam & catholicam fidem conſubſtantiales eſſe credantur. Pater enim ab æterno Filium generando, ſuam ſubſtantiam ei dedit, juxta quod ipſe teſtatur: *k* Pater quod dedit mihi, majus omnibus eſt. Ac dici non poteſt, quòd partem ſubſtantiæ ſuæ illi dederit, & partem ipſe ſibi retinuerit: cùm ſubſtantia Patris indiviſibilis ſit, utpote ſimplex omninò. Sed nec dici poteſt, quòd Pater in Filium tranſtulerit ſuam ſubſtantiam generando, quaſi ſic dederit eam filio, quòd non retinuerit ipſam ſibi: alioquin deſiiſſet eſſe ſubſtantia. Patet ergo, quòd ſine ulla deminutione Filius naſcendo ſubſtantiam Patris accepit: & ita Pater & Filius habent eandem ſubſtantiam: & *l* ſic eadem res eſt Pater & Filius, nec non & Spiritus Sanctus ab utroque procedens. Cùm ergo Veritas pro fidelibus ſuis orat ad Patrem: Volo (inquiens) ut ipſi ſint unum in nobis, ſicut & nos unum ſumus: hoc nomen *m* unum, pro fidelibus quidem accipitur, ut intelligatur unio charitatis in gratia: pro perſonis verò divinis [illegible] datur identitatis unitas in natura, quemadmodum [illegible] Veritas ait: Eſtote *a* perfecti, ſicut & Pater veſter cœleſtis perfectus eſt: ac ſi diceret manifeſtius: Eſtote perfecti perfectione gratiæ, ſicut Pater veſter cœleſtis perfectus eſt perfectione naturæ, utraque videlicet [illegible] quia inter creatorem & creaturam, non poteſt tanta ſimilitudo notari, quin inter eos major ſit diſſimilitudo notanda. Si quis igitur ſententiam vel doctrinam [illegible] Ioachim in hac parte defendere vel approbare præſumpſerit, tanquam hæreticus ab omnibus evitetur *b*. [illegible] tamen propter hoc Florenti *c* monaſterio (cujus ipſe Ioachim extitit inſtitutor) volumus derogari: quoniam [illegible] & regularis eſt inſtitutio, & obſervantia ſalutaris: maximè, cùm ipſe Ioachim omnia ſcripta ſua nobis [illegible] mandaverit apoſtolicæ ſedis judicio adprobanda, [illegible] iam corrigenda, dictans epiſtolam, quam propria [illegible] ſubſcripſit, in qua firmiter confitetur, ſe illam fidem [illegible] nere, quam Romana tenet eccleſia, quæ (diſponente Domino) cunctorum fidelium mater eſt & magiſtra. [illegible] probamus etiam & condemnamus perverſiſſimum [illegible] gma impii *d* Almarici, cujus mentem ſic pater [illegible] excæcavit, ut ejus doctrina non tam hæretica, quam [illegible] na ſit cenſenda.

## DE CONSTITUTIONIBUS TITULUS II.

### CAP. I.

*Iuris-canonici ſtatuta omnes ligant: & eorum ri[illegible] nunciando, quàm in decidendo judicia ſunt regulanda.*

Ex Concilio Meldenſi *e*.

CAnonum *f* ſtatuta cuſtodiantur ab omnibus [illegible] nemo in actionibus vel judiciis eccleſiaſticis [illegible] ſenſu, ſed eorum auctoritate ducatur.

### CAP. II.

*Conſtitutio reſpicit futura, & non præterita.*

Gregorius *g* in regeſt.

COgnoſcentes: *h* [ 1 & 7.] Rem quæ culpa [illegible] damnum vocari non convenit. Quoties [illegible] vum quid ſtatuit, ita ſolet futuris formam imponere [illegible] diſpendiis præterita non *i* commendet: Ne [illegible] tum ante prohibitionem poſſint ignorantes [illegible] currere, quod eos poſtmodum dignum eſt [illegible] ſtinere.

[ 1 *Multa narrantur de Chriſtianis mancipiis, quæ [illegible] parabant. Volebat autem Gregorius in futurum ſtatuere [illegible] qui Chriſtiana mancipia emerint, intra diem quadrageſimum [illegible] vendere teneantur. Sed ſi ante annum quàm hoc ſtatueretur [illegible] dam apud eos Chriſtiana mancipia manſerant, vetat ei [illegible] ſpendium irrogari, ſed eis eorum alienandorum licentia [illegible] ſa redditur, quia.*]

### CAP. III.

*Poteſtas legem condendi & mutandi eſt penes [illegible] Et quod de uno connexorum ſtatuitur, ad aliud connexum [illegible] tur. Abbas Siculus.*

Auguſtinus *ſuper illud epiſt. ad Hebræ. l*

TRanſlato ſacerdotio *m* neceſſe eſt ut legis [illegible] tio fiat.

Quia enim ſimul & ab eodem & ſub eadem [illegible] utraque data ſunt, quod de uno dicitur, neceſſe eſt ut [illegible] altero intelligatur.

---

a *Act.4.* b *1.Cor.6.* c *1.Cor.3.* d *1.Cor.12.* e *3.Regum 22.* f *Ioan.17.* g *1.Ioan.5.* h *Vide Melchiorem Can. lib.12.c.7. de locis Theolog. §.2. pracep.* i *In uno manuſcr. ita: Et ideò in Deo ſolummodo Trinitas, non quaternitas reperitur.* k *Ioan.10.* l *Ioan.17.* m *Significatum & æquivocationem dictionis unius vide apud Bart. in l.1. ſi plures. in verſ. difficile. ff. de pac. Sed aliter unum ſunt fideles Chriſti, aliter tres perſonæ divinæ.*

a *Math.5.* b *refutetur.* c *al. Florentino.* d [illegible] *hæreſes refert directorium p.2.q.7.* e *Cap.* [illegible] *p.5.c.171. & c.1. eod. tit. in 1. compil.* f *Quid dicatur* [illegible] *in l. privilegia. C. de ſacr. eccleſ. & gloſſ. can.1. diſt.3.* g [illegible] h [illegible] *piſt.35. ad Fortunatum Epiſcopum Neapolitanum.* k [illegible] *tit. in 1. compil.* i *al. non commendent.* k [illegible] *10. & ibi gl. de prob. & l. lege 4. cum quidam.* [illegible] m [illegible] *de ſic.* l *Ca.7. extant verba hujus ca. in gloſſ.* [illegible] *eod. tit. in 1. compil.*

CAP. IV.

*Omne prohibitum à lege, peccatum eſt, & omne illud, quod ſequitur ex eod. h. d.*

Idem *ſuper epiſt. ad Roman.* a

NAm concupiſcentiam *b* neſciebam, &c. Hoc enim elegit Apoſtolus generale, unde omnia mala oriuntur. Bona eſt ergo lex, quæ dum hoc prohibet, omnia mala prohibet.

CAP. V.

*Conſtitutiones decretorum ſingularibus ſunt opinionibus præferenda.*

Hieronymus *in Parabolis* c.

NE innitaris prudentiæ tuæ. Prudentiæ ſuæ innititur, qui ea, quæ ſibi agenda vel dicenda videntur, Patrum decretis præponit.

CAP. VI.

*Non valet conſtitutio collegii in damnum aliquorum, & commodum aliorum, ceſſante rationabili cauſa. Vel ſic: Abſq; rationabili cauſa non poteſt major pars capituli tollere conſuetudinem, utilitatem privatam nutriendo.*

Innocentius III. *Senonenſi Archiepiſcopo, & Epiſcopo Trecen.*

CVm omnes *d*: [ 1 *& infrà.*] Ad audientiam *e* noſtram pervenit, quòd Trecenſes canonici novum fecerunt in Trecenſi eccleſia conſtitutum, ut eis tam in præſentia, quàm in abſentia reditus ſuos ex integro percipientis, qui in eadem eccleſia poſt illam conſtitutionem fuerant, vel de cætero fuerint inſtituti, reditus in abſentia non percipiant, ſed tunc ſolùm, cùm fuerint reſidentes: cùm ſecundùm Trecenſis eccleſiæ conſuetudinem omnes in hoc conſueverunt eſſe pares. Statuerunt *f* etiam, ut (cùm ſingulis præbendis adnexæ ſint vineæ) ipſis ſuis, dum vixerint, poſſidentibus, vineæ decedentium ad ſucceſſores non tranſeant, ſed proventus earum inter ſingulos dividantur.

Cum igitur, quod quiſque juris in alterum ſtatuit, ipſe debeat uti eo: & ſapientis dicat auctoritas: *g* Patere legem, quam tu ipſe tuleris: mandamus quatenus antiquos canonicos junioribus, & juniores in perceptione fructuum tam præbendarum, quàm vinearum coæquetis antiquis, ſecundùm priorem conſuetudinem uſque ad tempus prædictæ conſtitutionis ſervatam, vel ſecundùm rationabilem inſtitutionem in poſterum obſervandam.

[ 1 ¶ *Unum corpus ſimus in Chriſto: ſinguli autem alter alterius membra: non debent majores minoribus, aut ſeniores junioribus contendere. Sed omnes qui in una eccleſia uni Deo famulantur, pari gaudeant libertate. Cùm pondus & pondus, menſura & menſura utrumq; abominabile ſit apud Deum. Et evangelicus paterfamilias pari mercede primos vineæ ſuæ operarios remuneravit, & extremos.*] *Verùm ad audientiam Apoſtolatus noſtri pervenit.*

CAP. VII.

*Conſtitutio Laicorum, eccleſiam ſeu ejus bona non adſtringit.*

Idem *h Tridentino Epiſcopo.*

QVæ in *i* eccleſiarum: [ 1 & ℸ. ] Sanè pervenit ad audientiam noſtram, quòd cives *k* Terviſini conſtituerunt, ut ſi quis ſe ad inopiam vergere probabiliter allegaverit *l*, alienandi feudum, quod ab eccleſia vel aliis tenet, liberam habeat facultatem: [ 2 *& infrà.*]

Volentes igitur eccleſiarum indemnitati conſulere, conſtitutionem hujuſmodi, & venditiones feudorum eccleſiaſticorum factas ſine legitimo eccleſiaſticarum perſonarum adſenſu, vires decernimus non habere.

[ 1 *Et eccleſiaſticorum virorum præjudicium attentantur, firmitatem ſortiri non debent, ſed ad eccleſiarum indemnitatem debent potius infirmari.*]

[ 2 *Nec emptor teneatur priori domino reſpondere, niſi ex ſexta parte pretii, quam ipſi, ſi recipere voluerit, exhibebit, ex quo eccleſiaſtica non modicum jura læduntur.*]

CAP. VIII.

*Dignitas ſublata de eccleſia per ſtatutum capituli confirmatum per Papam, ulterius non cenſetur vacare, niſi per contrarium actum ſtatutum fuerit revocatum.*

Idem.

CVm acceſſiſſent *a* ad Apo. ſedem Archid. Tullenſis & G. Tullen. capituli procurator. Archi. propoſuit memoratus, quòd cùm olim quidam Tullenſ. canonici noſtris auribus intimaſſent, quòd primiceriatus *b* in Tullenſ. eccleſia tanto tempore vacaviſſet, quòd ad manus noſtras illius perſonatus eſſet donatio devoluta: [ 1 *& infrà.*] Fuit inſuper ex parte capituli allegatum, quòd de communi adſenſu canonicorum Tullenſ. fuerit conſtitutum, ne primiceriatus dignitas *c* eſſet ulterius in eccleſia memorata: inter canonicos ipſos primiceriatus proventibus & poſſeſſionibus diſtributis: [ 2 *& infrà.*] Propter quod evidenter adparet, quòd primiceriatus ipſe tanto tempore non vacaverit, ſicut nobis fuerat falſa inſinuatione ſuggeſtum. *& infrà.* Quocirca mandamus, quatenus ſi vobis conſtiterit Tullenſ. canonicos, ne ulterius in Tullenſi eccleſia primiceriatus eſſet officium, communiter ſtatuiſſe, ac ſtatutum ipſum auctoritate ſedis apoſtolicæ fuiſſe poſtmodum (ſicut dicitur) confirmatum, vos illud faciatis in ſuo robore permanere: niſi poſtea dicti canonici contravenerint, aliquem videlicet in primicerium eligendo.

[ 1 *Dil. fil. altæ ſylvæ & belli prati Abbatibus, & Columbanæ monaſterii Decano dedimus in mandatis, ut ſuper hoc inquirerent veritatem, & ſi perſonatum illum tanto tempore ita vacaviſſe conſtaret, quòd juxta Lateran. ſtatuta concilii ad nos ipſius eſſet donatio devoluta, ipſi perſonam idoneam de Tullenſi eccleſia vel aliunde in ipſo perſonatu inſtituerent vice noſtra, & eundem facerent ab illa pacifice poſſideri.*]

[ 2 *Et eadem conſtitutio à be. me. Alex. PP. prædeceſſ. n. fuit poſtmodum confirmata.*]

CAP. IX.

*Non obſtante certo canonicorum numero etiam per Papam confirmato, providendum eſt receptis ultra numerum de ſuperexcreſcentibus fructibus, maximè ſi voluntariè per canonicos fuerint recepti.*

Idem *Clugienſi* d *Epiſcopo.*

CVm M. Ferrarienſis, *e* [ 1 *& infrà.*] Dictus M. pro ſe ac quatuor ſociis ſuis propoſuit, quòd Ferrarienſes canonici, ut eo amplius ſuos reditus augmentarent, quò proventus eccleſiæ (qui dividi conſueverant inter plures) in uſus cederent paucorum, quatuordecim præbendas tantùm, præter id, quod menſæ communiter deputarunt, in eadem eccleſia contra antiquam conſuetudinem ſtatuerunt. Poſtmodum verò contra conſtitutionem ipſam voluntariè venientes dictos quinque in canonicos receperunt, nullis præbendis adſignatis eiſdem. Et licet eorum reditus non modicum fuerint augmentati, nondum tamen eis voluerunt ex ſuperexcreſcentibus reditibus providere.

Verùm ex adverſo *f* fuit propoſitum, quòd quatuordecim præbendarum numero in Ferrarienſi eccleſia inſtituto, & apoſtolicæ protectionis præſidio robo-

a *Cap. 7. leguntur hæc verba in gloſſ. ordin.* b *Cap. 7. eod. tit. in compil.* c *Cap. 3. ead. verba ſunt in gloſſ. ordin. & c. 6. eod. tit. in 1. compil.* d *Cap. 1. eod. tit. in 3. compil.* e *In multis antiquis, ad audientiam apoſtolatus noſtri.* f *Secundum eſt canonicorum ſtatutum.* g *Catonis ſcilicet in diſt. moral. ut notat Contius, text. in Rubr. & l. 1. D. quod quiſq; juris, &c.* h *al. Trecenſi. al. Centenſi. al. Ceten.* i *Cap. 2. eod. tit. in 3. comp.* k *Trevirenſes & Conaglanenſes.* l *Id eſt, allegando probaverit, neq; enim ſufficit dicere niſi probetur.*

a *Cap. 4. eod. tit. in 3. compil.* b *al. primiceriatus dignitas.* c *Vide tit. de offic. primic.* ℸ. d *al. Flugienſi,* e *Cap. 5. eod. tit. in 3. compil.* f *ex diverſo.*

rato, cùm una in eadem eccleſia præbenda vacaſſet, ad quorundam inſtantiam duos ad eam, & poſtmodum ad preces Epiſcopi dictum M. & quendam alium ſine præjudicio dictæ conſtitutionis in canonicos receperunt: ita quòd canonici de canonia nihil perciperent, donec primi duo eſſent præbendas integrè adſecuti. Cumque per Canonicorum induſtriam fuerit procuratum, ut ex poſſeſſionibus, quas eccleſia tempore longo poſſedit, plures eis reditus ſolverentur, ſuperexcreſcentes communi menſæ, quæ minus ſufficiens fuerat, deputaverunt: quos dicti quinque ſibi poſtmodum petierunt contra capituli conſtitutionem in beneficium adſignari. [2 & ]. ] Mandamus quatenus cùm in conſtitutione prædicta, & confirmatione ſe. apo. vel fuerit vel eſſe debuerit ſicut conſuevit expreſſum *a*, niſi in tantum excreſcerent eccleſiæ facultates, quòd pluribus poſſent ſufficere competenter: & iidem canonici in derogationem ſuæ conſtitutionis, ad *b* vacaturas præbendas quatuor receperunt ultra numerum conſtitutum: antiquis canonicis præbendas cum integritate percipientibus conſuetas, ſuperexcreſcentes reditus prædictis canonicis facias adſignari: ita, quòd ſi ex eis pares potuerint cum aliis ſortiri præbendas, quod ſuperfuerit, in communes canonicorum uſus (ſicut prius ſtatuerant) ſive aliter, prout melius videbitur, convertatur: revocatis in irritum quæcunque ab alterutra partium in præjudicium alterius poſt motam quæſtionem coram Epiſcopo Ferrarienſi circa præbendas vel poſſeſſiones fuerint innovata.

[1 ¶ Canonicus. F.B.& B. & G. Canonicorum Ferrarienſium, & magiſter G. Ferrarienſis capituli procurator ad ſedem Apoſtolicam acceſſiſſent, ſuper quæſtione quam de præbendis & reditibus habebant adinvicem dil. fil. n. tt. ſanctæ M. in Coſm. diac. cardinalem eis conceſſimus auditorem, coram quo.]

[2 Quia verò ſuper his plena nobis, ſicut idem cardinalis aſſerit, exhiberi non poterat certitudo, cauſam ipſam tuo examini duximus committendam.]

## CAP. X.

*Statutum generale Laicorum, ad eccleſias, vel eccleſiaſticas perſonas, vel earum bona in earum præjudicium non extenditur: nec ſpeciale, etiamſi earum commodum & favorem concernat. Hoc dicit, quoad intellectum, Abbas Siculus.*

Idem *Abbati & conventui S. Sylveſtri.*

ECcleſia ſanctæ Mariæ [1 & ]. ] Nos attendentes quòd laicis (etiam religioſis) ſuper eccleſiis & perſonis eccleſiaſticis nulla ſit attributa facultas: quos obſequendi manet neceſſitas, non auctoritas imperandi: à quibus ſi quid motu proprio ſtatutum fuerit, quod eccleſiarum etiam reſpiciat commodum & favorem, nullius firmitatis exiſtit *c*, niſi ab eccleſia fuerit adprobatum. Vnde ſtatutum *d* Baſilii *e* de non alienandis prædiis ruſticis vel urbanis, miniſteriis, & ornamentis eccleſiarum, illa reprobatum fuit potiſſima ratione, quòd auctoritate non fuit Rom. Pontificis roboratum. Quod à ſenatore factum fuerat in præjudicium monaſterii non conventi nec confeſſi vel convicti, in irritum revocantes, eaſdem poſſeſſiones reſtituendas ſibi ſententialiter definimus. *f*

[1 In via lata contra I. de Alteja, qui quaſdam ipſius poſſeſſiones dicebatur contra juſtitiam detinere, movit tempore B. Coroſonis dicti ſanatoris ſub L. Iudice quæſtionem. In ipſo autem judicio præfato I. de Alteja ſyndicus monaſterii veſtri aſtitit, & ab eo etiam teſtes producti quidam ex monachis extiterunt. Iudex [illegible] auditis rationibus partium pro eodem I. [illegible] ſententiam promulgavit, à cujus ſententia pars [illegible] cem appellationis emiſit. Super hoc poſtea [illegible] ne ſuborta, proponente parte victrici; quòd non [illegible] runt appellare, cùm dictus L. non ut Iudex, ſed [illegible] arbiter fuiſſet electus, parte victa econtrario [illegible] quòd cùm arbitrio fuerit contradictum, quod [illegible] niſi metu pœnæ conſtringit, quæ in præmiſſo [illegible] non fuerat comprehenſa, appellari merito [illegible] fortius, ſi judicium extitiſſet. De hoc igitur ad [illegible] ctum B. Coroſonem quæſtione perlata cauſam [illegible] tionis S. primicerio Iudici delegavit, in cujus [illegible] partibus conſtitutis dictus I. de Alteja propoſuit [illegible] veniendum non eſſe, cùm non poſſideret id quod [illegible] altera requirebat, ſed cùm monaſterium veſtrum [illegible] poſſideret petitam, dictus autem B. Coroſon [illegible] quoddam ſtatutum emiſerat à populo Romano [illegible] tum pariter & acceptum, quòd ſi quis poſt litem [illegible] tam rem à ſe petitam transferret in alium, daretur [illegible] ſio petitori, & alter fieret de poſſeſſore petitor. & [illegible] poſt litem conteſtatam rem ipſam in monaſterium [illegible] ferre præſumpſit; poſſeſſionem rei petitæ [illegible] clesiæ memoratæ. Verùm quoniam dictus I. de [illegible] ſionibus ipſis monaſterio noſtro annuam [illegible] nem, adjecit ut hoc ipſum ab eccleſia S. Mariæ [illegible] nec de proprietate fundi cognoſceretur; ſed [illegible] fieret eccleſiæ S. Mariæ in via lata in jure ſuo [illegible] noceret. Sed quia ſæpe fatum monaſterium [illegible] conquerebatur à promiſſo B. Coroſon [illegible] ſpoliatum, & ipſum per officium noſtrum [illegible] ſtitui poſtulabat, quòd ſtatutum ejus nullius [illegible] titerit, multipliciter aſſeverans. & ]. His ergo [illegible] milibus in noſtra, & f. n. præſentia prudenter [illegible] allegatis.]

## CAP. XI.

*Pœna ſimpliciter adpoſita propter contumaciam, [illegible] gitur temporalis, & non perpetua.*

Idem *univerſis doctoribus Pariſiis commorantibus.*

EX literis *a* veſtræ devotionis accepimus: [1 & [illegible] Licet à vobis fide præſtita fuerit conſtitutum, [illegible] quis magiſtrorum ordinationi univerſitatis [illegible] duceret reſiſtendum, & primò, ſecundò, tertiò [illegible] monitus, intra triduum univerſitati parere [illegible] ret magiſtrorum, ex nunc beneficio ſocietatis [illegible] magiſtratibus privaretur: & ob hoc magiſter G. [illegible] rum communione privatus. Quia tamen [illegible] non fuit, ut in perpetuum hujuſmodi privatio [illegible] raret, cùm tam juris canonici, quàm noſtri [illegible] ſtat, ut is, qui propter contumaciam communione [illegible] vatur, cùm ſatisfactionem congruam exhibuerit, [illegible] tutionem obtineat: mandamus quatenus ſupra [illegible] magiſtrum ſtatutis veſtris nunc humiliter parere [illegible] tem, ad communionis veſtræ conſortium in [illegible] tibus admittatis.

[1 Quod cùm quidam moderni videlicet [illegible] liberalium artium à majorum ſuorum veſtigiis [illegible] bus præſertim articulis deviarent, habitu [illegible] honeſto, in lectionum & diſputationum ordine [illegible] ſervato, & pio uſu in celebrandis exequiis [illegible] clericorum jam quaſi penitus negligenter [illegible] cupientes veſtræ conſulere honeſtati octo ex [illegible] ratos ad hoc unanimiter elegiſtis, ut ſuper dictis [illegible] lis de prudentium virorum conſilio bona fide [illegible] rent, quod foret expediens & honeſtum, ad [illegible] poſterum obſervandum, vos juramento interpoſito [illegible] muniter conſtringendo, excepto duntaxat magiſtro [illegible] qui jurare renuens & formidans fidejuſſoriam [illegible] tantùm obtulit cautionem. Fuit etiam inſuper [illegible]

a *l. quòd ſi nolit. §. quia aſſidua. De ædil. ed. notat. Bart. in l. nemo. D. de reb. dub.* b *vacantes.* c *c. 5. in 3. compil. tit. de foro compet. Partes hujus c. ſunt ]. ut lite pendente. c. 3. & 4.* d *Vide c. quæ in eccleſiarum. ſupr. hoc tit. ſacra pag. decretorum & liberalium artium ex tit. de jurejur. in 3. cod.* e *Præfecti urbis Romæ, vid. can. bene. 96. diſt.* f *reſiduum eſt in c. 4. ]. ut lit. pen.*

a *Cap. 12. in 3. compil. de jurejur.*

ctum à vobis fide interpoſita protinus conſtitutum, ut ſi quiſquam magiſtrorum adverſus alios duceret reſiſtendum, & primò & ſecundò tertióve commonitus infra triduum univerſitati parêre contemneret magiſtrorum, ex tunc beneficio ſocietatis eorum in magiſtralibus privaretur: & quidem hoc ultimum quidam ex vobis ſimpliciter, quidam verò niſi ſatisfaceret, & nonnulli, niſi per vos ſe admitti ab aliis obtineret, ſe intellexiſſe fatentur. Cùm autem ſupradictus magiſter C. infra triduum univerſitati non paruerit, requiſitus juxta conditionem ex tunc à vobis habitus eſt excluſus. Qui cùm ſatisfactioni condignæ poſtmodum ſe obtuliſſet, in IV. magiſtros juramento interpoſito compromiſit, illorum dictum pro bono pacis ſe gratum & ratum pariter habiturum. Illi verò uſi conſilio ſapientum, dictum ſuum communiter promulgarunt, memorato magiſtro in virtute juramenti præſtiti prohibentes, ne deinceps in licitis univerſitati reſiſteret magiſtrorum, & injungentes eidem, ut tamdiu in eodem ſtatu perſiſteret quo tunc erat, donec per ſe vel per procuratorem ſe poſſe ab aliis magiſtris per ſedem Apoſtol. obtineret, ſalva in omnibus honeſtate. Vnde nobis humiliter ſupplicaſtis, ut eundem magiſtrum, virum utique providum & honeſtum & diſcretum, qui tanquam obedientiæ filius, quod ſibi prædicti quatuor injunxerunt, ſuſcepit humiliter, & patienter obſervat, & ex benignitate ſedis Apoſtol. faceremus communioni reſtitui magiſtrorum. Nos igitur ex præmiſſis intelligentes eidem magiſtro fuiſſe mandatum, ut tamdiu perſiſteret in eo ſtatu quo tunc erat, donec magiſtrorum communioni de mandato ſedis Apoſtol. redderetur, & paratus ſit ſuper præmiſſis ſatisfactionem congruam exhibere.]

### CAP. XII.

*Non poſſunt canonici ſine cauſa reſtringere numerum canonicorum ſeu præbendarum. Abbas Siculus.*

Honorius III. *Epiſcopo & cantori Cabilonenſi.*

EX parte *a* Epiſcopi Eduenſis fuit propoſitum, quòd canonici Eduenſes propriis commodis inhiantes præbendarum numerum ab antiquo in eccleſia Eduenſi ſtatutum (licet non ſint ejus deminuti reditus) reſtrinxerunt: [1 *& infrà.*] Nolentes igitur divini numinis minui cultum, ſed potiùs augmentari, mandamus quatenus antiquum numerum facientes auctoritate noſtra ſervari, præbendas, quas à tempore ultimi ſtatuti inveneritis vacaſſe in eccleſia memorata (non obſtante aliqua conſtitutione ſuper hoc à canonicis ipſis facta, vel confirmatione à nobis *b* ab eiſdem obtenta) perſonis cum conſilio Epiſcopi conferatis.

[1 *Vt ſic in temporalibus magis abundent, dum ea de quibus ſuſtentari valet canonicorum numerus conſuetus, tali prætextu in augmentum nituntur convertere præbendarum; & an facti ſui tuitionem ſuper hoc confirmationis literas à nobis dicuntur impetraſſe in communi forma.*]

### CAP. XIII.

*Conſtitutio futura reſpicit, & non præterita: niſi in ea de præteritis caveatur.*

Gregorius IX. *Archipresbytero S. Mariæ majoris de urbe.*

QVoniam conſtitutio Apoſtolicæ ſedis omnes adſtringit, & nihil debet obſcurum vel ambiguum continere: Declaramus conſtitutionem *c* quam nuper ſuper præferendis in perceptione portionis majoribus, & conſuetis ſervitiis à minoribus exhibendis, edidimus, non ad præterita, ſed ad futura tantùm extendi *a*. Cùm leges & conſtitutiones futuris certum ſit dare formam negotiis, non ad præterita facta trahi: niſi nominatim in eis de præteritis caveatur.

## DE RESCRIPTIS. *b*

### *TITVLVS III.*

### CAP. I.

*Privilegio generali, ſecundùm jus commune obtento, obſtat reſcriptum ſpeciale, etiam de eo mentionem non faciens. h.d. ſecundùm intellectum magis communem.*

Alexander III. *Senonenſi Archiepiſcopo.*

SIcut *c* Romana [1 *& infrà.*] Quæſitum eſt à nobis ex parte tua, ſi alicujus cauſa delegatis judicibus ſublato remedio appellationis committitur, & literis Apoſtolicis altera pars munita (quibus ei generaliter eſt indultum, ut liberè ſibi liceat appellare) in vocem appellationis proruperit, an ejus in eadem cauſa debeat appellationi deferri? Inquiſitioni tuæ taliter reſpon. quòd ejus in hac parte appellatio nō debet admitti, poſtquam eſt cauſa judicibus appellatione remota commiſſa. Quia ſpeciale mandatum derogat generali.

[1 *Eccleſia omnium eccleſiarum diſponente Domino mater eſt, & magiſtra: ita & nos qui eidem eccleſiæ licet immeriti, divinæ diſpoſitionis providentia præſidemus, prout Dominus nobis miniſtraverit, conſultationibus reſpondere cogimur ſingulorum, & quæ videntur dubia, Apoſtolica circumſpectionis providentia declarare. Sanè.*]

### CAP. II.

*In reſcripto Apoſtolico ſubintelligitur clauſula, ſi preces veritate nitantur. Et ſi reſcriptum prohibet cauſæ cognitionem, eſt de falſitate ſuſpectum.*

Idem *Cantuarienſi Archiepiſcopo.*

EX *d* parte Conventrenſis Epiſcopi noſtris eſt auribus intimatum, quòd cùm de cauſa, quæ inter G. & F. clericos vertitur ſuper præbenda de Novalis *e* cognoſcens, legitimè eidem F. (ſecundùm tenorem literarum noſtrarum continentium, quòd ſi conſtaret ipſum F. de perjurio eſſe convictum, & perpetuò illi renunciaſſe præbendæ, amoveretur ab ea, eo cognito & probato) præbendam adjudicaſſet eandem: ipſe in vocem appellationis prorupit: & ad te quòd ei præbendam præcisè & abſque cauſæ cognitione reſtitueres, literas noſtras reportavit: [1 *& infrà.*] Verùm quoniam non credimus ita præcisè ſcripſiſſe, & in hujuſmodi literis intelligenda eſt hæc conditio, etiam ſi non *f* adponatur, ſi preces veritate nitantur: *g* mandamus quatenus inſpectis literis, quas Epiſcopo prædicto direximus, ſi inveneris, quòd ſecundùm prædictum modum ei ſcripſerimus, & in literis, quas præfatus F. reportavit, non fuerit habita mentio priorum literarum, ſententiam præfati Epiſcopi confirmes, & ſæpedictum F. cum literis noſtris, quas tibi detulit, ad præſentiam noſtram *tanquam falſarium* venire compellas.

[1 *Et Epiſcopum, qui poſt appellationem eum præbenda ſpoliaverat, auct. ap. alicui beneficium conferendi poteſtate app. ceſſante privares, donec per ſe, vel per nuncium, aut per literas ſuas de tanto exceſſu ſatisfacturus ad ſedem ap. accederet, & prænominatum G. ſi eundem F. in jam dicta præbenda præſumeret moleſtare, vinculo excommunicationis uſque ad condignam ſatisfactionem conſtringeres.*]

---

a *Ex hoc c. apertè colligitur non valere ſtatutum, per quod cultus divinus ſine cauſa diminuitur, etiamſi in forma communi per Papam fuerit confirmatum.* b *Hunc textum dixit Card. eſſe ſingularem ad hoc, quod app. confirmationis intelligitur de confirmatione in forma communi.* c *c. ſtatuimus.* ]. *de majorita. & ob.*

a *Verba legis, leges. C. de legibus.* b *Et eorum interpretationibus, add. in quadam edit. Vaticana.* c *cap. 1. eod. tit. in 1. compilat. Poſt Concil. Lateran. ſub Alexan. 3. part. 19. cap. 11.* d *Poſt Concil. Lateran. p. 7. c. 18. & c. 2. eod. tit. in 1. compilat.* e *Norbale al. Nobarl.* f *Et ſi ſcripſimus taliter: hoc ex nimia occupatione contigit.* g *Iure civili niſi hæc clauſula inſeratur reſcripto, non valet reſcriptum. l. ult. c. de diverſ. reſcrip.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## CAP. III.

*Si in ſecundo reſcripto per adverſarium impetrato non fiat mentio de primo, valet primum, & non ſecundum: aliàs valet ſecundum. Et ſi primum fuit impetratum communi conſenſu partium, non valet ſecundum impetratum per alteram partem, hoc tacito.*

Idem *Vuintonienſi Epiſcopo.*

CÆterùm *a* ſi aliquis ſuper aliqua cauſa ab Apoſtolica ſede impetraverit literas, & adverſarius ejus eandem cauſam poſtmodum obtinuerit committi aliis, de commiſſione priore non habita mentione: priores judices ad deciſionem cauſæ poſſunt procedere, nec ſecundæ literæ obtinent alicujus roboris firmitatem. Si verò in ſecundis literis habeatur mentio de commiſſione priori, prædicta cauſa à priorum eſt exempta judicio: cùm eædem literæ non ſint veritate tacita impetratæ *b*. Verùm ſi de adſenſu partium cauſa committitur, & proceſſu temporis, vel etiam continuò, alterutra pars, altera neſciente, cauſam ipſam, tacito de commiſſione priori, alii judici obtinuerit delegari, non immeritò is, qui tali dolo vel fraude adverſarium ſuum laborare coëgit, in expenſas condemnari debet eidem.

## CAP. IV.

*Si Papa mandat in reſcripto de duobus inquiri alternativè, ad certum effectum conſequendum, ſufficit alterum probari.*

Idem *Eboracenſi Achiepiſcopo.*

INter cæteras *c* conſultationes tuas, fuit propoſitum coram nobis, quid tenere debeas, cùm aliqua ſub disjunctione mandantur, quorum unum verum eſt, alterum falſum: utputa ſi proponatur, quòd ſi talis ſit ſacerdotis filius, & in ſacerdotio genitus, qui proximo in tali eccleſia miniſtravit, vel quòd illicitè eccleſiam occupavit eandem. Huic ergo quæſtioni taliter reſponſ. (judici quodcunque iſtorum conſtiterit) illi prælibatam eccleſiam *d* adjudicari debere. Et idem in ſimilibus obſervandum eſt.

## CAP. V.

*Is, ad quem reſcriptum Papa dirigitur, debet illi parere, vel cauſam rationabilem adſignare, quare parere non poteſt.*

Idem *Ravennati Archiepiſcopo.*

SI quando *e* aliqua tuæ fraternitati dirigimus, quæ animum tuum exaſperare videntur, turbari non debes. [ 1 *& infrà.* ] Qualitatem negotii pro quo tibi ſcribitur diligenter conſiderans, aut mandatum noſtrum reverenter adimpleas, aut per literas tuas, quare adimplere non poſſis, rationabilem cauſam prætendas: quia patienter ſuſtinebimus, ſi non feceris, quod prava nobis fuerit inſinuatione ſuggeſtum.

[ 1 *Neque moveri, aut credere quòd perſonam tuam contemptibilem velimus reddere vel deſpectam, quia te ſicut chariſſimum fratrem noſtrum, & immobilem columnam eccleſiæ affluentiſſima charitate diligimus, & honoris & exaltationis tuæ deſideramus modis omnibus incrementum. Nam & ſi ſæpè fratribus & Coepiſcopis noſtris ſecundùm veritatem eorum quæ nobis ſuggeruntur, aſperè & durè ſcripſimus: hoc tamen non ex minori affectione contingit, ſed ut clamoribus querelantium ſecundùm Deum, & officii noſtri debitum ſatisfacere eo comprobemur. Quapropter monemus prudentiam tuam & exhortamur attentius, quatenus de cætero non movearis, neque turberis, nec tuus animus dejiciatur, ſi tibi durum vel aſperum ſcripſimus, ſed ſicut vir providus & diſcretus.*

## CAP. VI.

*Ciſtercienſes ſunt privilegiati, quòd non poſſunt conveniri per reſcriptum Papæ, niſi in eo ſiat mentio de eorum ordine.*

Idem *Ciſtercienſibus fratribus* f.

CVm ordinem *a* Ciſtercienſem profeſſi: [ 1 & infrà. ] Si contra vos ſuper decimis, vel aliis (quæ ordini [illegible] ſtro ſpecialiter ſedes Apoſtolica indulſit) non facta mentione Ciſtercienſis ordinis, literæ fuerunt à ſede Apoſt. impetratæ, per eas minimè teneamini reſpondere.

[ 1 *Eo privilegio quo fratres alii gaudeatis, inter vos & [illegible] alios ſæculares ſuper decimis quæſtione ſuborta, tacito quòd ſitis Ciſtercienſis ordinis, contra vos, velut in monachos alterius ordinis [illegible] à ſede Apoſtol. impetrantes, deinde juramentis, litigiis, ſicut [illegible] ſignificantibus accepimus, & expenſis difficilibus vos [illegible] Volentes ergo vobis ſolicitè providere, ne contra tenorem privilegiorum veſtrorum poſſitis quorumlibet temeritate vexari, auct. Apoſt. vobis mandamus, ut* ]

## CAP. VII.

*Si ſede vacante ſcribitur capitulo, aut gerenti vices Epiſcopi, [illegible] præbendam alicui conferat, ſi creatur Epiſcopus nondum [illegible] mandato, & ad eum ſpectet collatio præbendarum, illud adimplere tenetur. hoc dicit, ſecundùm lecturam communiter approbatam, Abbas Siculus.*

Idem *Tornacienſi Epiſcopo.*

EAm *b* te: [ *& infrà.* ] Dudum ſiquidem ante tuam promotionem literæ à nobis (ſi benè meminimus) emanarunt, quibus decano & eccleſiæ tibi commiſſæ [illegible] adhuc in eodem capitulo exiſtente) mandatum dedimus & præceptum, ut P. (qui de gente Iudæorum originem duxit, & divina gratia fidem Chriſti ſuſcepit) in canonicum reciperent *c*, & præbendam ſibi conferre deberent: [ & infrà. ] Ipſi verò (quia donatio præbendarum ad te ſpectabat) præceptum noſtrum executioni non potuerunt mandare. Cùm itaque præſcriptus P. [illegible] hoc ex parte noſtra requireret, reſpondiſti, quòd nullum inde mandatum receperas, & ſic eum à te infectum [illegible] remiſiſti. Quod nullatenus feciſſe deberes, ſi tenorem literarum diligentiùs attendiſſes, cùm tempore, quo literæ ipſæ datæ fuerunt, de capitulo ipſo eſſes, ſicut qui tunc archidiaconus & canonicus ejuſdem eccleſiæ, nec eras adhuc in Epiſcopum conſecratus. [ & infrà. ] Pro eo [illegible] quòd *d* Iudæus extiterit, ipſum dedignari non debes.

## CAP. VIII.

*Non valet reſcriptum impetratum ad beneficia, ſi non [illegible] dignitas impetrantis.*

Lucius III. *Linconenſi Epiſcopo* e.

AD aures noſtras *f* pervenit, quòd plerunque decani, Archidiaconi, præcentores, vel alii eccleſiaſtici [illegible] diti dignitatibus, ſuper minoribus beneficiis literas impetrantes, nomen ſupprimunt dignitatis ſuæ, & [illegible] nomine ſe appellant, tanquam non habeant aliquem [illegible] ſonatum. [ 1 *& infrà.* ] Tuæ conſultationi [illegible] ſpondemus, quòd cùm non ſit intentionis noſtræ, [illegible] ſonæ pluribus reditibus abundantes, per literas [illegible] pauperes clericos ſuper minoribus beneficiis inquietent, literas, in quibus actor ſuæ nomen dignitatis ſupprimit, vires nolumus obtinere.

[ 1 *Ideoq; reſcripto noſtro poſtulas edoceri, ſi [illegible] præjudicium illis debeat generare.* ]

## CAP. IX.

*Valet ſecundum reſcriptum impetratum ab adverſario, licet non faciat mentionem de primo, ſi primus impetrans [illegible] tia, non fuit uſus illo.*

Idem *Norvicenſi Epiſcopo.*

SI autem aliquis *g* authoritate poſteriorum literarum per adverſarium in judicium tractus, [illegible]

a *Poſt Concil. Lateran. p.7. c.9. & c.3. eod. tit. in 1. compil.* b *l.1. C. ſi contra jus vel util. pub. & ibi Bald.* c *Poſt Conc. Later. par.4. c.1. & c.4. eod. tit. in 1. comp.* d *In 1. comp. legitur, abjudicari.* e *c.5. eod. tit. in 1. compil.* f *al. Abbati Ciſtercienſi, & fratribus Cuman.*

a *Cap.1. eod. tit. in 2. compil.* b *Videtur eſſe pars [illegible] ſ. de ætate & qual. ord. c.3. eod. tit. in 2. compil.* c *[illegible] in fratrem.* d *Vide in hunc locum Ioan. Rejam in ſingularibus [illegible] dei. ſingul. 104.* e *al. Vualtero Lincon. Archidiac. [illegible] Epiſcop.* f *Poſt Concil. Later. ſub Alex. III. par.41. c.1. & c.4. eod. tit. in 1. compil.* g *Cap.7. eod. tit. in 1. compil. & poſt Concil. Later. ſub Alex. III. part.41. c.9.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

literas ſe priores habere, de quibus in poſterioribus mentio non habetur, ſed eis dolo, vel negligentia uti poſtpoſuerit, excuſari non debet. Si autem, quia delegati judicis copiam nequiverit habere, per poſteriores literas non poterit conveniri.

CAP. X.

*Non valent reſcripta per quæ incerti judices dantur, vel futura negotia committuntur.*

Idem.

ADhæc *a* ſumus [ 1 *& infrà.* ] Significatum eſt nobis, quoſdam in provinciæ tuæ partibus tales (ut adſerunt) de Cancellaria noſtra literas recepiſſe, per quas eorum omnia negotia unius judicis, vel plurium (quos ſibi elegerint) arbitrio committuntur: ſicque fit, ut ſi aliquem pulſare voluerint, examen ordinarii judicis non requirant, ſed ad unum judicem vel plures delegatos ſibi propitios, & parti adverſæ ſuſpectos, ſuper examinanda quæſtione decurrant [ 2 *& infrà.* ] Nos igitur huic morbo celeri volentes obviare remedio, mandamus, quatenus ſi literas tales in provincia tua inveneris, eas carere viribus noſtra auctoritate decernas.

[ 1 *In Apoſtolica ſede diſponente Domino conſtituti, ut quæ contra juſtitiam attentantur, noſtra ſolicitudine ad rectitudinis tramitem revocentur. Proinde.* ]

[ 2 *Quod quantum ſit Deo contrarium, & eccleſiaſticis ſacris rationibus inimicum, nemo ambigit, qui vel ad modicam notitiam canonicæ inſtitutionis apprehendit. Tales itaque literas à cancellaria noſtra non credimus emanaſſe vel prodiiſſe, vel ſi fortè prodierint, conſcientiam noſtram quæ diverſis occupationibus impedita, ſingulis cauſis examinandis non ſufficit, effugiunt. Unde.* ]

CAP. XI.

*Falſa latinitas vitiat reſcriptum Papæ. hoc dicit. Ioan. And. concordat Abbas.*

Idem *b*.

AD audientiam noſtram *c*, te ſignificante, pervenit, quòd H. de ſancto Stephano, ſuper abſolutione ſua literas tibi (ut prima facie videbatur) Apoſtolicas præſentavit: quibus, quoniam manifeſtum continent in conſtructione peccatum, fidem te nolumus adhibere *d*.

CAP. XII.

*Contra ſecundum reſcriptum non poteſt opponi de taciturnitate primo impetrati per appellantem, de ſua appellatione non habita mentione. hoc dicit Ioan. And. concord. Abb. Sicul.*

Clemens III. *e*

EX parte S. perſonæ *f* eccleſiæ de Tarento nobis innotuit, quòd cùm capella de *g* Empton ad prædictam eccleſiam de jure pertineat, O. diaconus (qui jam dictam capellam detinet) capellanum ipſius eccleſiæ nomine ipſius S. in ea miniſtrantem, poſt appellationem à ſe factam, amovit. Quam cùm eſſet S. proſecutus & ad judices literas impetraſſet, ipſe O. appellationem ſuam proſequi non curavit. Cumque auctoritate judicum in jus eſſet vocatus, dixit ſe literas priores habere, de quibus nulla mentio in poſterioribus habebat, quas uſque ad tertiam citationem ſuppreſſit, eiſque dolo vel negligentia uti poſtpoſuit, quod ex diuturnitate temporis videbatur, in quibus nulla mentio de appellatione ab ipſo facta fiebat, cùm biennium à tempore appellationis jam fuiſſet elapſum. Ideoque mandamus, quatenus ſi ita eſſe conſtiterit (revocatis in ſtatum priſtinum omnibus, quæ poſt appellationem ipſius O. inveneritis attentata) præſcriptam capellam *h* matrici eccleſiæ reſtituere procuretis, prædictum O. (ſi eum appellationem non fuiſſe proſecutum conſtiterit) memorato S. in expenſis neceſſariis condemnantes.

CAP. XIII.

*Reſcriptum, quo ſcribitur pluribus cum clauſula (Quòd ſi non omnes, &c.) intelligitur tam de impotentia facti, quàm juris.*

Cœleſtinus III.

SCiſcitatus es à nobis petitorio *a* deſtinato, de qua impotentia illud intelligatur (quod in literis noſtris ſæpè conſuevit adponi) ut ſi duo vel tres, quibus literæ diriguntur, ipſis exequendis ſimul intereſſe nequiverint, unus aut plures, *b* quibus ſcribitur, nihilominus exequantur. Nos verò ita ſentimus, quòd tam de jure, quàm de facto, illa impotentia cenſeatur: de jure, ſi aliquem illorum ſervum, vel infamem, aut alio legitimo impedimento detentum eſſe conſtiterit: de facto, ſi conſtiterit eum caſu mortis occumbere, aut inevitabilis neceſſitatis articulo impediri, quò minùs valeat intereſſe. Dummodo is, qui pro neceſſitate præſens eſſe non poteſt, collegiis ſuis canonicè excuſationem ſuam curet (ſi poterit) deſtinare: ut alii conjudices vel executores nihilominus ad conſummationem injuncti mandati procedant. Nec enim ille, qui tantummodo non vult intereſſe, hac impoſſibilitatis interpretatione valeat aliquatenus excuſari *c*: niſi fortè ſic in reſcripto habeatur expreſſum, ſi non omnes interfuerint, vel ſimul nequiverint, aut noluerint intereſſe.

CAP. XIV.

*In quæſtione revocationis reſcriptorum recurritur ad arbitros, ſi judices in cognitione ſibi non deferant, nec invicem concordant. h. d. uſque ad §. Quoniam.*

Innoc. III. *Elienſi Epiſcopo.*

PAſtoralis officii: *d* [& infrà.] Præterea *e* quæſiviſti (quando de revocatione literarum ambigitur) utrum judices priores, an poſteriores cognoſcere debeant, & utrum per ſecundas ſunt primæ literæ revocatæ. Ad quod tibi reſpondeo, quòd niſi poſteriores prioribus, vel econverſò duxerint deferendum, ſimul utique cognoſcant: *f* & ſi fortè nequiverint ſimul in unam ſententiam concordare (quamvis plures ſint ex una parte, quàm altera) per arbitros communiter electos à partibus hujuſmodi concertatio ſopiatur.

*Per generalem clauſulam poſitam in reſcriptis, delegatus ante expreſſionem perſonarum, vel rerum, juriſdictionem habet in habitu, & non in actu. Et ſpeciales literæ derogant literis generalibus ſuper non ſpecificatis in eis, quanquam de illis nullam faciant mentionem. Abb. Sic.*

Quoniam autem ſub hujumodi forma, videlicet cauſam, quam talis adverſus talem, & quoſdam alios ſuper hoc, & quibuſdam aliis ſe habere proponit, tibi duximus committendam, à nobis multotiens literæ impetrantur: & ſolicitè quæſiviſti, an judex ex delegatione hujuſmodi, ante perſonarum, vel rerum expreſſionem, ſuper perſonis, vel rebus exprimendis habeat poteſtatem: adjiciens, utrum, ſi antequam perſonæ vel res expreſſæ fuerint nominatim, ſuper non expreſſis in commiſſione priori, ſed generaliter comprehenſis, ſpeciales literæ (quæ de priori commiſſione nullam faciant mentionem) ad alios judices à ſede Apoſtolica emanaverint, eundem vigorem debeant obtinere. Nos igitur ad hæc duo taliter reſpondemus, quòd (cùm generali per ſpeciale procul dubio derogetur *g*) juriſdictio per generales literas attributa, per ſpeciales (quantum ad ea,

a *Cap.4. eod. tit. in 2. compil.* b *In veteri adſcribitur Innocentius III.* c *cap.5. eod. tit. in 2. compil.* d *Quibus & quot modis reſcripta vitientur, tradunt D.D. in l.7. c. de diverſ. reſcript.* e *Sic in 2. compil. Clemens III. Abbatibus de Oſen, & de Herber. & priori ſanctæ Fridæ.* f *c.8. eod. tit. in 2. compil.* g *al. Vpetone.* h *eccleſiam.*

a *Cap.9. eod. in 2. compil.* b *Vide D.D. in c. illa. de elect. Sp. in tit. de leg. §. nunc oſtendendum. verſic.18. ubi dicit, quòd ſupplet juris poſitivi defectum.* c *l. inde Neratius. §. fin. & ibi gloſſ. D. ad leg. Aquil. & l. confeſſionibus. juncta gloſſa. D. de int. in jur. fac.* d *Quæ hìc deſunt, reperies* ꝧ*. de offic. & pot. Iud. del. c. paſtoralis.* e *Cap.3. eod. tit. in 2. compil.* f *l. ſi quis ex aliena. D. de judiciis.* g *l. in toto. ff. de reg. juris. Bart. in l. Mavius. de legat. 2. & l. 1. in princ. de nov. oper. nunc.*

quæ ſpecialiter exprimuntur) penitus enervatur, licet de prioribus non faciant mentionem: unde ſuperflua relinquitur prima quæſtio, etſi meritò dici poſſit, quòd donec juriſdictio revocetur, eam ſuper rerum, vel perſonarum articulis exprimendis obtinet delegatus: ſed antequam exprimantur perſonæ, vel res, delegatus nequit juriſdictionem hujuſmodi exercere.

### CAP. XV.

*Per generalem clauſulam (quidam alii, & res aliæ) multitudo effrenata non includitur, nec perſonæ, nec res majores expreſſis, ſed pares, vel minores.*

Idem *Senonenſi Archiepiſcopo.*

SEdes Apoſtolica *a* conſuevit exhibere ſe petentibus liberalem: ſed quidam ejus gratia nequiter abutuntur. [ 1 *& infrà.* ] Nos igitur volentes eorum malitiis obviare, decernimus: ut cùm in commiſſionibus noſtris minores & utiliores perſonæ ſolummodo deſignentur, majores & digniores ſub generali clauſula non intelligantur includi. Sed nec liceat occaſione generalitatis hujuſmodi multitudinem effrenatam in judicium evocare. Nec ſuper majoribus & gravioribus negotiis audiantur, qui de minoribus & levioribus tantùm faciunt mentionem. Si quis verò aliquas perſonas expreſſerit, non ut velit cum eis in judicio experiri, ſed ut ad pares tranſire valeat, vel *b* minores (quia fraus & dolus ei patrocinari non debent) tanquam mendax precator *c* careat penitus impetratis.

[ 1 *Dum quod ipſa de benignitate concedit, ipſi ad malignitatem retorquent. Quidam enim malignari volentes, in commiſſionibus omnibus noſtris minores vel viliores perſonas propriis nominibus exprimunt, majores autem & digniores ſpecialibus vocabulis non deſignãt, ſed eas ſub quodam generalitatis involucro comprehendunt, ut commiſſiones ipſas à nobis facilius impetrent ſub hac forma: conqueritur talis de iſto vel illo, & aliis quibuſdam propriis nominibus exprimendis, qui eis ſuper tali negotio & quibuſdam aliis rebus, injurioſi nimis & graves exiſtunt.* ]

### CAP. XVI.

*Qui contra unum ſuper eodem ad diverſos judices diverſa reſcripta impetrat, & eis utitur, perdit commodum utriuſq;.*

Idem d *R. cantori & R. priori de monte leproſorum.*

EX tenore *e* literarum quas nobis deſtinaſtis, intelleximus R. ſacerdotem de *f* Collovilla ad alios judices ſuper quæſtione (quæ inter ipſum & Abbatem de Becco vertitur) literas Apoſtolicas impetraſſe, qui cùm partem citaſſent adverſam, dictus Presbyter coram eis noluit litigare: [ 1 *& infrà.* ] Cumq; vos in cauſæ cognitione procedere velletis, Abbas coram vobis propoſuit, quòd non tenebatur per directas ad vos literas Presbytero reſpondere, cùm per alias ab aliis judicibus fuiſſet citatus, quæ auctoritate illarum non fuerant revocatæ. Nos igitur attendentes fraudem Presbyteri memorati, duas commiſſiones ſuper eodem negotio impetrantis, quarum altera non faciebat mentionem de reliqua (quia fraus & dolus alicui patrocinari non debent) decernimus, ut ipſe commodo careat utriuſque.

[ 1 *Poſtmodum verè idem Presbyter ſuper eodem negotio vobis noſtras literas præſentavit, in quibus de prioribus mentio non fiebat.*

### CAP. XVII.

*Non valet reſcriptum ad beneficium impetratum, de beneficio impetrantis non faciens mentionem.*

Idem *Mediolanenſi Archiepiſcopo.*

CVm *a* adeò ſcripta ſedis Apoſt. moderemur: [ 1 ] Scripſiſti nobis, quòd cùm P. clericus in eccleſia [illegible] decenſi ſufficientem ſibi ſit præbendam adeptus, [illegible] ris quòd pro receptione ipſius in eccleſia de [illegible] propoſito & fratribus ejuſdem eccleſiæ literas [illegible] mus: cùm ſi literarum noſtrarum ſeriem attendiſſes, nihil inveniſſes in eis, quod debuiſſet tuum animum [illegible] diſſe. Cùm enim in literis nec de præbenda ipſius [illegible] tio haberetur, nec Modecenſis canonicus, imò nec [illegible] cus diceretur in eis: & in literis ipſius hæc eſſet [illegible] conditio: Si dignus exiſteret ad eccleſiaſticum beneficium obtinendum: intelligere potuiſſes qualiter [illegible] ipſæ fuerant impetratæ.

[ 1 *Ut ex certa ſcientia nihil in eis faciamus [illegible] re debeat reprehendi, miramur non modicum & [illegible] quotiens ad te vel ad aliquos tibi ſubjectos noſtras literas [illegible] mus, te ſuper his mirari reſcribis, ac ſi mandaremus aliquid [illegible] neſtum.* ]

### CAP. XVIII.

*Ordo reſcripti interpretationem recepit à jure communi.*

Idem b *electo decano, & N. canonico Cameracenſi.*

CAuſam *c*, quæ inter Præmonſtraten. & Præm[illegible] eccleſias ſuper poſſeſſionibus de Anapia ver[illegible] [ 1 *& infrà.* ] Sed quia in literis animadvertimus [illegible] inſertum, quòd ſi alterutra partium citata legitimè [illegible] ſentiam veſtram adire, vel judicio veſtro parere [illegible] neret, vos præſentis partis probationes recipere, & [illegible] tum de jure poteritis, in cauſæ cognitione ac deciſione procedere minimè tardaretis. Nos volentes ut [illegible] illa (quantum de jure poteritis) quæ antequam [illegible] bationum receptione mentio fieret, fuerat [illegible] clauſulam illam de receptione probationum [illegible] mandamus quatenus ipſam intelligentes ibidem [illegible] juxta tenorem literarum procedere non tardetis: [illegible] ſuri, ut ſi literarum auctoritate priorum, in eodem [illegible] tio legitimè eſt proceſſum, firmum & ſtabile per[illegible] alioquin ſi occaſione clauſulæ memoratæ aliquid [illegible] terit in alterius partis præjudicium attentatum, [illegible] bus decernimus cariturum: mandantes, ut in deciſione ipſius negotii (ſicut præmiſſum eſt) tam ſuper principali quàm ſuper incidentibus quæſtionibus, appellatione [illegible] mota, canonicè procedatis.

[ 1 *Super poſſeſſionibus de An. diſcretioni veſtræ commiſſimus.* ]

### CAP. XIX.

*Non valet impetratio in eccleſia numerata, non facta de [illegible] mentione, ſi per eam frangitur numerus canonicorum, licet non [illegible] tur numerus præbendarum: & proceſſus inde factus eſt nullus [illegible] dicit ad intellectum. Pannor.*

Idem *Archiepiſcopo Senonenſi* e.

COnſtitutus *f* apud ſedem Apoſtolicam P. clericus propoſuit, quòd cùm C. p. n. *g* decano, & capitulo Bituricenſi dederit in mandatis, ut ipſum reciperent in canonicum & fratrem, & præbendam ei conferrent, ſi qua tunc in eorum vacaret eccleſia, vel proximò *h* vacaturam: & ipſi cùm *i* mandatum [illegible] mittere non curaſſet, eis præcipiendo mandavit, ut quod mandaverat, adimplerent: ſibi ſuper hoc executoribus deputatis: *& infrà.* Verùm pars *k* adverſa reſpondit, quòd cùm in Bituricenſi eccleſia certus eſſet numerus canonicorum inſtitutus, firmatus jurejurando, & per Rom. Pontificem confirmatus, & de hoc memoratum [illegible]

---

a *Cap. 4. eod. tit. 3. in compil.* b *Vel deſcendere ad minores. in uno manuſcr.* c *In impreſſis, peccator, malè, ſed ex omnib. manuſcr. repoſuimus, precator. facit.* ℸ. *eod. tit. can. ſuper literis. & Letſi. C. ſi contra jus vel util. pub.* d *Additur in 3. comp. & Ioanni de Sagio Canonico Rothomagenſi. Al. Idem. B. cantori Rothomagenſi & R. priori, &c.* e *c. 5. eod. tit. in 3. compil.* f *Corbevilla.*

a *Cap. 7. eod. tit. in 3. compil.* b *Idem Abbati de [illegible] F. & P. monachis Alcobatiæ, ut habet 3. compil. al. [illegible] & M. canonico.* c *c. 8. eod. tit. in 3. compil.* d *[illegible]* e *Additur in 3. compil. & S. Mariæ in via lata, S. Apoſt. [illegible]* f *c. 9. eod. tit. in 3. compil.* g *Cœleſtinus prædeceſſor noſter [illegible] G. Papa. p. n.* h *proximam.* i *Hæc dictio, cum, [illegible] nuſcript.* k *altera.*

non feciſſet in ſuis literis mentionem: intelligendum erat circumveniſſe prædeceſſorem noſtrum, & dictas literas veritate tacita impetraſſe: [ 1 & infrà. ] Diſcretioni a veſtræ mandamus, quatenus ſi legitimè vobis conſtiterit numerum canonicorum, qui nunc eſt in eadem eccleſia, per decanum & capitulum ejuſdem eccleſiæ juramento firmatum, antequam prædictus clericus literas executorias impetraſſet: quidquid factum eſt occaſione literarum ipſarum, irritum decernatis: alioquin ei faciatis in eadem eccleſia præbendam (ſi qua vacat) ſublato cujuslibet appellationis obſtaculo, adſignari.

[1 *Licet enim cùm in aliqua eccleſia certus ſtatuitur numerus hac appenatur conditio vel intelligatur apponi, ſalva ſe. ap. auctoritate, non tamen erat credendum, quòd cum ex certa ſcientia contra juramenta eorum recipi mandaviſſet, cùm de hoc in ſuis literis nihil fuiſſet expreſſum.*]

CAP. XX.

*Difficile & famoſum c. & eſt clavis totius tituli. Et h. d. in ſumma: Exprimens falſum, vel tacens verum in reſcripto, ſi malitioſè, caret prorſus impetratis. Sed ſi per ſimplicitatem, vel ignorantiam, aut obtinuiſſet vero expreſſo, & ſuppreſſo falſo ſaltem literas in forma communi, & delegatus procedit ſervato juris ordine, & non ſpeciali forma reſcripti: ſecus ſi nullo modo literas habuiſſet.*

Idem *à Canonico Pictavienſi* b.

SUper literis c quæ ab aliquibus ex malitia, & à nonnullis ex ignorantia (tacita veritate, vel ſuggeſta falſitate) impetrantur à nobis, diverſos intelleximus diverſa ſentire, aliis adſerentibus eos debere prorſus carere omni commodo literarum, cùm mendax precator carere debeat penitus impetratis: aliis verò dicentibus, quòd etſi forma carere debeant in literis noſtris expreſſa, nihilominus juxta rigorem juris ſit à delegato judice in negotio procedendum. Nos igitur inter eos, qui per fraudem vel malitiam, & illos, qui per ſimplicitatem vel ignorantiam literas à nobis impetrant, hujuſmodi credimus diſcretionem d adhibendam, ut hi, qui priori modo falſitatem exprimunt, vel ſupprimunt veritatem, in ſuæ perverſitatis pœnam, nullum ex illis literis commodum conſequantur, ita videlicet, quòd delegatus (poſtquam ſibi ſuper hoc facta fuerit fides) nullatenus de cauſa cognoſcat. Inter alios autem, qui poſteriori modo literas impetrant, duximus diſtinguendum, quæ falſitas ſuggeſta fuerit, vel quæ veritas ſit ſuppreſſa: nam ſi talis expreſſa ſit falſitas, vel veritas occultata, quæ quamvis fuiſſet tacita vel expreſſa, nos nihilominus ſaltem in forma communi literas dediſſemus e, delegatus non ſequens formam in literis ipſis appoſitam, ſecundum f ordinem juris in cauſa procedat. Si verò per hujuſmodi falſitatis expreſſionem, vel ſuppreſſionem etiam veritatis, literæ fuerint impetratæ, qua tacita vel expreſſa nos nullas prorſus literas dediſſemus, à delegato non eſt aliquatenus procedendum g: niſi forſitan eatenus, ut partibus ad ſuam præſentiam convocatis, de precum qualitate cognoſcat: ut ſic in utroque caſu, eadem ratio, quæ delegantem moveret, moveat etiam delegatum: & ubi delegans ſuas literas denegaret, delegatus etiam ſuæ cognitionis officium nullatenus interponat.

CAP. XXI.

*In cauſa monaſterii convenitur Abbas per reſcriptum, in quo nulla fit mentio de conventu: nec propter hoc appellari poteſt, niſi Abbatis & conventus bona eſſent diſtincta omninò.*

Idem *Abbati & conventui Præmonſtratenſi.*

E a Doceri b poſtulaſtis à nobis, utrum per literas adverſus Abbates (nulla mentione habita de ſuis conventibus,) impetratas, teneantur Abbates ipſi ſuper cauſis (quæ ad conventus pertinent, & eoſdem) de ipſis querelantibus reſpondere: ac licet inhibita ſit appellatio, per appellationis objectum poſſint (ne reſpondeant) ſe tueri. Super quo duximus reſpondendum, quòd (niſi alia cauſa rationabilis ſuffragetur) per appellationem ſe tueri non poſſunt, quò minus debeant auctoritate literarum hujuſmodi legitimè reſpondere: Cùm ex officio ſuo teneantur congregationum ſuarum negotia procurare: Niſi fortè Abbatis & conventus negotia eſſent omninò diſcreta.

CAP. XXII.

*Proceſſus factus per literas ſubreptitias irritatur: ſed factus contra formam reſcripti, irritus nunciatur.*

Idem *Archiepiſcopo & magiſtro VV. canonico Magdeburgenſi.*

CUm dilecta c in Chriſto filia R. cuſtos Heſienſis d eccleſiæ, ac procurator G. monialis, ſuper electionibus in eadem eccleſia celebraris, litigaverint aliquamdiu coram nobis: & infrà. Deprehendimus literas ad Abbatem de Remech. e & ſuos conjudices impetratas, per ſubreptionem f obtentas, cùm in eis illius articuli, videlicet g de ſubtractorum reſignatione, fuerit præter conſcientiam noſtram cognitio demandata, qui in prioribus literis ad ſcholaſticum h Hildeſenſem, & conjudices ſuos obtentis, inſertus fuerat: de quibus in ſecundis literis mentio non fiebat: & ideò, quod ipſarum literarum occaſione dignoſcitur attentatum, duximus irritandum. Dictum inſuper ſcholaſticum & conjudices ſuos invenimus minùs providè proceſſiſſe. Cùm enim in literis noſtris eiſdem principaliter mandaretur, ut ad prædictam eccleſiam perſonaliter accedentes, perſonæ idoneæ adminiſtrationem committerent Abbatiæ, cui ad opus ejus fieret hincinde reſignatio ſubtractorum: ipſi formam mandati Apoſtolici tranſponentes, illo capitulo prætermiſſo, de aliis articulis inordinatè plurimum cognoverant: propter quod proceſſum ipſorum contra noſtri formam reſcripti, ac juris ordinem attentatum, irritum decernimus & inanem, ideoque mandamus, quatenus G. & quibuſdam aliis ſororibus eccleſiæ (ſicut juſtum fuerit) reſtitutis, & forma mandati noſtri exacta diligentia obſervata, in negotio ipſo ratione prævia procedatis.

CAP. XXIII.

*Valet ſecundum reſcriptum, licet de primo non faciat mentionem, quo uti noluit impetrans intra annum.*

Idem.

PLerunque i contingit, quòd aliqui noſtris literis impetratis, illis uti multo tempore poſtponentes, tùm demum eas exhibent, cùm aliarum auctoritate, ab eis, contra quos primitus literas impetrant, cœperint conveniri: dicentes poſteriores literas non valere, utpote non facientes de prioribus mentionem. Cùm igitur non ſit malitiis hominum indulgendum, ſtatuimus, ut ſi quis noſtras literas impetrans, intra annum poſtquam copiam judicum habuerit, ex malitia, vel negligentia poſtpoſuerit uti eis, auctoritate poſteriorum literarum valeat conveniri, licet in ipſis nulla de prioribus mentio habeatur.

a *In vulgatis malè, damnationi, cùm conſtet legendum diſcretioni.* b *al. Idem A. Amarico can. S. Hilarii Pictavienſi.* c *c. 10. eod. tit. in 3. compil.* d *diſtinctionem habendam.* e *Vide l. C. Si contra jus vel util. pub. & ibid. Bald.* f *ſed.* g *Vide l. Marc. cum gloſſ. 2. ff. de proc. & ff. de pet. har. l. Si poſſeſſor. & l. ſi quid poſſ.*

a *al. à nobis per literas edoceri poſtulaſtis.* b *c. 11. eod. tit. in 3. compil.* c *cap. 12. eod. tit. in 3. collect.* d *al. Heronenſis. al. Heriaſenſis.* e *al. Reveane.* f *id eſt, tacendo verum, vel exprimendo falſum.* g *ſic legendum in ver. de ſubjectorum reſignatione, vel ſubtractorum reſtitutione.* h *Midonenſem.* i *Cap. 3. eod. tit. in 3. compil.*

## CAP. XXIV.

*Si à delegato aliquid mandatur ordinario, debet humiliter exequi. Sed ſi alius delegatus per alias literas poſt executionem mandat contrarium, vel ſi ante executionem innotuerit ordinario, inter delegatum, qui mandavit, & alium, contentionem eſſe de juriſdictione: faciat ſibi utrarumque literarum copiam exhiberi, non ut juriſdictionaliter cognoſcat, ſed ut ſe informet, an per ſecundas revocentur primæ, & ſi primæ revocentur, exequatur ſecundum mandatum. Si autem non revocentur, vel de hoc dubitet, non exequatur ſecundum mandatum, donec contentio de juriſdictione terminetur. Abb. Sic.*

Idem *Rotha. Archiepiſcopo.*

CVm *a* contingat. *& infrà.* Præterea cùm quidam ſuper aliquo litigantes, ad diverſos judices literas impetrant, quorum quidam obtenti à parte altera tibi mandant, ut partem adverſam denuncies excommunicationis ſententiæ ſubjacere, aliis judicibus poſtmodum tibi injungentibus, ut eandem denuncies abſolutam, quæris, an utriſque, an neutris, vel alterutris ſaltem obedire debeas in hac parte. Super quo tuæ prudentiæ reſpondentes, credimus diſtinguendum, an cùm primum mandatum recepiſſe dignoſceris, tibi forſan innotuerit inter illos & alios ſuper juriſdictione diſcordiam ſuſcitatam, an ſuper hoc nihil omninò ſciviſti. Et quidem ſi ſuper contentione hujuſmodi nihil tibi penitus innoteſcat, cùm primum mandatum recipere te contingit, illud debes humiliter executioni *b* mandare. Sed ſi poſtea contrarium tibi ab aliis demandatur, tunc literarum ad utroſque à ſede Apoſtol. obtentarum copia poſtulata (quas tibi auctoritate præſentium diſtrictè præcipimus exhiberi) ſi ex ipſarum tenore deprehenderis evidenter (ita quòd non ſit aliquatenus hæſitandum) quòd literæ, quæ ad illos, à quibus ſecundum mandatum receperis, impetratæ noſcuntur, expreſsè revocent literas aliorum: tu illud intrepidus exequaris, quod tibi ſecundo loco mandatur. Si verò ex literarum inſpectione manifeſtè tibi conſtet, quòd literæ obtentæ ad illos, qui primum dedére mandatum, per alias minimè revocatur: ſecundum mandatum nullatenus exequaris. Quòd ſi ſuper hoc tibi meritò fuerit dubitandum, ad exequendum ſecundum mandatum te procedere non oportet, donec juxta cujuſdam noſtræ conſtitutionis tenorem inter eos hujuſmodi concertatio ſopiatur. Et idipſum facere debes, ſi primo mandato recepto, & nondum executioni mandato, tibi forſan innotuerit, quòd inter ſe ſuper juriſdictione demandata cœperint diſceptare. Cæterùm in his omnibus puram & providam te convenit intentionem habere: ne vel ad declinandum mandatum dubitare te dicas, ubi dubitandum non eſt: vel etiam ad exequendum te adſeras eſſe certum, ubi certus eſſe non debes. Licet autem ex his certa tibi detur doctrina, qualiter in his te debeas habere, nulla tamen tibi attribuitur poteſtas, ut inter delegatos, aut partes, de juriſdictione debeas judicare *c.*

## CAP. XXV.

*Quando in reſcripto plura narrantur, diverſos effectus operantia, non ſufficit impetranti alterum ſolum probare, ad utrumq; effectum conſequendum.*

Idem *magiſtro* d *G. & P, de Firmiſca.*

OLim *e* ex literis ſancti Nicaſii Remenſis *f*, Sargienſis, & Vallis regiæ Abbatum fuit noſtris auribus intimatum, quòd cùm ad eos ſemel & iterum à nobis literæ proceſſiſſent, ſuper eo videlicet quòd P. ... ricus ſancti Remigii, parœciam de Salice (quam R. de clivo per interpoſitam perſonam ſibi collatam ... propoſuit) detinebat, ipſi partes ſemel, ſecundò & tertiò citaverunt, & dictum P. quia citatus pluries comparere noluit, per ſe vel per reſponſalem aliquem coram eis, excommunicationis vinculo innodantes, ... fructus ipſius parœciæ ſequeſtrari. Cumque poſtmodum idem P. accedens ad eos ſe juri promiſerit pa... rum, ac obtinuerit ſe abſolvi: ipſi abſolutionis ... concedentes, diem ei adſignaverunt & locum, quibus ... ram eis, quod promiſerat, adimpleret: qui diem ... cum ex literis illis radens, in loco *a* raſuræ ſcripſit ... ipſi ei ſequeſtratos fructus adſignari mandabant: ... coram duobus eorum tandem (tertio ſui abſentiam ... ſante per literas) eſt confeſſus. Nos igitur cum ... temeritatis exceſſus falſitatis ſcrupulo non careret, ... dedimus in mandatis, ut (ſi eſſet *b* ita) ipſi ... ptori ſuper dicta parœcia perpetuum ſilentium imponentes, præfato R. de Clivo adſignaretis eandem cum ... ctibus ſequeſtratis. Verùm ſicut vos per veſtras ... literas intimaſtis, cùm dictus R. raſuram præfatam ... ram vobis per teſtes idoneos probaviſſet, & ob ... ſtulaſſet ſibi dictam eccleſiam adſignari: vos ... clauſula illa (ſi eſſet ita) de omnibus ſuperioribus, ... articulo tantùm raſuræ deberet intelligi, dubitaſtis. ... igitur reſpondemus, quòd clauſula illa ad omnia ... ſuperiora referri, ad hoc ut ipſi R. præfata eccleſia ... ratur: quia licet vitium falſitatis ad imponendum perpetuum ſilentium ſuper eccleſia ipſa ſufficiat, ... tatem hujuſmodi perpetravit, non tamen propterea ... dem eccleſia eſt adverſario adſignanda, niſi ſuper ... cta fuerit plena fides.

## CAP. XXVI.

*Non valet reſcriptum ſuper reſtitutione beneficii impetratum, quod de cauſa excommunicationis & amotionis impetratum ... cit mentionem.*

Idem *Epiſcopo Imolen.*

DIlectus *d* filius Abbas ſancti Stephani Bonon... per ſuas nobis literas intimavit, quòd cùm ... viſitationis officium in civitate ac diœceſi Bonon... commiſimus) B. & A. Presbyteros ab eccleſiis ſuis ... pter eorum graves & manifeſtos exceſſus) duxerit ... vendos: iidem ſuper reſtitutione ſua noſtras ... communi forma literas impetrarunt, de amotionis ... cauſa, & excommunicationis, *e* qua tenentur ... nullam facientes penitus mentionem 1. ... fraternitati tuæ mandamus, quatenus (ſi ita eſt) ... ipſas, tanquam per veri ſuppreſſionem obtentas, ... carere decernas.

1 *Procuratoribus igitur, vicariorum & eccleſiarum ... ceptiones in tua præſentia proponentibus antedictas, ... hujuſmodi negotio decreviſti, donec ſuper hoc noſtrum ... placitum recepiſſes.*

## CAP. XXVII.

*Per literas juſtitiæ non tenetur Epiſcopus providere ... petuam vicariam, vel ſufficiens patrimonium. ... gratiæ ad beneficium obtinendum, in quibus impetrans ... tuam vicariam, hoc dicit comprehendendo utrumq; ...*

Idem *Epiſcopo Veratiſamenſi f.*

POſtulaſti *g* per ſedem Apoſtolicam edoceri, ... alicujus eccleſiæ perpetuo vicario, de proventibus ... vicariæ, boniſq; paternis habenti, unde valeat ...

---

a *Cap. 1. eod. tit. in 4. compil.* b *Quòd ſi non fecerit, poterit compelli ad exequendum. c. paſtoralis. §. De off. delegat.* c *Addo concor. in l. qui procuratorem. in gloſſ. 1. ff. de procu. & in l. à divo Pio. & ibi Barto. & doctores, ff. de re judic.* d *al. idem de Vallibus Magiſtro G. & P. de Fumuſca. al. de ſimiis canonico.* e *cap. 2. eod. tit. in 4. compil.* f *al. Remanenſis, Saginenſis. Aliàs Signiacen. & eſt diœceſis Rhemen. al. Sargin.*

a *al. in locum raſuræ reſcripſit.* b *Adde quòd, ſi clauſula ... deſit in aliquo reſcripto, illud præſumitur eſſe falſum. ... DD. in c. cordi. De app. in 6.* c *Vide de clauſula, ſi ita eſt, ... eod. tit. in 4. compil.* e *Sententia in quibuſdam antiquis ... Vratiſmenſi.* g *C. 4. eod. tit. in 4. compil.*

ſuſtentari, tenearis per illam formam communem (cùm ſecundùm *a* Apoſtolum) in eccleſiaſtico beneficio providere. Ad quod ſic duximus reſpondendum, quòd cùm per formam prædictam neceſſitatibus pauperum clericorum (qui nullum ſunt eccleſiaſticum beneficium adſecuti) ſedes Apoſtolica duxerit ſuccurrendum: perpetuus vicarius (niſi de vicaria fecerit mentionem) commodum reportare non debet de hujuſmodi literis, utpote veritate tacita impetratis. Non enim beneficio carere debet dici, cui competenter de perpetuæ vicariæ proventibus eſt proviſum. Et pro habente beneficii ſufficientis ſubſidium, ex certa ſcientia ſuper obtinendo alio beneficio, de levi non ſcribimus, quin faciamus de primo in noſtris literis mentionem.

## CAP. XXVIII.

*Per literas Apoſtolicas de hac conſtitutione mentionem non facientes, non poteſt quis trahi ultra duas dietas extra ſuam diœceſim, niſi de conſenſu partium literæ fuerint impetratæ. hoc dicit, uſq; ad §. ſunt & alii.*

Idem *in concilio generali* b.

NOnnulli gratia ſed. Apoſtol. abutentes, literas ejus ad remotos judices impetrare nituntur, ut reus fatigatus laboribus & expenſis, liti cedere, vel importunitatem actoris redimere compellatur. Cùm autem per judicium injuriis aditus patere non debeat (quas juris obſervantia interdicit) ſtatuimus, ne quis ultra duas dietas extra ſuam diœceſim per literas Apoſtolicas ad judicium trahi poſſit. Niſi de adſenſu partium fuerunt impetratæ, vel expreſſam de hac conſtitutione fecerint mentionem.

*Non valent literæ ad lites impetratæ, ſine ſpeciali mandato Domini, niſi impetrentur per conjunctam perſonam. h. d.*

Sunt & alii, qui ſe ad novum genus mercimonii convertentes, ut vel ſopitas poſſint ſuſcitare querelas, vel novas immittere quæſtiones, fingunt cauſas, ſuper quibus à ſede Apoſtolica literas impetrant, abſque Dominorum mandato: quas vel reo (ne propter eas laborum vel expenſarum diſpendio moleſtetur) aut actori (ut per ipſas adverſarium indebita moleſtatione fatiget) venales exponunt. Cùm autem lites reſtringendæ ſint potiùs, quàm laxandæ, hac generali conſtitutione ſancimus, ut ſi aliquis ſuper aliqua quæſtione de cætero ſine ſpeciali mandato Domini literas Apoſtolicas impetrare præſumpſerit, & literæ illæ non valeant, & ipſe tanquam falſarius puniatur. Niſi fortè de illis perſonis extiterit, à quibus non debet exigi de jure mandatum.

## CAP. XXIX.

*Si occaſione duarum reſcriptorum, unius ſcilicet in cauſa principali, alterius in cauſa appellationis, contenditur: non judex ſuper principali, ſed deputatus ſuper adpellatione, cognoſcere debet de validitate appellationis.*

¶ Honorius III. *Cantuarenſi Archiepiſc. & conjudicibus ſuis.*

DIlectus filius I. Sarracenus clericus expoſuit coram nobis, quòd cùm Iordánus clericus Dumelienſis *c* ipſum ſuper eccleſia ſancti Nicolai Dumelienſis coram vobis authoritate literarum noſtrarum traxiſſet in cauſam: ex parte ipſius Iordani fuit excipiendo propoſitum, quòd authoritate ipſarum literarum non poterat conveniri, eò quòd ultra duas dietas à diœceſi, (ubi prædicta eccleſia erat) contra ſtatuta concilii generalis (de quo in eiſdem literis non fiebat mentio) diſtabatis *d.* Et quia hujuſmodi exceptionem admittere denegantes, procedebatis in cauſa (pro eo quòd idem I. *e* in Rophenſi & Elienſi diœceſi beneficia obtinet, quaſi ex hoc domicilium intelligeretur habere) ipſe ad noſtram audientiam appellavit: [ 1 *& infrà.*] Cumq; item I. appellationem interpoſitam proſecutus, ad Eboracen. Archiepiſcopum, & ejus collegas, ſuper præmiſſis literas impetraſſet: vos in cauſa ipſa nihilominus procedentes, eiſdem judicibus ne in commiſſo ſibi procedant negotio, inhibetis. Quocirca mandamus, quatenus (ſi eſt ita) cauſæ ſuperſedeatis eidem, cùm non vos, ſed dicti judices cognoſcere habeant, ad quos juriſdictio debeat pertinere.

[ 1 *Vos ejuſdem appellatione contempta partem alteram mittendam in poſſeſſionem ejuſdem eccleſiæ cauſa cuſtodiæ decreviſtis.*]

## CAP. XXX.

*Si plures impetrant in eadem eccleſia, ſtatur datæ: ut primus impetrans præferatur, & ſolus admittatur. Ita communiter ſummant Doctō. Et procedit iſtud ſummarium, ſecundùm opinionem communem, quæ hodie invaluit propter jura nova.*

¶ Idem *Epiſcopo & Archidiacono Legion.*

CApitulum ſanctæ crucis Cameracenſis exhibita nobis petitione monſtravit, quòd [ Callimacho clerico ] ſuper præbendali beneficio in eorum eccleſia obtinendo, literas noſtras ad eos priùs monitorias, & demum præceptorias impetrante, B. clericus contra eos ſuper conſimili beneficio in eadem ſibi eccleſia conferendo, ad I. Archiepiſc. Tornac. & ejus collegas, de prædictis literis non habita mentione, executorias à nobis literas impetravit: qui poſt adpellationem ad nos interpoſitam, in eos ſuſpenſionis & excommunicationis ſententias protulerunt: ac dictus *a* C. ſuper executione mandati pro eo facti, ad alios obtinuit ſcripta noſtra: qui tulerunt ſuſpenſionis & excommunicationis ſententias in eodem 1. Quocirca mandamus, quatenus eo recepto in canonicum & in fratrem, adſignatoque ſibi beneficio præbendali, qui ad eos prius mandatum Apoſt. reportavit, præfatas ſententias juxta formam eccleſiæ relaxetis: alteri ſuper præbendali beneficio in eadem eccleſia ſilentium imponentes.

[ 1 *Unde nobis humiliter ſupplicavit, ut cùm in eadem eccleſia tantùm XII. ſint præbendæ, & ob hoc non ſine magno gravamine ſimul providere poſſunt, utrique faceremus eaſdem ſententias relaxari, & provideri alteri eorum in eadem eccleſia de præbenda; præſertim, cùm in utriſque literis clauſula illa continetur inſerta; niſi de mandato noſtro eadem eccleſia foret in alterius receptione gravata.*]

## CAP. XXXI.

*Si habens literas Papæ ad beneficium, eis propter annuam penſionem renunciat, non valent literæ beneficiales per eum hoc tacito impetratæ.*

¶ Idem *Bituricen. Archiepiſc. Apoſt. ſed. leg.*

AD audientiam noſtram [ *te ſignificante* ] pervenit, quòd quidam clerici obtentis à ſed. Apoſtol. literis ſuper proviſione ſua in aliquibus eccleſiis tibi ſubjectis, recipientes ab eis annuas penſiones ſeu alia beneficia, ab eorum impetitione deſiſtunt, renunciantes beneficio literarum: [ 1 *& infrà.*] F. t. mandamus quatenus eos qui poſt literas taliter vēditas, alias (de illis mentione non habita) impetrabunt de cætero, vel hactenus impetraverint: carere decernas commodo earundem, & eccleſias non permittas earum occaſione vexari: revocando in irritum, ſi quid earum prætextu inveneris eſſe factum.

[ 1 *Demum ad ſedem Apoſtolicam accedentes ſuper ſua proviſione obtinent alias literas ab eadem, de literis antea impetratis non habita mentione, & ſic gratia Apoſtolicæ benignitatis abutentes eccleſias multipliciter inquietant. Ne igitur tales de ſua circumventionis aſtutia glorientur.*]

## CAP. XXXII.

*Receptus per literas Apoſtolicas, licet præbendam exſpectet, per alias literas hoc ſupprimentes, in alia eccleſia recipi non debet. hoc dicit, inhærendo verbis literæ.*

---

a *Infrà de præbend. cùm ſecundùm Apoſtolum.* b *Lateranenſ. cap. 37. de liter. non impetran. &c.* c *al. Dulmenſis. al. Dunelmenſis.* d *In nonnullis manuſcriptis legitur, Citabatis.* e *Iordanus.*

a *Dictus R.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Greg. IX. *Medioìlanenſi Archiepiſcopo.*

IN noſtra propoſuiſti præſentia, quòd nonnulli clerici à ſed. Apoſtol. plures literas (non tamen alias de aliis mentionem facientes) impetrant fraudulenter, quòd in pluribus eccleſiis admittantur: ſicque aliquando in aliis recepti, licet nondum in eis eccleſiaſticum beneficium ſint adſecuti, alias eccleſias ſuper receptione ſua nihilominus impetunt & moleſtant *a*: & infrà.

Mandamus quatenus eos clericos eccleſiis in quibus recepti ſunt, faciens eſſe contentos, non permittas alias ab eis occaſione literarum hujuſmodi moleſtari. Niſi de receptione fortè ſua expreſſam fecerint mentionem.

CAP. XXXIII.

*Non valet reſcriptum, quod procurator revocatus & de hoc certificatus, extra judicium impetravit: ſecus tamen ſi in judicio: dummodo revocatio ad notitiam adverſarii vel judicis non pervenit. hoc dicit, ſecundùm lecturam magis communem.*

¶ Idem *Epiſcopo Silvanectenſi, & Abbati Caroliloci* b.

EX parte decani & capituli Laudunenſis fuit propoſitum, quòd cùm ipſi auctoritate Apoſtol. indulgentiæ in nobilem virum I. excommunicationis ſententiam protuliſſent: procuratoribus partium propter hoc ad ſedem Apoſtol. accedentibus, & lite ſuper diverſis articulis conteſtata, nos cauſam vobis commiſimus terminandam, hoc adjecto, ut non obſtarent literæ præter adſenſum partium impetratæ. Dictus autem nobilis citatus, propoſuit, quòd per illas literas procedendum non erat, ex eo quòd V. qui eaſdem literas impetraverat, falſus extiterat procurator, cùm ipſe ante impetrationem literarum ipſarum, propter ſuſpicionem, quam contra eundem conceperat, mandatum ſibi traditum revocaſſet. Eis igitur proponentibus ex adverſo, quòd ad nos vel ad ipſos hujuſmodi revocatio non pervenit, vos quod deberetis per literas ipſas procedere, per quandam interlocutoriam protuliſtis: *& infrà.* Petente itaque procuratore ipſorum, ut inſpiceretis prædictam indulgentiam, procurator ipſius nobilis ex adverſo reſpondit, quòd non erat per jam dictas literas procedendum, exhibens alias quaſdam poſterius impetratas, inter alia continentes, ut ſi de partium voluntate procederet, cauſam terminaretis eandem: alioquin ipſam ſufficienter inſtructam remitteretis ad ſedis Apoſtol. examen, cum indulgentia memorata. Quas literas ipſi ex eo non valere dicebant, quia per eundem V. & poſt revocationem mandati fuerant impetratæ. Quia verò juxta generalis ſtatuta concilii, Apoſtol. literæ, quas ſine ſpeciali mandato Domini quis impetrat, valere non debent, niſi ſit de illis perſonis à quibus non eſt exigendum de jure mandatum: mandamus quatenus ſi revocatio mandati ad procuratorem pervenit (cùm minus valere debeant literæ quæ impetrantur ab illo, à quo mandatum Dominus revocavit) in negotio *c* juxta priorum continentiam literarum, non obſtantibus poſterioribus, procedatis.

CAP. XXXIV.

*Reſcriptum impetratum contra hominem alicujus diœceſis, non extenditur ad hominem ejuſdem nominis alterius diœceſis.*

¶ Idem *Decano & magiſtro G. canonico Leodicenſi.*

SIgnificante V. nos noveris accepiſſe, quòd cùm R. contra V. Rhemenſis diœceſis ſuper quibuſdam pannis & aliis ad judices literas impetraſſet, idem V. excipiendo propoſuit, quòd cùm idem non de Rhemenſi, ſed de Leodicenſi diœceſi exiſteret, per hujuſmodi literas (cùm de diœceſi Leodicenſi, non facerent *d* aliquam mentionem) convenire de jure non poterat, nec debebat. Et quia exceptionem hujuſmodi admittere denegarunt, noſtram audientiam appellavit. Ideoque mandamus quatenus ſi eſt ita, revocato in irritum, & cætera.

CAP. XXXV.

*Per reſcriptum impetratum contra homines diœceſis, non poſſunt conveniri homines civitatis.*

Idem *priori ſancti Laudinenſis, & ſuccentori Rothomagenſi.*

ROdulphus clericus rector eccleſiæ ſancti Chriſtophori de civitate Sagienſi, ſua nobis inſinuatione monſtravit, quòd cùm magiſter R. cum per quaſdam literas contra Epiſcopum Sagienſem, & quoſdam alios Sagienſis diœceſis, ſuper reditibus & rebus aliis impetratas à nobis coram judicibus ſuper eadem eccleſia per generalem clauſulam (quidam alii) conveniſſet: idem rector propoſuit excipiendo, quòd cùm eſſet de civitate Sagienſi, & ſub eadem clauſula nullus de civitate intelligitur incluſus, convenire non poterat per eandem. Et quia dicti judices exceptionem hujuſmodi recuſarunt admittere, noſtram audientiam appellavit. Ideoque mandamus quatenus eſt ita, revocetis in irritum, &c.

CAP. XXXVI.

*Si conveniendus per clauſulam, moriatur re integra, hæres conveniri non poteſt.*

Idem *Abbati ſancti Iacobi.*

SIgnificavit nobis comitiſſa Namutenſis, quòd [illegible] mortuo comite fratre ſuo, ipſa in ejus ſucceſſerat comitatu, G. & B. per quaſdam literas Apoſtolicas [illegible] Tullen. Epiſcopum, & quoſdam alios clericos [illegible] impetratas, eam coram judicibus (ad quos [illegible] rant) ſuper quadam ſumma pecuniæ, quam [illegible] fratri ſuo ſe mutuaſſe dicebant, per illam generalem clauſulam, quidam alii (quia in prædicto comitatu ſucceſſerat) convenerunt, excipiente itaque procuratore ſuo, quòd cùm adhuc frater ejuſdem mulieris viveret quando eædem literæ impetratæ fuerunt, nec per eam dum viveret, fuerat ad judicium evocatus, [illegible] ritate non poterat conveniri. Et quia judices exceptionem non admittebant ipſius, noſtram audientiam appellavit. *& infrà.* Ideoque mandamus, quatenus ſi eſt ita, revocato in irritum.

CAP. XXXVII.

*Non valent literæ executoriæ, in quibus impetrans [illegible] monitorias præceſſiſſe.*

Idem *Abbati ſancti Victoris.*

EX inſinuatione Epiſcopi Ambianenſis accepimus, quod I. clericus ſuper ejus proviſione ad ipſum [illegible] as, & poſtmodum ad vos *b* executorias contra [illegible] teras impetravit. *& infrà.* Quocirca mandamus, quatenus ſi nullæ monitoriæ ſuper hoc præceſſerint, executoriis ſuperſedeatis eiſdem, dummodo eædem [illegible] de monitoriis fecerint mentionem: alioquin in [illegible] nis negotio juxta directum ad vos pro ipſo [illegible] ratione prævia procedatis.

CAP. XXXVIII.

*Ceſſantibus clauſulis in dubio Papa non intendit gravare [illegible] collatorem ſuper proviſione duorum: ideò ſecundus [illegible] litur, ſive primus expectet, ſive ſit jam gratiam conſecutus [illegible] cet, ſecundùm intellectum gloſſ.*

Idem *Novienſi Epiſcopo.*

MAndatum Apoſtolicum ad te directum, ut magiſtrum S. faceres in canonicum recipi, & in [illegible]

---

a *Vide l. 1. §. ſed & ſi quis. D. de Carb. ed. & D. de lib. cau. l. ordinata.* b *in multis antiquis ita, & Abbati Compedien.* c *In uno antiquo, in negotio iſto.* d *faceret.*

a *Vide & l. à procedente, & ibi Bart. C. de dila.* b [illegible] *loquitur, ad Abbatem & Epiſcopum. Ne putes [illegible] ralis locutio duorum numero conſiſtere poteſt. 4. q. 4. [illegible] verùm rectius loquitur Abbati S. Victoris. & collegis [illegible] audiretur in plurali. c. quam gravi. ℑ. de crim. falſ.*

Novien. eccleſiæ, ſi pro alio ibidem non ſcripſimus, qui hujuſmodi gratiam proſequatur, alio jam beneficium per noſtras literas obtinente, proſequi non teneris. Cùm ſuper receptione duorum gravandi eccleſiam antedictam non fuit intentio mandatoris.

## CAP. XXXIX.

*Eccleſia in qua Papa primus dedit monitorias, & ſecundus executorias, per primum, non per ſecundum intelligitur gravata.*

Idem.

Literis Apoſtolicis ad vos directis, ut G. clericum reciperetis in canonicum & in fratrem, niſi pro alio ſuſſet per nos eccleſia veſtra gravata, mandatum noſtrum vos exequi volumus & mandamus. Non obſtante, quod B. Subdiaconum per noſtras literas executorias recepiſtis, quià bonæ memoriæ H. præ. noſtro monitorias impetravit. Cùm factum præ. noſtri potiùs, quàm noſtrum fuerimus proſecuti. a

## CAP. XL.

*Diœceſanus, cui ſcribitur, ut in diœceſi ſua, ubi pro alio ſcriptum non eſt, provideat & faciat provideri, non poteſt id exequi circa beneficium ſpectans ad collationem alterius, jam pro alio gravati.*

Idem.

Abbatem, qui mandatum Apoſtolicum jam recepit, ut S. clerico in aliqua eccleſiarum ſui monaſterii provideret, & per literas generales ad diœceſanum Epiſcopum obtentas, ut in diœceſi ſua [ubi pro alio ſcriptum non eſſet] faceret provideri; cogi juris ratio non permittit, nec ſuper conferendis eccleſiis, aut beneficiis aggravari, etiamſi facultatem habeat diœceſanus per eaſdem literas providendi.

## CAP. XLI.

*Per reſcriptum directum excommunicatori, ut abſolvat excommunicatum, ſi contra concilium eum excommunicavit, datis executoribus, qui eo non parente exequantur, non excommunicatori, ſed executoribus cognitio demandatur.*

Idem.

Ab excommunicato, qui contra ſtatuta concilii b generalis aſſerit ſe ligatum, literis ad excommunicatorem obtentis, ut (ſi eſt iſta) ſine difficultate abſolvat eundem, & aliis c deputatis judicibus, qui (eo non parente) mandatum Apoſtolicum exequantur. Non excommunicatori (qui de facto ſuo in hoc certus eſſe debet, licet in hoc deferatur eidem) ſed illis cognitio demandatur.

## CAP. XLII.

*Si impetrans reſcriptum ad beneficium, dixit ſe non beneficiatum, cum tamen haberet beneficium, licet exiguum, non valet reſcriptum.*

Idem.

Si proponente aliquo nondum ſe beneficium eccleſiaſticum aſſecutum, ſuper proviſione ipſius (licet minus tempore eius obtinentis) reſcriptum Apoſtolicum de hoc mentionem non faciens, impetretur. Illud veluti fraudulenter obtentum dicimus non valere.

## CAP. XLIII.

*Abutentes reſcripto Apoſtolico in caſibus hic enumeratis, privantur commodo reſcripti, & condemnantur in ſumptibus & damnis adverſarii.*

Idem Epiſcopo Pariſienſi.

Quia nonnulli diverſis modis literis Apoſtolicis abutuntur, ſtatuimus, ut quicunque obtentas ſub nomine ſuo literas aliis ejuſdem nominis tradunt, qui quos volunt fatigant indebitè per eaſdem, & qui eas tali modo recipiunt: quique illos contra quos nihil habent quæſtionis, faciunt in judicium evocari: aut literas ipſas ad futuras trahunt controverſias, quæ nondum fuerant tempore impetrationis exortæ: ſeu quenquam ſuper uno negotio, vel etiam malitioſè ſuper pluribus perſonalibus actionibus, quæ ſub uno judice poſſent tractari commodiùs, per varias literas coram diverſis judicibus trahunt, ut laboribus fatigatus & ſumptibus, vel compellatur componere, vel cedere juri ſuo: aut reus actorem eodem tempore ad diverſa loca, vel indeterminatè ad villam, quæ commune cum pluribus ejuſdem provinciæ villis habet vocabulum, citari procurat, ut dum non comparuerit excommunicetur quaſi contumax, & ſic eum à ſua intentione repellat: earundem literarum commodo careāt a, & adverſariis in moderatis expenſis ac damnis, quæ propter hoc eos pertuliſſe conſtiterit, condemnentur.

# DE CONSVETVDINE.

## CAP. I.

*Conſuetudo inferens gravamen eccleſiis, debet judicis officio tolli. hoc dicit ſecundùm intellectum magis ſingularem.*

Gregorius *in Regiſtro.* b

Conſuetudines, quæ eccleſiis gravamen inducere dignoſcuntur, noſtra nos decet conſideratione removere.

## CAP. II.

*Ex conſuetudine poteſt introduci actus ſive ſolennitas, per quam ſine apprehenſione reali transfertur poſſeſſio rei abſentis. h. d. & eſt caſus ſingularis, ſecundùm Abbatem Sicul.*

*Innocentius III. Archiepiſcopo & cap. Lugdunenſi.*

Ex c literis: [1 *& infrà.*] Si verò aliquis poſſeſſiones aliquas clauſtris, vel aliis religioſis locis, in bona [valetudine,] vel ultima [voluntate] pro ſuorum vult remedio peccatorum conferre: hanc conferendi formam eſſe proponis, quòd in hujuſmodi donationibus modicum terræ conſuevit in manu accipere, vel in extremitate d pallii manu prælatæ eccleſiæ ſuſtinetur, aut ſuper altare ponendum ſub teſtimonio videntium & audientium [ſub dicta forma,] quæ ſcotatio vulgariter appellatur: [2 *& infrà.*] Diſcre. veſtræ mandamus, quatenus donationes eorum, quæ ſub obtentu conſuetudinis clauſtris, eccleſiis vel quibuslibet locis religioſis piè conferuntur, etiam ſunt collata, faciatis irrevocabiliter obſervari, cùm hujuſmodi ſignum, quod ſcotatio dicitur, non tam factæ donationis, quàm traditæ poſſeſſionis ſit evidens argumentum.

[1 *Quas tu nobis, frater Archiepiſcope, deſtinaſti, intelleximus manifeſtè, quòd regnum Daciæ, quantum ad ea quæ ad jus fori contingunt, conſuetudinibus ſuis, & inſtitutionibus Regum ſuorum omninò regatur. Unde nullum uſum teſtamentorum illius provinciæ hominibus contingit habere, qui alibi in ultimis decedentium voluntatibus ſecundùm legalem obſervantiam cuſtoditur.*]

[2 *Verùm quia hujuſmodi donatio malitioſè à quibuſdam cavillatoribus ſicut aſſeris impeditur, à nobis humiliter poſtulaſti, ne loca religioſa & eccleſia quibus multæ poſſeſſiones ſub ſcotatione hujuſmodi ſunt collatæ, ab aliquibus poſſint vel debeant temerè perturbari, paterna debemus ſollicitudine providere. Nolentes igitur ut tales conſtitutiones, quas diuturnitas temporis, ut aſſeris, obſervavit, & uſus conſuetudinis approbata hactenus retinuit, temeritate qualibet infirmetur.*]

a *extra.* b *Later. ſub Innoc. III. c. 47.* c *& aliis ſibi judicibus deputatis.*

a *adde generaliter de actibus qui infirment reſcriptum. l. 2. C. ſi contra jus vel util. pub.* b *lib. 1. epiſt. 64. ad Felicem Epiſcopum Meſſanenſem, & cap. 1. eod. tit. in 1. compil.* c *Cap. 2. eod. tit. in 3. compil.* d *in quibuſdam recentioribus ita, ſed malè, meo judicio, vel in extremitate pallii manu prælati eccleſiæ, &c.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

### CAP. III.

*Non valet conſuetudo, ut in cauſis eccleſiaſticis dictum populi pro ſententia teneatur.*

Idem *Epiſcopo Pictavienſi.* a

ADnoſtram audientiam *b* noveris perveniſſe, quòd in tua diœceſi etiam in cauſis eccleſiaſticis conſuetudo minus rationabilis habeatur, quòd cùm aliqua cauſa tractatur ibidem, & allegationibus & querelis utriuſque partis auditis à præſentibus literatis & illiteratis, ſapientibus & inſipientibus, quid juris ſit quæritur, & quod illi dictaverint, vel aliquis eorum (præſentium conſilio requiſito) pro ſententia teneatur. Nos igitur attendentes, quòd conſuetudo, quæ canonicis obviat inſtitutis, nullius debet eſſe momenti *c*, cùm ſententia à non ſuo judice lata nullam obtineat firmitatem: ut in cauſis eccleſiaſticis ſubjectorum tuorum poſtquam tibi de meritis eorum conſtiterit, ſententiam proferre valeas, ſicut ordo poſtulat rationis, auctoritate tibi præſentium (præmiſſa conſuetudine non obſtante) concedimus facultatem. *d*

### CAP. IV.

*Conſuetudo non poteſt operari, ut clericus non Epiſcopus poſſit exercere ea, quæ ſunt reſervata ordini epiſcopali: & eſt caſus nota. Abbas.*

Idem *L. vicario noſtro* e *apud Conſtantinopolim conſtituto.*

QVanto *f* de benignitate [ 1 & ſ.] Pervenit *ſanè* ad audientiam noſtram, quòd quidam ſimplices ſacerdotes apud Conſtantinopol. ea ſacramenta præſumunt fidelibus exhibere, quæ ab Apoſtolorum tempore fuerunt ſolis pontificibus reſervata, ut eſt ſacramentum confirmationis, quod chriſmando renatos ſoli debent Epiſcopi per manus impoſitionem conferre, ad excuſandas excuſationes in peccatis: ſolam conſuetudinem prætendentes, [ 2 & ſ.] Di. t. mandamus, quatenus omnibus Presbyteris diſtrictè prohibeas, ne talia de cætero ſua temeritate præſumant: quæ licet non ſint à fidelibus contemnenda, tutius tamen eſt ea ſine periculo ex neceſſitate (quæ legem non *g* habet) omittere, quàm ut ab his quibus ea conferre non licet, ex temeritate (quæ lege damnatur) non ſine gravi periculo inaniter conferantur: cùm umbra quædam oſtendatur in opere, veritas autem non ſubeat in effectu.

[ 1 *Sed. Ap. locum obtines celſiorem, tanto tibi eſt ſolicitius procurandum, ut te talem eidem exhibeas in negotiis peragendis, non declinans ad dextram vel ad ſiniſtram, quòd non minus re quàm nomine vices Apoſtolicas gerere comproberis.*]

[ 2 *Cùm diuturnitas temporis peccata non minuat, ſed augmentet, quæ tanto graviora exiſtunt, quanto infelicem animam diutius detinent alligatam. Volentes igitur hæc & alia, quæ oculos divinæ majeſtatis offendunt, de agro dominico extirpari.*]

### CAP. V.

*Non valet conſuetudo per quam interdicti ſententia violatur.*

Idem *decano & cap. Cenomanenſi.* h

CVm inter *i* vos ex una parte, & canonicos ſancti Petri de curia ex altera, ſuper eo, quòd dicti canonici generale interdictum ab Epiſcopo veſtro, vel à vobis in civitate Cenomanenſi poſitum non ſervabant, quæſtio *k* vertebatur, [ 1 & ſ.] Procurator verò ipſorum propoſuit, quòd ipſa eccleſia ſancti Petri à prima fundatione libera extitit & exempta: & de conſuetudine antedicta in generali etiam interdicto licitum erat eis, pulſatis campanis alta voce interdictis & excommunicatis excluſis divina officia celebrare. Nos [illegible] cognito, quòd ex tali conſuetudine, ſi qua foret, [illegible] peretur nervus eccleſiaſticæ diſciplinæ, ipſam de [illegible] ſu fratrum noſtrorum duximus irritandam.

[ 1 *Ut utraq; pars eandem cauſam ſine debito termino [illegible] um nuncium ad ſe. ap. deſtinarunt. partibus ergo [illegible] tia conſtitutis, per procuratores idoneos eis audientiam [illegible] liberam & benignam. Et quidem eccleſia veſtra propoſuit [illegible] curator, quòd cùm Cenomanenſ. eccleſia ſuo loco & tempore [illegible] ſibus ſæcularis poteſtatis interdicto velit ſupponere [illegible] beati Petri de curia, tanquam ſuo capiti membrum [illegible] campanis pulſatis, apertis januis divina officia celebrare [illegible] ſantibus non obmiſit. Cùm autem ven. F. n. Hoſtien. Epiſcopus [illegible] partibus illis legationis officio fungeretur, idem canonici [illegible] præſentiam accedentes ſuam ei ſuper hoc querimoniam [illegible] raverunt, qui partibus convocatis, & rationibus utriuſq; [illegible] diligenter auditis & cognitis: cùm pars eccleſiæ ſancti [illegible] privilegia ſedis Apoſtolicæ non poſſet oſtendere ſe [illegible] firmiter conſtaret, quòd ex ſuperbia potius ad hoc, quàm [illegible] rationabili duceretur, ſententialiter definivit, quòd cùm [illegible] te Cenomanenſi poſitum eſſet interdictum, illud eadem [illegible] ſervaret, vinculo quoq; excommunicationis ac pœna [illegible] ficis eos ſupponens, qui ſua ducerent ſententia reſiſtendum. [illegible] dum verò cùm propter quoſdam exceſſus ſecularis [illegible] nomanenſis civitas ſupponeretur eccleſiaſtico interdicto: [illegible] nonicis ſancti Petri denunciatum fuiſſet, ut à divinorum [illegible] ne ceſſarent, & obſervarent ſicut alia ipſius civitatis [illegible] dictum, ipſi majorem temeritatem ſua audacia adjungentes [illegible] majori ſolennitate ſuum ſunt officium executi, [illegible] ti ſententiam non verentes.*]

### CAP. VI.

*In attribuendis officiis nova dignitati, ſervatur [illegible] cinarum civitatum, quæ ſi diverſa fuerit, ſervabitur [illegible] nabilis, & alii non præjudicans.*

Idem *Epiſcopo Helienſi.*

CVm olim *a* Londonenſis Epiſcopus noſtris [illegible] intimaſſet, quòd in ſua eccleſia propoſuerit [illegible] præcentorem, nos ejus precibus inclinati, ei [illegible] conceſſimus præcentorem hujuſmodi ordinandi, [illegible] modo in conferendis ſibi reditibus nulli inferendo [illegible] dicium, ſtatuentes ut præcentor taliter inſtitutus, in [illegible] nibus, proceſſionibus, & aliis illam haberet in London. eccleſia dignitatem, quam habent alii præcentores [illegible] eccleſiis Anglicanis: [ 1 & ſ.] Quocirca [illegible] quatenus, ſi ſecundùm diverſas conſuetudines [illegible] diverſas habere noveris præcentores in Anglicanis [illegible] ſiis dignitates, jam dictum præcentorem illam [illegible] cias in Londonen. eccleſia dignitatem, eaq; [illegible] tentum, quam (rationabilib. & adprobatis conſuetudinibus [illegible] eccleſiæ ſalvis) ſine præjudicio alieno poterit [illegible]

[ 1 *Poſtmodum autem noſtris fuit auribus [illegible] licet idem Epiſcopus dil. fil. G. in eadem eccleſia [illegible] torem, quòd tamen à nobis fuerat de prælibata dignitate [illegible] biennio jam elapſo exequi non curavit. Quapropter [illegible] in mandatis, ut illud, ſublato cujuslibet contradictionis [illegible] ſtaculo, exequi non poſtponeres, contradictores per [illegible] cam compeſcendo. Noviter verò dil. fil. decanus & [illegible] perſonatus habentes in eccleſia memorata ſuam nobis [illegible] querelam: quòd cùm per eccleſias Anglicanas [illegible] cùm ſint varia & repugnantes, convenire ſimul in unam, [illegible] viter eſt inſtitutus in eccleſia London. præcentor, [illegible] quod habere poteſt ſine præjudicio aliorum, [illegible] noſtrarum quaſdam ipſius decani & aliorum [illegible] dem dignitate eccleſiæ ſibi nititur in præjudicium [illegible] vare.*]

### CAP. VII.

*Non poteſt induci ex conſuetudine, ut quis poſſit [illegible]*

a *al. Pariſienſi. al. Patavienſi.* b *Ca. 1. eod. tit. in 3. compil.* c *Tex. eſt in l. 2. in glo. magna, & ibi Cy. C. quæ ſit lon. conſuet. & in l. nemo alieno. in glo. temporalis. ff. de reg. juris.* d *Liberam facultatem.* e *Idem Lucio vicario, &c.* f *Cap. 3. eod. tit. in 3. compil.* g *l. un. ff. de conſuet. & in l. non ſolùm. §. fin. ff. de exc. tut.* h *al. Idem N. Decano. &c.* i *Cap. 4. eod. tit. in 3. coll.* k *Verteretur.*

a *Cap. 5. eod. tit. in 3. comp.*

*dignitatem ſine ſuperioris licentia, vel ut poſſit electus adminiſtrare, non habita confirmatione à ſuperiore.*

Idem *conventui Corbien monaſterii.* a

CVm venerabilis *b* frater noſter Epiſcopus Hoſtien. & L. ſanctæ crucis Presbyter cardin. in partibus Alemaniæ legationis officio fungerentur, invenerunt Abbatem de monaſterio Hermionenſ. quod ad Rom. eccleſ. noſcitur pertinere nullo mediante, ad monaſterium Corbien. quod eſt etiam Rom. eccleſ. ſpeciale, temeritate propria migraſſe: licentia illud deſerendi, vel confirmatione à nobis, vel ab ipſis, qui vices noſtras in illis partibus tunc gerebant, nec habita, nec petita: & ỹ. Poſtmodum autem nuncii ejus ad defenſionem ipſius, generalem illius terræ conſuetudinem allegarunt.

Cùm igitur hæc non tam conſuetudo, quàm corruptela meritò ſit cenſenda, quæ profectò ſacris eſt canonibus inimica, ipſam mandamus de cætero non ſervari. *c*

## CAP. VIII.

*De conſuetudine poteſt induci, quòd una eccleſia de gremio alterius teneatur ſibi prælatum eligere. Et conſuetudo eſt optima legum interpres.*

Idem *decano* [*Saleſbrienſi. A.*] *Archidiac. & magiſtro P. Penetel. cano.* [*Pariſienſi.* d]

CVm dilectus *e* filius Guil. Andren. eccleſiæ monachus, qui pro clerico ejusdem eccleſiæ ſe gerebat, & G. procurator monaſterii Karofen. ſuper jure eligendi Abbatem in Andren. monaſterio, & ejusdem electione in noſtra præſentia ad invicem litigarent, idem Guil. electionem ſuam à fratribus Andren. eccleſiæ concorditer celebratam, auctoritate Apoſtolica petiit confirmari, adſerens tam de jure communi, quàm de privilegio ſpeciali eis ab Alex. Papa conceſſo, & à nobis poſtmodum confirmato, liberam eligendi auctoritatem ad eosdem fratres tantummodo pertinere. [ 1 & ỹ. ] Dictus verò procurator propoſuit ex adverſo, quòd cùm olim ad petitionem patronorum eccleſiæ à *f* Morien. Epiſcopo fuerit conſtitutum, quòd ſi præfatus locus divino munere adeò pullularet, ut prior, aut Abbas conſtitueretur ibidem, electio ejus penes fratres ejusdem loci, & capitulum Karofen. penderet, & obtentu hujuſmodi ſtatuti ſic fuerit longè retrò actis temporibus obſervatum, ut monaſterio Andren. vacante, Andren. fratres in Karofen. capitulo aliquem de gremio monaſterii Karofen. ſibi eligerent in Abbatem: electio prædicti G. tam contra ſtatuti tenorem, quàm etiam contra conſuetudinem approbatam (quæ optima eſt legum interpres) minùs canonice attentata, meritò caſſari debebat: [ 2 & ỹ. ] Quia nobis conſtitit electionem ipſam à ſuſpenſis, & de ſuſpenſio etiam celebratam, eam juſtitia caſſavimus exigente. Cæterùm cùm ſupradictum ſtatutum ita ſanè poſſet intelligi, quòd per illud nec juri communi, nec privilegio derogetur: ut videlicet ad ſæpedictos fratres electio ſpectet Abbatis, & ad Karofen. capitulum confirmatio: mandamus quatenus ſi ex parte Karofen. monachii talis fuerit conſuetudo probata; quæ juri communi præjudicet, in hac parte vos ſecundùm illam decernatis electionem Andren. Abbatis de cætero faciendam, alioquin Andren. monachis jus eligendi Abbatem adjudicare curetis: ut ſic de cætero liberam habeant facultatem de gremio eccleſiæ ſuæ vel etiam aliunde per electionem canonicam eligendi perſonam idoneam in Abbatem præſentandam Karofen. capitulo, ut ab eo (ſi fuerit canonica) confirmetur.

[ 1 *Nam de jure communi omnis congregatio monachorum eligere ſibi debet Abbatem: & in ejuſdem Alex. privilegio continetur, ut obeunte monaſterii Andren. Abbate nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres vel eorum pars conſilii ſanioris ſecundum Deum & beati Benedicti regulam duxerint eligendum, à nobis quoq; prædictis fratribus dignoſcitur eſſe conceſſum, ut licitum ſit eiſdem cùm eccleſiam ſuam Abbate vacare contigerit, perſonam idoneam de gremio ejuſdem eccleſiæ, vel aliunde per regularem electionem ſibi præficere in paſtorem Karofen. monaſterio præſentandam, ut ab ipſo confirmationem accipiat, & reverentiam quam ei debet impendat.*]

[ 2 *Et mandari fratribus antedictis, ut juxta quod eſt hactenus obtentum, procederent ad electionem Abbatis: & infrà. His igitur & aliis quæ coram nobis utrinq; fuere propoſita perſpicaciter intellectis.*

## CAP. IX.

*Capitulum ſine Epiſcopo ſtatuta, ſeu conſuetudines novas facere, vel antiquas immutare non poteſt.*

Honorius III. *a Pariſienſi capitulo.*

CVm conſuetudinis uſusque longævi non ſit levis auctoritas, & plerumque diſcordiam pariant novitates. Auctoritate vobis præſentium inhibemus, ne abſque Epiſcopi veſtri conſenſu immutetis eccleſiæ veſtræ conſtitutiones & conſuetudines approbatas, vel novas etiam inducatis. Si quas fortè feciſtis, irritas decernentes.

## CAP. X.

*Non valet conſuetudo, per quam quis inducitur ad peccandum, vel bona propria diſſipandum.*

Idem *majori & Burgen. de Rupella.*

EX parte veſtra fuit propoſitum, quòd cùm in patria veſtra ſervatæ ſint hactenus duæ conſuetudines abuſivæ, *una* quòd ſi indigena vel extraneus prodigalitatis vitio vel incuria, ſeu quocunque caſu alio diſſipaverit vel amiſerit bona ſua, bona uxoris ſuæ, tam mobilia, quàm immobilia pro ſuæ voluntatis libito *b* alienat. [ 1 & ỹ. ] Et quòd ſi vir ducat uxorem, quæ fide conjugii violata committat adulterium, nihilominus ipſa medietatem omnium bonorum, quæ fuerit vir adeptus, impudenter exigit, & improbè apprehendit; quæ potius privanda eſſet omnibus viri bonis: [ 2 & ỹ. ] Tenore præſentium declaramus, vos non teneri ad hujuſmodi conſuetudines obſervandas.

[ 1 *Quare fit interdum, ut viro defuncto mulier remaneat indotata, & ſuperſtites filii extremæ ſubjaceant incommodis paupertatis. Alia quoque conſuetudo eſt non impariter reprobanda.*]

[ 2 *Quare ſuper his vobis per ap. ſe. provideri humiliter poſtulaſtis. Nos igitur ſaluti & utilitati veſtræ conſulere cupientes.*]

## CAP. XI.

*Conſuetudo non derogat juri naturali, ſeu divino, cujus tranſgreſſio peccatum inducit: nec poſitivo, niſi ſit rationabilis & præſcripta.*

Gregorius IX.

CVm tantò ſint graviora *c* peccata, quantò diutius infelicem animam detinent alligatam, nemo ſanæ mentis intelligit naturali juri (cujus tranſgreſſio periculum ſalutis inducit) quacunque conſuetudine (quæ dicenda eſt verius in hac parte corruptela) poſſe aliquatenus derogari. Licet etiam longævæ conſuetudinis non ſit vilis auctoritas, non tamen eſt uſque adeò valitura, ut vel juri poſitivo debeat præjudicium generare, niſi fuerit rationabilis, & legitimè ſit præſcripta.

a *al. ita: Idem conventui & Corbienſi monaſterio.* b *Ca. 6. eod. tit. in 3. compil.* c *Vide l. rem non novam. C. de jud. & ibi Petr. de bel. Cy. Barto. & Bald. & l. 2. C. quæ ſit long. conſuetudo.* d *al. Saleſbirienſi.* e *Cap. 7. eod. tit. in 3. compil.* f *Morinen.*

a *Papienſi leg.* b *arbitrio, vide text. in l. Labeo ait. 4. ff. de pact. & Bart. in extrav. ad reprimendum.* c *Vide B. Thom. in 2. q. 97. art. 2. & Do. Sotum lib. 1. de juſt. & jur. q. 7. art. 21.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

## DE POSTVLATIONE Prælatorum.

### TITVLVS V.

### CAP. I.

*Impoſtulabilis eſt qui violat interdictum.hoc d. quoad titulum: habet enim multa alia dicta, quæ non faciunt ad tit.*

Innocentius III. *decano & cap. Senonenſ.*

ADhæc *a* in B. Petro: [ 1 *& infrà.*] Cumque de facili non poſſetis in unum locum & propoſitum convenire, ſed ad nos fuiſſet ab aliquibus appellatum: tandem convenientes in unum, Altiſſiodorenſ. Epiſcopum in Archiepiſcopum poſtulaſtis. Poſtulationem veſtram per magiſtrum R. præcentorem veſtrum, & per Abbatem S. Petri exponentes, & petentes, ut faciendæ translationi pium præberemus aſſenſum. Verùm, quoniam antequam idem magiſter ad ſedem Apoſtolicam acceſſiſſet, nobis quaſi pro certo conſtabat, quòd idem Epiſcopus interdicti ſententiam non ſervaſſet, quod etiam idem magiſter non negavit in fratrum noſtrorum præſentia requiſitus à nobis, in ipſius Epiſcopi excuſationem allegans, quòd ſententiam latam ſervare nullatenus tenebatur, quæ ad ejus notitiam, nec per literas noſtras, nec per Card. tunc apo, ſe. leg. qui eandem ſententiam promulgarat, nec per deputati ad hoc executoris mandatum vel literas perveniſſet: [ 2 *& infrà.*] Quod nec ſufficit, imò nec proficit ad excuſationem prædicti Epiſcopi, cùm Cardinalis idem ſententiam interdicti præſentibus multis ſolenniter ac publicè promulgavit: & eadem interdicti ſententia in regno Francorum jam multis publicè cœperit obſervari: nec ſit neceſſarium, cùm conſtitutio ſolenniter editur, aut publicè promulgatur, ipſius notitiam *b* ſingulorum auribus per ſpeciale mandatum vel literas inculcare: ſed id ſolum ſufficit, ut ad ejus obſervantiam teneatur, qui noverit eam ſolenniter editam, aut publicè promulgatam: cùm & contra quoſdam, qui Sardicen. concilium non ſervabant, tanquam illud non habuerint, aut perceperint, canonica tradat auctoritas, quòd eis non facilè facultas credendi tribuitur: cùm idem penes illos in ſuis regionibus actum fuerit & receptum. Nec valet, quòd in Altiſſiodoren. diœceſi dictus Rex terram propriam dicitur non habere, cùm nos terram totam Regis ipſius ſubjici mandaverimus interdicto, & Gardi. noſtrum interpretatus mandatum, in terram illam ſententiam promulgaverit, quæ Regi tunc temporis adhærebat: [ 3 *& infrà.*] Sed inde liquidò conſtat, ſæpè dictum Epiſcopum ſufficienter excuſari non poſſe, quòd ſuam metropolitanam eccleſiam generalis interdicti ſententiam & recepiſſe noverat, & ſervare. [ 4 *& infrà.*] Nos igitur, qui ſecundùm Apoſtolum prompti ſumus inobedientiam omnem ulciſci, ejuſdem Epiſcopi Altiſſiodoren. inobedientiam attendentes, ne nil obedientia prodeſſe videretur humilibus, ſi contemptus contumacibus non obeſſet: cùm juxta canonicas ſanctiones quædam ſint culpæ, in quibus culpa eſt relaxare vindictam, poſtulationem hujuſmodi non propter poſtulantem eccleſiam, ſed propter poſtulatam perſonam repulimus, ut indignam. Licet autem ex eo, quòd hominem, qui veſtro non conveniebat propoſito, poſtulaſtis, cùm vos interdicti ſententiam ſervaretis, & ipſe eam contemneret obſervare, permiſſa vobis facilè abuſi fueritis poteſtate; ac ideò vos ea non immeritò privare poſſemus: de ſolita tamen benignitate *c* concedimus, ut vobis, per poſtulationem *idoneam*, vel electionem ca-nicam de perſona congrua conſulatis.

[ 1 *Sanè cùm eccleſia Senonenſ. ſemper fuit eccleſiæ* … *devota, non immeritò ipſius eccleſiæ paſſioni compatimur,* … *ribus condolemus, cùm ea ſit viduata paſtore: qui* … *genere, nobilior tamen fuit, ſicut credimus, ſanctitate* … *Dolemus inſuper quòd dolori nimio, quem de tanti patris* … *ceperat eccleſ. Senonenſ. dolor alius ſupervenit, cùm ea* … *ab officio funeris tam funeſti, vix dignè celebratis exequiis* … *tris, Rex ipſe injuſtè commotus poſſeſſiones ipſius tam* … *Archiepiſcopi, quàm canonicorum pertinentes, non ut debuit* … *decuit, ſed ut voluit & valuit, occupavit, & perſonas* … *de mandato noſtro ſuſpenderant organa ſua, compulit* … *lare.*]

[ 2 *Et quòd in Altiſſiodorenſi diœceſi* … *ipſe terram propriam non haberet, & quòd eadem Altiſſiodorenſis diœceſis* … *alia cauſa fuerat interdicta, & infrà.*]

[ 3 *Quòd ſi Epiſcopatus ejus ex alia cauſa fuerat* … *interdicti ſententiam & tenebatur fortiùs, & poterat* … *ſervare.* ]

[ 4 *Idemq; unus eorum extiterat, qui deliberatione* … *dem ſententiam de communi conſilio decreverunt, ſed* … *eandem ſententiam non ſervarent, cùm ſi verbum Apoſtoli* … *Clemente dicentis diligentius attendiſſent,* … *hoc non debuerunt exſpectare, ſed obſecundare prudenter* … *obedire.*]

### CAP. II.

*Qui poſtulationem caſſatam vitio perſonæ innovat, eſt* … *& poſtulandi poteſtate privatus.*

Idem *Hoſtienſi Epiſcopo Apoſt. ſed. lega.*

GRatum *a* gerimus [ 1 *& infrà.*] Accepimus … ex literis tuis, quòd canonicis Senonenſ. … ſtulatio noſtra fuit authoritate caſſata, licet … teras ſuppreſſiſſent in fraudem, ut canonicè ad … procederent, mandaviſti: [ 2 *& infrà.*]

Cumque plures eorum poſtulationem caſſatam … bis innovare denuò niterentur, quidam verò Epiſcopum Cameracenſem in Archiepiſcopum poſtularent, … telligens eos, qui caſſationem noſtram quodammodo revocare volebant, eligendi privilegium amiſiſſe … conceſſâ ſibi ex Apoſtolicæ ſedis benignitate … temerè poteſtate: ac ideò ad alios, licet pauciores … ro *b*, quantum tamen ad hoc pertinet, … res, eligendi vel poſtulandi devolutam eſſe licentiam … dictum Cameracen. ad eorum inſtantiam in … auctoritate fretus Apoſtolica providiſti. Nos … ſollicitudine Cameracenſis eccleſiæ ipſum … abſolutum, quod à te de mandato noſtro factum … ctoritate Apoſtolica confirmantes.

[ 1 *Et acceptum, & fraternitatem tuam plurimum* … *mus, quòd ad promotionem ven. f. n. S. quondam Cameracenſis* … *ſcopi, nunc autem Archiepiſcopi Senonenſis, prudenter &* … *ter attendiſti.*]

[ 2 *Adjiciens etiam, quòd niſi forſitan in talem perſonam* … *corditer vota ſua transferrent, pro qua meritò* … *nere conſenſum: de proviſione ipſius eccleſiæ poſtmodum* … *crederes expedire.*]

### CAP. III.

*Poſtulatio, per quam privata vel minor utilitas* … *majori præfertur, vel quæ fit à minori, quàm à tertia parte* … *admitti non debet.*

Idem *c clericis Ravennenſi eccleſiæ.*

BOnæ memoriæ *d* Guil. Archiepiſcopo veſtro … univerſæ carnis ingreſſo, quidam veſtrûm … Praxedis Presbyterum cardina. quidam verò … Epiſcopum poſtulaverunt: [ 1 *& infrà.*] Nos igitur …

---

a *Cap. 1. eod. tit. in 3. compil.* b *Ad intelligentiam vide B. Thom. 1. 2. q. 90. art. 4. Sotum l. 1. de juſti, & jure q. 1. art. 4. Alphonſum Caſtrum l. 1. de poteſtate legis pœnalis, Can. 1. & Fernandum Vaſq. l. 1. controver. illuſtr. c. 44.* c *In manuſc. de ſolita tamen benignitate ſedis Apoſt. concedimus, &c.*

a *Cap. 2. eod. tit. in 3. compil.* b *Eſt* … *pertineat.* c *al. Idem clericis Raven.* d *Cap.* … *compil.*

dis, qua

dictis, quæ de facto, & de jure fuerant allegata, pleniùs etiam pro utralibet partium curavimus allegare: conſideravimus *a* verò, quòd ejuſdem cardina. præſentia utilior ſit non ſolùm Romanæ, ſed etiam eccleſiæ generali, tam apud Apoſtolicam ſedem, quàm apud eccleſiam Ravennatem: unde non immeritò præferentes ſpeciali utilitati communem, & minori majorem, prædictum cardinalem poſtulationi veſtræ non duximus concedendum. Attendentes autem ex altera parte, quòd prædictus Epiſcopus *Cenolenſis*, à minori, quàm tertia parte fuerit poſtulatus: & quòd Apoſtolica ſedes poſtulationes hujuſmodi non conſueverit in tanta diviſione, ac contradictione recipere: cùm etiam quando aliquis ab aliis unanimiter poſtulatur, ad admittendam poſtulationem eorum, non tam ex juſtitia, quàm gratia moveatur, poſtulationem ipſius non duximus admittendam.

Mandantes quatenus cum his, qui vocem in electione habere noſcuntur, per electionem, poſtulationem, ſeu nominationem canonicam in perſonam idoneam convenire curetis.

[ 1 *Cùmq; partes poſtulationes ſuas per nuncios ſuos nobis præſentaſſent, proponebatur ab his qui Cardinalem poſtulaverant memoratum, quòd plures quàm duæ partes veſtrùm convenerant in eundem. Verùm pars altera proponebat, quòd digniores perſonæ poſtulaverant Epiſcopum Imolenſem, & quòd in poſtulatione ipſius & forma canonica & tenor compromiſſionis fuerat obſervatus: cùm idem ſuffraganeus Raven. Eccleſiæ poſtulatus & ipſius gremio extitiſſet. Fuerat n. compromiſſum ut de corpore Ravennaten. eccleſiæ perſonam eligerent idoneam, & competentem: quod pars altera ſecundum aſſerebat; cùm licet talis conditio fuerit adjecta, poterat tamen de Rom. eccleſiæ collegio propter ipſius privilegium præfata poſtulari perſona; cùm membra capitis à membris corporis cenſeri non debeant aliena.*]

## CAP. IV.

*Archiepiſcopus in Archiepiſcopum poſtulatur. Et ex quo poſtulatio præſentata eſt Papæ, non poſſunt poſtulantes ab ea recedere, ſed debet ſuperioris judicium expectari. h. d. quoad titulum.*

Idem *præpoſito & capitulo Strigonen.* b

BOnæ *c* memoriæ Guil. Archiepiſcopo veſtro viam univerſæ carnis ingreſſo, cùm in Colocen. Archiepiſcopum poſtulandum à nobis contuliſſetis unanimiter vota veſtra, ſuffraganei Strigonen. eccleſiæ, Quinqueeccleſien. Epiſcopus *d* videlicet, & quidam alii poſtulationi veſtræ ſe opponere curaverunt, adſerentes, quòd eis contemptis, qui jus habebant eligendi vobiſcum, poſtulatio eadem fuerat adtentata: licet veſtri nuncii proponerent ex adverſo, quòd ſuper præficiendo vobis Pontifice *e* de gratia multotiens ſuffraganeorum fuerat requiſitus adſenſus, ſed ipſi vobis conſilium denegaverunt. Nunciis igitur in noſtra præſentia conſtitutis, & proponentibus adverſariis quædam alia contra poſtulationis veſtræ proceſſum, quia nobis de propoſitis non conſtabat, ita duximus providendum, ut ſi ſuffraganeis perſiſtentibus in contradictione ſua, vos *f* poſtulationi veſtræ velletis inſiſtere, per procuratores idoneos ad ſedem Apoſtolicam veniretis. Si autem illi à contradictione ſua ceſſarent, & vos inſtaretis propoſito veſtro, ad præſentiam noſtram mitteretis perſonas idoneas, quæ ſuper his, quæ opportuna forent, nos redderent certiores. Quòd ſi contradicentibus Epiſcopis memoratis vos contingeret de jure veſtro diffidere, aliam perſonam idoneam provideretis vobis canonicè in paſtorem.

Cæterùm quidam veſtrùm, à poſtulatione veſtra, quam nobis præſentaveratis, communiter temerè recedentes, aliis perſiſtentibus in eadem, prædictum Quinqueeccleſien. Epiſcopum in Archiepiſcopum poſtulaverunt: [ 1 & ſ. ] Nos igitur poſtulationem ipſam, quam invenimus in multa diſcordia non ſolùm ſuffraganeorum, verumetiam canonicorum Strigonen. eccleſiæ, ac contra formam mandati noſtri temerè celebratam, non duximus admittendam, ſed vobis dedimus in mandatis, ut ad providendum vobis paſtorem idoneum per electionem canonicam vel poſtulationem concordem (requiſito ſuffraganeorum adſenſu, ſi eſſet de antiqua & adprobata conſuetudine requirendus) procedere curaretis, alioquin nos ipſi provideremus eccleſiæ viduatæ. Verùm antequam ad vos literæ noſtræ *a* perveniſſent, innitentes mandato priori, ſuffraganeos præter Quinqueeccleſien. ad concordiam revocaſtis. [ 2 & ſ. ] Poſt hæc (mandato *b* noſtro recepto) hi, qui in Colocen. convenerant, ab ejus poſtulatione recedere noluerunt, ſed innovaverunt eandem, reverſis ad eos quibuſdam canonicis *c*, qui in partem alteram declinarant. [ 3 & ſ. ] Cæteri verò, qui Quinqueeccleſien. Epiſcopum poſtularant, convenientes in unum, cæteros canonicos ad capitulum convocarunt, ad poſtulationem concordem, vel electionem canonicam, juxta mandatum Apoſtolicum procedere cupientes: ſed illis nolentibus convenire, intelligentes penes ſe tantùm remanſiſſe facultatem liberam eligendi, quia reliqui jus ſuum proſequi negligebant, prædictum Quinqueeccleſien. denuò poſtularunt. [ 4 & ſ. ] Nec obſtabat *d* eorum diſcordia, qui alium poſtularunt, cùm priùs in poſtulatione Archiepiſcopi ſupradicti conveniſſetis pariter univerſi: & conſenſum veſtrum adnotatum literis, & ſubſcriptionibus propriis roboratum petiiſſetis à nobis per communes nuntios confirmari, noſque veſtram recepiſſemus poſtulationem dijudicandam, ſi ſuffraganei forſitan in contradictione perſiſterent, vel (ſi conſentirent aut etiam cederent) adprobandam. Si enim poſtquam poſtulatio ſupraſcriptionibus poſtulantium roboratur, & præſentatur Romano Pontifici adprobanda, poſſent ab ea recedere poſtulantes, nobis frequenter illuderetur, & judicium noſtrum ex eorum pendere arbitrio videretur: [ 5 & ſ. ] Intelleximus [itaque] quòd etſi eſſet neutra poſtulatio adprobanda, juxta tenorem tamen *e* poſterioris reſcripti, ad nos de cætero Strigonenſis eccleſiæ proviſio pertineret. Quia verò non plenam de perſonis illius regni notitiam habebamus, ideoque non poteramus ſalva conſcientia eidem eccleſiæ in alia *f* perſona, quæ de regno Hungariæ originem duceret, congruè providere, nec vellemus ei præficere alienum, quamvis honeſtius videretur, ſi *g* ſuffraganeus ad metropolim ſuam accederet, quàm Archiepiſcopus ad metropolim transferretur, partem tamen eligimus potiorem. Et eundem Archiepiſcopum, in quem omnes, quorum conſenſus in electione vel poſtulatione paſtoris requiritur, licet diverſis temporibus convenerant, à vinculo, quo tenebatur Colocen. Eccleſiæ abſolventes, ad metropolim Strigon. transferimus, & ei licentiam tribuimus tranſeundi: pallium *h* ei ad nomen & uſum ejuſdem Eccleſiæ tranſmiſſuri.

[ 1 *Quorum votis nullus ſuffraganeorum aſſenſit, excepto duntaxat Epiſcopo Vitrienſi. Et licet chariſſimus in Chriſto filius noſter A. Hungariæ Rex illuſtris, tunc Dux & Rex regni Hungarici, L. nepotis ſui Regis nomine, cujus tutelam & regni*

a *al. Conſiderantes igitur.* b *al. canonico. al. can. Strigon.* c *Ca. 4. ind. tit. in 3. compil.* d *Vox, Epiſcopus, deeſt in multis antiquis.* e *al. paſtore.* f *al. & vos.*

a *al. Literæ noſtræ ſecundæ per.* b *Aliàs, mandato ſecundo noſtro.* c *al. quibuſdam canonicorum ex his, qui, &c. al. quibus canonicorum, qui, &c.* d *nocebat, in manuſcrip.* e *Deeſt tamen in antiquis.* f *In nonnullis exemplaribus inſeritur hìc dictio, Niſi: quæ nec in antiquis nec in veteri compil. habetur.* g *ut.* h *De pallio Synodo octava canon. 27. & Ivo part. 5. cap. 325.*

*curam ipſi frater ejus commiſerat, gubernator precum ſuarum primitias ad nos pro prædicti Colocenſis poſtulatione tranſmiſerat: poſtmodum tamen pro Quinqueeccleſienſi Epiſcopo ad Strigonen. metropolin. transferendo nobis per literas ſuas humiliter ſupplicavit.]*

[ 2 *Ita quòd Vuarm. Vueſperin. & Velan. Epiſcopi pro tranſlatione Colocenſis Archiepiſcopi ſalvo jure ſuo inpoſterum, cui propter afflictionem & neceſſitatem Strigon. eccleſiæ ſuperſedebant, ad præſens ut humiliter rogaverunt, prædicto Nitrienſi ſcribente, quòd ſi non placeret vobis electionem factam de Quinqueeccleſien. Epiſcopo admittere, poſtulationem alterius ſine præjudicio juris ſuppliciter exorabant.]*

[ 3 *Cum prædicti Regis & ſuffraganeorum literis dil. fil. A. magiſtrum ſcholarum, M. Theſaurarium, & A. Archidiaconum, & F. & N. canonicos Strigon. eccleſiæ ad ſed. Ap. deſtinarunt, ſuper poſtulatione ſuæ diſpenſationis gratiam petituros.]*

[ 4 *Cum ergo utriuſq; partis nuncii ad ſed. Apoſt. perveniſſent, hi qui pro Quinqueeccleſien. Epiſcopo venerant, proponebant partem ſuam juxta mandatum Apoſtolicum proceſſiſſe, nec obſtare diſcordiam vel contradictionem eorum, qui juxta formam mandati noſtri procedere contemnentes, illo recepto, nec eligerant quenquam canonicè, nec concorditer poſtularant. Unde concors debeat eorum poſtulatio reputari, cum cæteri, tanquam juſſionis Apoſtolicæ contemptores, eligendi ac poſtulandi ſe jure privaſſent, cùm nec poſtulare nec eligere voluerint. Imò nec etiam ad capitulum venire. Ad hæc autem poterat reſponderi, quòd illi qui Colocen. Archiepiſcopum poſtularant, formam ſecuti fuerant per noſtras literas datam, quoniam innitentes priori poſtulationi, juxta tenorem priorum literarum noſtrarum partem concordem fecerant, quæ prius diſcors fuerat, dum ſuffraganeos ad concordiam revocarunt.]*

[ 5 *Poterat quoq; ad id quòd pars mandatum Apoſtolicum non ſervarat, utpote quæ nec poſtulationem concordem, nec electionem canonicam celebrarant, cùm in majori contradictione quàm prius non ſolùm canonicorum, ſed ſuffraganeorum etiam, ipſo Rege adverſæ parti favente, prædictum Quinqueeccleſien. Epiſcopum poſtulaſſet. Auditis igitur his & aliis quæ fuerunt hinc inde propoſita, & habito ſuper his cum fratribus noſtris diligenti tractatu.]*

### CAP. V.

*Poſtulatio, contra quam agitur de contempto, poteſt ſine præjudicio alicujus rejici: poteſt tamen de ſpeciali gratia admitti. hoc dicit.*

Idem *capitulo Strigonenſ.*

POſtulationem *a*, quam celebraſtis: *&* ĩ. Licet ergo per poſtulationem hujuſmodi, nullum jus ſit alicui acquiſitum, ideoque ſine præjudicio alicujus poſtulationem potuiſſemus repellere memoratam: ut tamen vobis de ſpeciali gratia conſulamus, ita duximus providendum, quod per procuratores idoneos, ad omnia ſufficienter inſtructos, noſtro vos conſpectui præſentetis, quatenus utraque parte præſente, quod juſtum fuerit decernamus.

### CAP. VI.

*Epiſcopus non eſt eligendus ad aliam dignitatem, ſed poſtulandus.*

Honorius III. *cap. Calaritano.* b

ETſi unanimiter vota veſtra concurrerint ad Sutrien. Epiſcopum in eccleſiæ veſtræ Archiepiſcopum eligendum, cùm ſuæ alligatus eccleſiæ liberum *c* non habeat ſine noſtra permiſſione volatum, electionem de ipſo factam tanquam contra canones *d* minus licitè attentatam, de fratrum noſtrorum conſilio duximus irritandam, cùm eligi nullo jure potuerit, ſed potius poſtulari.

[ *Volentes tamen quantum cum Deo poſſumus veſtris deſideriis concurrere, benigno favore dil. fil. Subdiacon. & capellan.* [illegible] *noſtris apoſt. ſed. legatis duximus injungendum, ut & vota* [illegible] *ca ipſum exquirant, & perſonæ merita vice noſtra examinent diligenter, eundem ad vos cum literis rei veritatem continentibus* [illegible] *ſtinando, ut ſi idoneus repertus fuerit, diſponente Domino & ipſi eccleſiæ, & in ipſo eccleſia veſtra utiliter provideatur.*

## DE ELECTIONE, ET ELECTI POTESTATE.

### TITULUS VI.

### CAP. I.

*Eccleſia collegiata non debet provideri de prælato per* [illegible] *ſeu proviſionem, ſed per electionem canonicam fiendam per* [illegible] *collegium. hoc dicit Abbas.*

Lucius Papa. *a*

NUllus *b* in eccleſia, ubi duo vel tres [illegible] rint in congregatione, niſi eorum electione [illegible] nonica Presbyter eligatur: [ 1 *&* ĩ.] Si [illegible] liter quis eccleſiam adeptus fuerit, eò, quod per [illegible] tem illam acquiſierit, atque contra canonica [illegible] ſciplinam egerit, expellatur.

[ 1 *Et eiſdem convocatis etiam parochianis, atq;* [illegible] *ſentientibus.]*

### CAP. II.

*Electus ad clamorem populi, non debet per ſuperiorem* [illegible]

Ex concilio Sardicenſ. *c*

OSius *d* Epiſcopus dixit: Si quis ita temerarius [illegible] terit, ut talem excuſationem afferens [illegible] literas populi accepit, cùm ſit manifeſtum [illegible] res eorum, qui ſynceram fidem non habent, [illegible] mercede corrumpi, ut clamarent in eccleſia, & [illegible] tere viderentur: omninò fraudes has damnandas [illegible] bitror ita, ut nec laicam in fine communionem (niſi [illegible] hoc pœnituerit) talis accipiat. Si verò omnibus [illegible] ſtatuite. Synodus reſpondit. Placet.

### CAP. III.

*Electio canonica confirmanda eſt, debet tamen ſuperior* [illegible] *firmationem inquirere de converſatione & vita electi, ubi* [illegible] *verſatus.*

Gregorius tertius. *e*

POſtquam: & infrà. Confirmationem *f* [illegible] deſideria, ſi nihil eſt quod electum impediat, [illegible] antur. Cujus vita vel actus, quia melius poſſunt [illegible] converſatus cognoſci, inquirantur ibidem.

### CAP. IV.

*Electo in Archiepiſcopum ſedes Apoſtolica pallium* [illegible] *niſi prius præſtet fidelitatis & obedientiæ juramentum.*

Paſchalis *Panormitano* g *Archiepiſcopo.*

SIgnificaſti Reges *h* & regni majores [illegible] permotos, quòd pallium tibi ab apocriſiariis [illegible] ſtris tali conditione oblatum fuerit, ſi ſacramentum [illegible] quod à nobis ſcriptum detulerant, exhiberes: [illegible] Mirentur in hac cauſa Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui cùm ovium ſuarum curam Petro [illegible] ret, conditionem poſuit dicens: *k* Si diligis me, [illegible] ves meas. Si conſcientiarum factor, & cognitor [illegible] torum, conditione hac uſus eſt, nec ſemel tantum, [illegible] & ſecundò, & uſque ad contriſtationem: quæ [illegible] tudine oportet tantam eccleſiæ prælationem [illegible] re fratribus, quorum conſcientias non videmus [illegible]

---

a *Ca. 5. eod. tit. in 3. compil.* b *al. Caritanenſi. in aliis Innoc. III.* c *In antiq. liberum non habeat ad aliam, ſine, &c.* d *Contravenire canoni eſt peccatum in c. 2. & c. illud. De major. & obed.*

a *Codices hic variant. nam quidam Pius, alii* [illegible] b *Cap. 1 eod. tit. in 1. compil.* c *Conc. Sardic. can. 2.* [illegible] *Decret. c. 19. Ivo p. 5. c. 73.* d *Ca. 2. eod. tit. in 1. compil.* [illegible] *Gregor. IX. & malè. Gregorius lib. 8. epiſt. 31. Regiſtri.* f [illegible] *eod. tit. in 1. compil.* g *Papa Toletano. al. Palormach.* [illegible] *menſi archi.* h *Cap. 21. eod. tit. in 1. compil.* [illegible] *criſarius dicitur reſponſalis,* [illegible] *Nov. 25.* k *Matth. 5.*

omne juſjurandum à Domino eſſe prohibitum *a*, nec ab Apoſtolis poſt Dominum, nec in conciliis inveniri poſſe ſtatutum. Quid eſt ergo, quòd Dominus ſubſequenter ait: *b* Quod amplius eſt, à malo eſt? hoc enim amplius ut exigamus, malum nos illo permittente compellit. Nonne malum eſt ab eccleſiæ unitate, & à ſedis Apoſtolicæ obedientia reſilire, & contra canonum ſtatuta prorumpere? quod multi etiam poſt ſacramentum præſtitum præſumpſerunt: [*& ʒ.*] Hoc nimirum malo ac neceſſitate compellimur juramentum pro fide, *c* pro obedientia, pro unitate requirere. Ajunt in conciliis ſtatutum non inveniri, quaſi Romanæ eccleſiæ legem concilia ulla præfixerint, cùm omnia concilia per *d* Romani pontificis auctoritatem, & facta ſint, & robur acceperint, & in eorum ſtatutis Romani pontificis patenter excipiatur auctoritas [ *3 & infrà.*] Cùm igitur à ſede Apoſtolica veſtræ inſignia dignitatis exigitis, quæ à beati Petri tantùm corpore aſſumuntur: juſtum eſt ut vos quoque ſedi Apoſt. ſubjectionis debitæ ſigna ſolvatis, quæ vos cum beato Petro tanquam membra de membro habere, & catholici capitis unitatem ſervare declarant.

*[ 1 In pallio conceditur plenitudo pontificalis officii, quia juxta ſedis Apoſtolicæ & totius Europæ conſuetudinem, ante acceptum pallium Metropolitanis minime licet, aut conſecrare Epiſcopos, aut ſynodum celebrare.]*

*[ 2 Nunne prædeceſſor tuus præter Rom. pontif. conſcientiam damnavit Epiſcopum? quibus hoc canonibus, quibus hoc conciliis legitur eſſe permiſſum? Quod ſuper Epiſcoporum tranſlationibus dicuntur decreta, quæ apud nos non auctoritate Apoſtolica, ſed nutu regio præſumitur, propter hæc mala & alia devitenda hujuſmodi juramentum exigitur. Cur autem Dominus juramentum prohibuit, Apoſtolus Iacobus manifeſtat adjiciens, ut non ſub judicium incidatis, nec quiſquam, ſicut beatus Auguſtinus expoſuit, conſuetudine jurandi ad perjurii conſuetudinem dilabatur. Quapropter juratione non utitur, niſi neceſſitate, cùm videt pigros homines eſſe ad credendum quod eis utile eſt credere, niſi juratione firmetur.]*

*[ 3 Et ita poſſunt Apoſtolicam ſed. contemnere, poſſunt apud nos calcaneum elevare, & datum à Deo privilegium evertere vel auferre non poſſunt, quod Petro dictum eſt: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & tibi dabo claves regni cœlorum: quibus tandem conciliorum decretis dandi pallium modus præſcriptus eſt, & profeſſionis vel obedientiæ ordo ſancitus?*

## CAP. V.

*Si ſchiſmaticus ad unionem eccleſiæ reverſus, eligitur in Epiſcopum, electio non tenet, ſed ex diſpenſatione poteſt confirmari.*

Alexander III. *Pet. Presbytero Cardin. Apoſtolicæ ſedis e legato.*

QVia diligentia tua requiſivit, an electionem electi, qui abjurato ſchiſmate *f* ad unitatem eccleſiæ rediit, debeas confirmare: Duximus reſpondendum, quòd ſi à ſchiſmatico nullũ ordinẽ ſuſceperit, & ejus electio ſecundum formam canonum fuerit celebrata, eum (dummodo alia non impediant) diſpenſativè permittimus confirmari. Mandantes, ut eum facias à catholicis Epiſcopis ſuffraganeis Aquilegienſ. eccleſiæ in Epiſcopum ordinari. Salva debita juſtitia, & reverentia ejuſdem eccleſiæ, cùm ad catholicam redierit unitatem.

## CAP. VI.

*Electus in Romanum Pontificem à duabus partibus cardinalium, nulla exceptione obſtante eſt Papa. Electus autem à minori numero gerens ſe pro Papa, incidit unà cum ſibi adhærentibus in pœnas hic contentas.*

*Idem* ex concilio Lateranenſi.

LIcet *a* de vitanda diſcordia in electione Romani pontificis manifeſta ſatis à præ. no. conſtituta manaverint: quia tamen ſæpe poſt illa per improbæ ambitionis audaciam gravem paſſa eſt eccleſia ſciſſuram, nos etiam ad malum hoc evitandum de conſilio fratrum noſtrorum, & ſacri approbatione concilii, aliquid decrevimus adjungendum. Statuimus ergo, ut ſi fortè (inimico homine ſuperſeminante zizaniam) inter cardinales de ſubſtituendo ſummo pontifice non poterit eſſe plena concordia, & duabus partibus concordantibus, pars tertia concordare noluerit, aut ſibi alium præſumpſerit nominare: ille abſque ulla exceptione ab univerſali eccleſia Romanus pontifex habeatur, qui à duabus partibus electus fuerit & receptus. Si quis autem de tertiæ partis nominatione confiſus (quia de ratione eſſe non poteſt) ſibi nomen Epiſcopi uſurpaverit, tam ipſe, quàm hi qui eum receperint, excommunicationi ſubjaceant, & totius ſacri ordinis privatione mulctentur, ita ut viatici etiam eis (niſi tantùm in ultimis) communio denegetur: & ſi non reſipuerint, cum Dathan & Abyron (quos terra vivos abſorbuit) accipiant portionem. Præterea ſi à paucioribus quàm à duabus partibus aliquis electus fuerit ad apoſtolatus officium, niſi major concordia interceſſerit, nullatenus adſumatur, & prædictæ pœnæ ſubjaceat, ſi humiliter noluerit abſtinere. Ex hoc tamen nullum canonicis conſtitutionibus & aliis eccleſiis præjudicium generetur, in quibus majoris & ſanioris partis debet ſententia prævalere: quia quod in eis in dubium *c* venerit, ſuperioris poterit judicio definiri. In Romana verò eccleſia ſpeciale aliquid conſtituitur: quia non poterit ad ſuperiorem recurſus haberi.

## CAP. VII.

*Electio ad epiſcopatum fieri debet de digno ſcientia, moribus, & ætate, & quòd habeat triceſimum annum completum, & ſit de legitimo matrimonio natus. h. d. uſq; ad ʒ. Cùm verò.*

*Idem ex* concilio Lateranenſi. *d*

CVm in *e* cunctis ſacris ordinibus & eccleſiaſticis miniſteriis ſint ætatis maturitas, gravitas morum, & literarum ſcientia inquirenda; multò fortius in Epiſcopo hæc oportet inquiri: qui ad curam aliorum poſitus, in ſeipſo debet oſtendere, qualiter alios in domo Dei *f* oporteat converſari. Ea propter, ne quod de quibuſdam pro neceſſitate temporis factum eſt, trahatur à poſteris in exemplum: Præſenti decretro ſtatuimus, ut nullus in Epiſcopum eligatur, niſi qui jam triceſimum annum ætatis exegerit *g*, & de legitimo matrimonio ſit natus, qui etiam vita & ſcientia commendabilis demonſtretur.

*Beneficia electi in Epiſcopum vacant poſt confirmationem, adeptionem poſſeſſionis, & conſecrationem ſecutam, vel poſtquam præfixum tempus ad petendum conſecrationem lapſum fuerit. h. d. uſq; ad ʒ. inferiora. Abbas Siculus.*

Cùm verò electus fuerit, & confirmationem electionis acceperit, & eccleſiaſticorum bonorum adminiſtrationem habuerit: decurſo tempore de conſecrandis Epiſcopis à canonibus definito, is ad quem ſpectant beneficia, quæ habebat, de illis diſponendi liberam habeat facultatem.

*In dignitatibus & officiis citra epiſcopatum, ac curatis be-*

---

a *Matth. 5. Hic fuit error Valdenſium. Eymericus in Directorio. part. 2. q. 14. & 17.* b *Concor. tex. in authen. ut jud. ſine quoq. ſuff. ʒ. conſideravimus. in gl. illicito.* c *Vide B. Thomam 2. 2. q. 89. art. 1. & Sot. lib. 8. de juſt. & jur. q. 1. ar. 2. ubi licitum eſſe jurare verum oſtendit.* d *antiqui, Roma. eccleſiæ.* e *In conc. Lat. tit. de elect. & electi pot. c. 2.* f *Adde ſchiſmaticum de jure civil. debere ſuſpendi tex. eſt, & ibi Bald. c. 1. reſponſo de pace jur. fir. col. 10. & redeuntem ad eccleſiam abjuret, Turrecrem. de eccl. l. 4. p. 1. c. 15.*

a *Quod celebratum eſt Romæ, ann. Dom. 1178. ſub Alex. Pp. III. aſſiſtentibus 274. Epiſc. menſe Martio. Aliud poſtea celebratum eſt Lateranenſe an. Dom. 1215. ſub Innoc. III. menſe Novembri pontifica. ejus an. 18. aſſiſtentibus. 412. Epiſcopis, primatibus Archiepiſc. 72. reperitur tit. de elect. ſumm. Pont. cap. 1.* b *Cap. 15. eod. tit. in 1. compil.* c *Intervenerit.* d *Ca. 3. concilio Later.* e *Cap. 16. eod. tit. in 1. compil.* f *Domini.* g *Aliàs egerit, vide Burch. l. 2. Decret. c. 9.*

Bbb 2

*neficiis, debet aſſumendus vigeſimumquintum annum adtigiſſe, & aliàs eſſe idoneus ſcientia & moribus: & ſi non eſt in ordine requiſito, debet ſe facere promoveri in proximis temporibus: aliàs monitus non parens, privatur beneficio, non obſtante adpellatione: niſi ex cauſa legitima excuſetur. h.d. uſq; ad §. Clerici. Abb. Siculus.*

Inferiora etiam miniſteria, utputa decanatum, Archidiaconatum, & alia quæ curam animarum habent adnexam, nullus omninò ſuſcipiat, ſed nec parœcialis eccleſiæ regimen, niſi qui jam vigeſimumquintum *a* annum ætatis adtigerit, & ſcientia & moribus commendandus exiſtat. Cùm autem adſumptus fuerit, ſi Archidiac. in Diaconum, & Decanus, & reliqui admoniti non fuerint, præfixo à canonibus tempore in Presbyteros ordinati, & ab iſto removeantur officio, & aliis conferatur, qui & velint & poſſint illud convenienter implere. Nec proſit eis adpellationis refugium *b*, ſi fortè in conſtitutionis iſtius tranſgreſſionem per appellationem voluerint ſe tueri. Hoc ſanè non ſolùm de promovendis, ſed etiam de his, qui jam promoti ſunt, ſi canones non obſiſtant *c*, præcipimus obſervari.

*Eligentes indignum contra formam hujus c. privati ſunt pro prima vice poteſtate eligendi: & idem in collatore: & defectum capituli ſupplet Epiſcopus, & econversò: & ſi capitulum negligit, fit devolutio ad metropolitanum. h.d. uſq; ad finem.*

Clerici ſanè ſi contra formam iſtam quemquam elegerint, & eligendi tunc poteſtate privatos, & ab eccleſiaſticis beneficiis triennio noverint ſe ſuſpenſos. Dignum eſt enim ut quos Dei timor à malo non revocat, eccleſiaſticæ ſaltem coërceat ſeveritas diſciplinæ *d*. Epiſcopus autem ſi contra hæc fecerit, aut conſenſerit fieri; in conferendis prædictis officiis & beneficiis poteſtatem amittat, & per capitulum, aut per metropolitanum (ſi capitulum concordare nequiverit) ordinetur. *e*

## CAP. VIII.

*Compromittentes ſuper electione, tenentur recipere electum à compromiſſario, ſi eſt idoneus.*

Idem *Ravennati Archiepiſcopo.*

CAuſam, quæ inter *f* moniales ſanctæ Margaretæ, [1 & ℸ.] Si ſorores in Epiſcopum electionem contulerint, promittentes quòd illam *g*, quam eis provideret, reciperent, ipſam quam providerit facias ab eis (ſi tamen exiſtat *h* idonea) in ſuam recipi abbatiſſam.

[1 *Super diſcordia & diſſenſione electionis, quam fecerunt, dignoſcitur agitari, experientia tua jam pridem commiſimus terminandam. Unde quoniam cauſa ipſa in tantum protrahitur, & nondum ſicut accepimus, proceſſiſti, & periculoſum & damnoſum eſt monaſterio, eò quòd cauſa ipſa in tantum protrahitur. F.t.p. a.ſ.m.q. infrà dies xl. vel duos menſes, aut plus ſecundùm tenorem aliarum noſtrarum literarum in eadem cauſa procedas, ita videlicet, quòd.*]

## CAP. IX.

*Electus ante confirmationem beneficia conferre, vel aliter adminiſtrare non poteſt.*

Idem *Vuigorenſi Epiſcopo.* i

NOſti *k* quomodo Linconen. electus concedendi honores, vel præbendas, aut aliàs diſponendi de rebus eccleſiæ (cùm ſua non ſit electio confirmata) non habeat facultatem: [1 & ℸ.] Mandamus igitur [...] nus ei auctoritate noſtra præcipias, ut conceſſionem [...] quam fecit de prædictis ſtudeat revocare.

[1 *Inde eſt quòd F.t. per a.ſ. præ. ut prædicto electo [...] noſtra non differas arctius inhibere, ne Archidiaconatum [...] henter, vel præbendam quam VV. ejuſdem loci Archidiaco[...] nuit, alicui conferre præſumat, & ſi eundem Archidiaconatum [...] præbendam cuiquam, quod non arbitramur, conceſſerit.*]

## CAP. X.

*Electio facta poſt adpellationem, & prima non caſſata, & [...] privilegia eccleſiæ, caſſanda eſt.*

Idem.

COnſideravimus *a* quòd electio Ioannis [...] poſt adpellationem *b* ad nos interpoſitam, & [...] tra tenorem privilegiorum eccleſiæ veſtræ fuerit [...] ta. Perpendimus etiam quòd electio B. poſt illam [...] lemcunque electionem nō *c* caſſatam, necnon [...] pel. (per quam ad ſuum ſtatum omnia debent [...] facta fuit: [1 & ℸ.] Quapropter utriuſque electionem [...] mninò caſſamus, & vobis in aliam perſonam idoneam [...] & honeſtam conveniendi liberã tribuimus facultatem [...] quòd utrique prædictorum fama ſua non minus [...] conſervetur, & quòd in aliis eccleſiis poſſit (ſi Deus [...] tiam dederit) promoveri. Vobis autem liceat [...] ſtam eccleſiæ veſtræ ordinationem in eorum [...] convenire.

[1 *Et illata violentia: quamquam Rex penitus [...] lentiam aliquam in hoc de aſſenſu vel conſcientia ſua [...] petratam fuiſſe.*]

## CAP. XI.

*Metropolitanus confirmatus, licet nondum receptor [...] poteſt ſuum ſuffraganeum conſecrari facere.*

Idem.

SVffraganeis alicujus *d* metropolitani, ad [...] ipſius, poſt confirmationem electionis ſuæ, [...] pallium non receperit, licitum eſt electum, quod [...] juriſdictionem pertinet, conſecrare.

## CAP. XII.

*Is, cujus electio fuit caſſata, non vitio perſonæ, ſed [...] do, iterum eligi poteſt: ſecus ſi vitio perſonæ.*

*Clemens tertius.* e

SVper eo verò *f*, quod quærere voluiſti, ſi [...] electione caſſata, idem ad alterius eccleſiæ [...] electus fuerit, an ejus electio debeat confirmari [...] tuam volumus diſcretionem tenere, quòd ſi [...] ctio non vitio perſonæ, ſed modo electionis caſſata [...] motionem ejus fieri in eadem etiam eccleſia (niſi [...] moniacæ pravitatis *g* aliquid interceſſiſſe [...] non debeat impedire.

## CAP. XIII.

*Non profeſſus, poteſt poſtulari in Abbatem, ſi ex aliqua [...] cauſa fiat talis poſtulatio. h.d. ſecundum lecturam, quæ eſt [...] ſingularis.*

*Cœleſtinus tertius.*

CVm monaſterium *h* de Pellicea in tuo ſit Epiſcopatu, ad eam diſſolutionem devenit [...] tuarum literarum inſinuatio patefecit) quod [...] ejuſdem domus obſervantiam religionis [...] abjecerunt: [1 & ℸ.] In quendam qui [...] ſuis in extremo eſt laudabiliter conſecratus, [...] monii virum unanimiter conſenſerunt, eum [...] tem totis deſideriis poſtulantes. Tu verò [...] eorum præbuiſti adſenſum, & poſtulaſti eandem [...]

---

a *Vide concil. Carth. ca. 16. & Burch. lib. 2. Dec. c. 10. 11. & 12.* b *Vide l. 1. §. quæſitum. cum ibi not. ff. de appel. & gloſſ. in c. non ſolùm. de appel. lib. 6.* c *Concor. text. in l. privilegia. C. de ſacroſan. eccl. & cap. 1. de conſtitut.* d *Concor. text. in l. capitalium. §. famoſos. ff. de pæn. l. bona fides. ff. de pœnis.* e *Ordinentur in concilio, unde ſumitur.* f *Poſt concil. Lateran. ſub Alexand. 3. par. 40. c. 1. & c. 17. eod. tit. in 1. compil.* g *al. ita, quam Epiſcopus eis.* h *Nam dantes alicui poteſtatem videntur intellexiſſe de idoneo, facit l. ſi procurator. ff. de cond. ind.* i *al. Exonien.* k *Poſt concil. Lateran. ſub Alex. 3. par. 40. can. 2. & c. 18. eod. tit. in 1. compil.*

a *Cap. 22. eod. tit. in 1. compil.* b *Hæc duo verba, [...] deſunt in antiquis.* c *al. nondum.* d *Ca. 1. eod. tit. in 1. com[...]pil.* e *Aliàs, Alexand. III.* f *Ca. 3. eod. tit. in 1. [...]* g *Gloſſa in l. un. in verbo, contra hanc. ff. ad leg. Iul. de amb. [...] & Bar. in l. Barbarius. de off. præt.* h *Cap. 5. eod. tit. in 1. compil.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nationem à ſede Apoſtolica confirmari. Nos autem *a* ipſam, ſicut facta eſt canonicè confirmamus.

*[ 1 Et bonis ejus dilapidatis atq; conſumptis, ad eligendum ſibi Abbatem de ipſius eccleſiæ gremio non potuerunt hactenus convenire, ad tuæ tamen admonitionis & exhortationis inſtantiam in unum convenientes.]*

## CAP. XIV.

*Electio debet eſſe in libertate eligentium, nec valet contraria conſuetudo.*

Idem.

CVm terra *b*, quæ funiculus hæreditatis Domini cenſebatur. *& infrà.* Sicut ex quarundam literarum tenore accepimus, quidam in electionibus pravæ conſuetudinis morbus irrepſit: ut cùm alicujus prælati electio debet celebrari, conventus ad quem pertinere dinoſcitur, duas perſonas nomine latenter auribus Patriarchæ vel Principis exprimendas, ut ſic alterius eligendæ, vel totius electionis penitus irritandæ idem Patriarcha vel Princeps plenariam habeat facultatem. Quia igitur hoc redundat in gravamen *c* eccleſiaſticæ libertatis, præſcriptam conſuetudinis pravitatem ſancimus penitus abolendam *d*. Statuentes, ut forma electionis canonicè in omnibus conventualibus eccleſiis obſervetur, videlicet ut cùm debet eccleſiæ conſuli, paſtoris regimine deſtitutæ, electores in unum locum (in quo fuerit electio celebranda) conveniant, & invocata Spiritus Sancti gratia perſonam nominent. Quòd ſi in perſona fuerit, vel in electionis modo peccatum, tamdiu in electione diligentiam inquiſitionis apponant, donec vacanti eccleſiæ de perſona idonea *e* valeant providere. Quo facto non prohibemus quin Regis, ſeu Patriarchæ, qui pro tempore fuerit, requiratur aſſenſus: ſed propter hoc ipſam electionem nolumus impediri.

## CAP. XV.

*Per confirmationem electionis non transfertur poteſtas exercendi ea, quæ ſunt ordinis. Illa enim transferuntur per conſecrationem. Abbas.*

Idem *f*.

TRanſmiſſam *g*: [ 1 *& infrà.* ] Quæſiviſti quid faciendum ſit tibi ſuper eo, quòd clerici tuæ diœceſis, cùm pro ſuis exceſſibus ſuſpenſionis, vel interdicti, vel excommunicationis ſententia percelluntur, parvipendentes eam, dimittunt eccleſias, & transferunt ſe ad mercimonia laicorum: nonnulli quoque ipſorum (habitu clericali poſtpoſito) veſtes induunt laicales, & ſicut laici mercatores ſe turpibus quæſtibus implicantes, conſimilium ſibi laicorum manus *h* aſſociant: & correctionem eccleſiaſticam per contemptum eludunt, dicentes quòd poteſtatem non habeas eos (niſi tibi ſpecialiter Apoſtol. ſed. indulſerit) corrigendi: [ 2 *& infrà.* ] Reſpondemus igitur, quòd ex quo electionis tuæ confirmationem accepiſti, de talibus & conſimilibus (præter ea, quæ majoris inquiſitionis diſcuſſionem exigunt, & miniſterium conſecrationis deſiderant) quod juſtum eſt, & eccleſiaſticæ convenit utilitati, ſtatuendi habeas liberam facultatem.

*[ 1 Dudum ſicut inſinuare curaſti, ad noſtram perveniſſe audientiam quæſtionem, tua tunc dilectio replicavit quid ſit tibi faciendum ſuper eo.]*

*[ 2 Nos autem volentes in hoc tibi certum dare reſponſum, tuæ devotioni reſpondemus, quòd ſi quando tales repereris, ſi commoniti noluerint à tam turpibus actibus revocari, & de contemptu ſatiſfacientes plenariè ad clericale ſchema redire: tu eos auctori. noſtrâ ſuffultus excommunices, app. ſub. faciaſq; eos arctius ab omnibus evitari, donec etiam reatum ſuum congruâ ſatiſfactione emendent, præſertim ſi qui eorum in ſacris ordinibus ſunt conſtituti, hoc etiam ſine ſpeciali mandato exequi poſſes, cum.]*

## CAP. XVI.

*Qui electioni de ſe factæ renunciat, appellari nequit ad impediendam electionem alterius. Et electio, quæ eſt à ſuſpenſis celebrata, non tenet.*

Innocentius III. *de Colla ſancti Petri, & Mutinenſ. Abbatibus* a.

CVm *b* inter R. ſeniorem, & R. juniorem ſuper Abbatia Scaphuſen. quæſtio verteretur, [ 1 *& infrà.* ] Bo.me. Celeſt. præ. noſter prædictum R. ſeniorem, ſententiam cum inſtantia poſtulantem, ad componendum coëgit invitum: & ſic Abbatiæ renuncians, de manu ejus cuſtodiam & prioratum recepit, ab eo dum viveret, poſſidendos. Cui ordinationi licet conſentiret invitus, domum tamen reverſus (adverſariis compoſitionem ipſam nolentibus obſervàre) non potuit, quæ conceſſa ſunt obtinere: [ 2 *& infrà.* ] Nos attendentes, quòd ex conſenſu compoſitionis receptæ jus (ſi quod ſibi competierat) R. ſenior amiſiſſet, ac per hoc ne monachi ad electionem procederent, de jure minimè appellare potuiſſet, cùm niſi quorum intereſt, audiri non ſoleant appellantes: ap. illam dicimus legitimam non fuiſſe: unde per eam electio non potuit impediri. Sanè quamvis præpoſitus & capitulum Conſtantien. de interdicto quod Cardin. poſuerat, in ſuis literis inſeruerint: quia tamen per id, quod R. juniori diœceſanus Epiſcopus munus benedictionis impendit, ei videtur quod præmiſimus obviare: unde vel ſcriptura facto, vel factum ſcripturæ præjudicat, nec probatum fuit (licet objectum) quòd ab interdictis electio fuerit celebrata: ipſam non potuimus irritare, [ 3 *& infrà.* ] Ideoque cauſam ipſam vobis duximus committendam, ut ſi conſtiterit, quòd electio fuerit facta à ſuſpenſis, ea omninò caſſata ipſi monaſterio (poſt ſatisfactionem condignam, ſuſpenſionis & interdicti ſententia relaxata) de perſona idonea conſulatur.

*[ 1 Eis in præſentia noſtra conſtitutis dil. fi. N. G. tt. SS. Coſmæ & Damiani, & G. S. Mariæ in Acquiro Diaconos Cardinales conceſſimus auditores: in quorum præſentia fuit propoſitum, quòd cùm controverſia ipſa fuerit auditoribus diverſis commiſſa, deinde ambæ partes ad ſedem Apoſtolicam acceſſerunt, quibus à bonæ memoriæ Ce. Pp. præ. n. nos ipſi qui in minori eramus officio conſtituti, & dil. noſter Ioan. tt. S. Stephani Presbyter Cardinalis, dati fuimus auditores: & cùm utrinque coram nobis eſſet diutius allegatum, & eidem prædeceſſori noſtro per nos eſſet proceſſus negotii declaratus, ipſe.]*

*[ 2 Quin potius in eum, quod detertus eſt, manus injecerunt poſtea monachi violentas, ſed adjutus ab illis hominibus & monachorum manus evadens, ad appellationis ſubſidium convolavit. Interim verò dil. fi. n. p. S. Mariæ in via lata Diac. Card. Apoſtol. ſed. legatus, ad partes illas accedens, pro jam dictis & multis aliis exceſſibus, & ſuſpendit monachos, & monaſterium interdixit. Ipſi verò contempta ſententia Cardinalis, divina promptius quàm antea celebrarunt, & in hac ſuſpenſione prædictus adverſarius ejus de medio eſt ſublatus. Quo comperto ad eccleſiam venit: & cùm vellet prædictæ compoſitioni parêre, parte altera hoc nolente ne ad electionem procederent Abbatis, quouſque inter eos quæſtio finiretur, obſtaculum objecit appellationis: ſed monachi per omnia contumaces & poſt app. ab eodem R. ſeniore ad nos interpoſitam R. juniorem pariter eligentes, ipſum benedicendum Diac. Epiſcopo præſentarunt: qui poſt app. interpoſitam benedixit eum, & in eccleſia introduxit. & infrà. Cùm autem quæ prædicta ſunt & alia quædam prædictus Card. nobis & fratribus noſtris prudenter & fideliter retuliſſet.]*

---

a In multis antiquis, nos autem ipſam canonic. confirmamus. b Cap. 6. eod. titul. in 2. compil. c In antiquis, in gravem perniciem. d Conc. auth. caſſa & irrita. C. de ſacr. eccleſ. e al. congrua. f In coll. 2. Clemens III. Helvenſi Epiſcopo, ſed in ora. lib. adnotatur varia lectio, Celeſtin. III. g Cap. 7. eod. tit. in 2. compil. h Simile eſt text. ff. de orig. jur. l. 2. in prin. & l. 1. ff. de eo per quem fac. erit.

a Additur & præpoſito Vercellen. b Cap. 1. eod. titul. in 3. compil.

[ 3 *Præſertim cùm contra perſonam electi nihil fuerit intentatum.*]

## CAP. XVII.

*Si electus non habet ſufficientem ſcientiam, vel ante confirmationem adminiſtrat, ejus electio caſſari debet.*

Idem *c. Pennenſ.* a

QValiter poſt *b* obitum: [ 1 *& infrà.*] Verùm quoniam electus à vobis ante confirmationem adminiſtrationi Epiſcopatus ſe irreverenter immiſcuit, recipiendo tam à clericis, quàm laicis juramenta, non attendens quòd ſecundùm Apoſtolum, nemo debet ſibi honorem *c* aſſumere: ſed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron: præcipuè quia nec donum ſcientiæ Pontifici conveniens fuerat aſſecutus. Poſtquam nobis præſentaſtis eundem, ſufficienti examinatione præmiſſa electionem de ipſo factam duximus irritandam, quicquid ex ea, & ob eam factum eſt, denunciantes penitus non tenere.

[ 1 *Bo. me. Pennenſis Epiſcopi eccleſia vacante, receptis prius ſuper electione facienda literis noſtris, Primicerium veſtrum vobis elegiſtis in paſtorem, vos tanquam auctores electionis ipſius cognoviſtis.*]

## CAP. XVIII.

*Si vocantur ad electionem non vocandi, valet electio facta eis non expectatis. h.d. ſecundum lecturam communem.*

Idem *capitulo* d *Capuano.*

CVm inter *e* univerſas [ 1 metropoli *& infrà.*] Intelleximus autem per Io. & F. canonicos veſtros, & per literas, quas ad ſedem Apoſtolicam detulerunt, quòd ad decanum & alios canonicos veſtros Panormi manentes (cùm ex eorum parte fuiſſet vobis per literas intimatum, ut ſic tractaretis ſuper electione ſubſtituendi paſtorem, quòd nullum deberetis in eorum abſentia nominare) quendam ſocium veſtrum cum literis deſtinaſtis, duodecim dierum terminum aſſignantes, intra quem poſt receptionem literarum veſtrarum iter arriperent redeundi. Quamvis eccleſiaſtica conſuetudo non exigat, ut ad electionem paſtoris canonici tam remoti vocentur, & illi præcipuè, qui longè antè, quàm vos, metropolitani veſtri obitum præſentialiter cognoverunt, quorum aliqui poſt ejus deceſſum ad Capuanam eccleſiam ſunt reverſi. Quia tamen mora longior eſt in electionibus valde ſuſpecta, imò ſæpè damnoſa: *f* mandamus, quatenus invocata Spiritus Sancti gratia perſonam idoneam per electionem canonicam concorditer aſſumatis ad regimen Capuanæ eccleſiæ, conſequenter ad audientiam noſtram nuncios idoneos tranſmiſſuri, per quos à nobis vice regia poſtuletis aſſenſum, & Apoſtolicæ confirmationis gratiam requiratis.

[ 1 *Metropoles Capuanenſis ſit Apoſtolicæ ſedi vicinior ad proviſionem ipſius ſpecialius aſpiramus, talem ipſi perſonam præficere cupientes, quæ ſicut alios metropolitanos loci vicinitate, ſic & devotionis affectu præcellat, per quam & ipſa metropolis tam in temporalibus, quàm in ſpiritualibus optatum ſuſcipiat incrementum.*]

## CAP. XIX.

*Non debet inſpici, an poſt appellationem, ſed an contra fuerit electio celebrata. Et penes vocantes quibus competit vocandi poteſtas, remanet jus eligendi ſi vocati venire contemnunt. Et ad officium confirmatoris ſpectat examinare electum, etiam nemine opponente. Et niſi electus doceatur, legitimæ ætatis & literaturæ, habetur pro non legitimè electo.*

Idem *Archiepiſcopo* a *& capitulo Capuano.*

CVm nobis *b* olim de obitu: *& infrà.* Cùm [illegible] *ex utriuſque partis aſſertione* conſtaret, interpoſitam fuiſſe ap. ne fieret electio, niſi canonica, videri *c* poterat quòd poſt eam medio tempore nihil debuit innovari: unde talis electio judicanda erat irrita & inanis, utpote poſt appellationem canonicè interpoſitam tentata. Sed contrà, cùm appellatum fuiſſet, ut nulla electio fieret, ſed ut fieret canonica: ſi factum electionis canonicè fuerit ſubſecutum, non utique contra formam appellation. hujuſmodi, ſed magis ſecundùm eam videbatur eſſe proceſſum: & ideò licet poſt appellationem, non tamen *d* contra eandem fuit electio celebrata, propter quod non erat aliquatenus irritanda: [ 1 *& infra.*] Item cùm poſt appellat. emiſſam Archidiaconus cum ſuis fautoribus chorum exiiſſet, & vos illos ut intereſſent electioni faciendæ vobiſcum curaſſetis ſollicitè revocare (quoniam ad electionem faciendam accedere noluerunt) alienos ſe feciſſe videntur: propter quod electioni à vobis juxta formam mandati Apoſtol. concorditer celebratæ, de jure non poſſe contradicere videbantur: [ 2 *& infra.*] His igitur & aliis allegatis quanquam contra perſonam illius quem elegiſtis, nihil dictum fuerit vel objectum, quia tamen juxta verbum Apoſtoli dicentis *e*: Nemini citò manum imponas: debemus attendere diligenter ad ea, quæ circa perſonam inquirenda fuerant: duximus ex officio noſtro, ſicut decuit, procedendum: [ 3 *& infra.*] Ille quoque literatura licet non eminens, tamen competens electus exiſtit: & pro defectu ſcientiæ (ſicut plenius intelleximus ab his, qui eum melius cognoverunt) ab electione non deberet excludi. De legitima tamen ætate ſcire plenè non potuimus veritatem: quia cùm inſtantis cujus ætatis exiſteret curaverimus indagare, à nemine unquam audivimus, quòd annum ætatis triceſimum attigiſſet: [ 4 *& infrà.*] Nos eccleſiæ pariter & perſonæ providere volentes, & tam rationes, quàm canones obſervare: quia propoſitum veſtrum providum intelleximus, & ideò propter urgentem neceſſitatem & evidentem utilitatem eccleſiæ Capuanæ (quam in hac parte potius adprobamus) volumus ipſum in ſuo ſtatu perdurare: præfatum Subdiaconum noſtrum vobis procuratorem concedimus, liberam adminiſtrationem ei, tam in temporalibus, quàm in ſpiritualibus committentes.

[ 1 *Nam cùm duæ partes & amplius electioni conſenſum conſentiant, licet tamen cautum reperiatur in canone, ut nullus de altera eccleſia eligatur, cùm nullus in propria fuerit repertus idoneus: quia tamen hoc in favorem introductum eſt clericorum, & cuique licet renunciare juri quod pro ſe noſcitur introductum, vos duæ partes eratis & amplius, cùm hoc quod duæ partes capituli faciunt, totum facere videatur, in hac parte juri, quod pro vobis facere videbatur, renunciare potuiſtis, & electionem de perſona alterius eccleſiæ celebrare: præſertim cùm illud decretum locum habere videatur, quando clericis renitentibus & invitis per alicujus violentiam poteſtatis extraneus ingeritur ex adverſo: propter quod ſubſequitur in decreto, ut ſit facultas clericis renitendi, ſi ſe viderint prægravari, & quos ingeri ſibi viderint ex adverſo, propter quod non timeant refutare. Præterea cùm ſedes Apoſtolica omnium eccleſiarum caput exiſtat, & Rom. Pontifex judex ſit ordinarius ſingulorum, quando de ipſa quis aſſumitur in prælatum alterius eccleſiæ, ei poſſe objici non videtur, propter capitis privilegium quod habet plenitudinem poteſtatis, quòd de alia eccleſia eligatur, cùm à capite non debeant membra reputari aliena.*]

---

a *Pentien.* b *Cap. 2. eod. tit. in 3. compil.* c *Ambitioſè petens dignitatem ſæcularem vel eccleſiaſticam, punitur in 100. aureis, & eſt infamis. lib. 1. ff. ad leg. Iul. de ambit. & in l. 2. & ibi Bart. de inter. act.* d *al. Capuanen.* e *C. 3. eod. titul. in 3. compil.* f *Vide l. fin. § fin. Ad leg. Rhod. de jac. & in l. quod te. ff. Si cert. pet.*

a *Archidiacono.* b *Cap. 4. eod. tit. in 3. compil.* c *al. poterat videri.* d *al. non tamen contra fuit eadem electio celebrata.* e *1. Timoth. c. 5.* f *Vide l. 1. D. de novi op. nunt. & in l. jubemus nullam. cum leg. seq. C. de ſacr. eccl.*

[ 2 [illegible]

[ 2 Præſertim cum idem Archidiaconus poſtea requiſitus reſponderit, quòd in præſentia noſtra vellet ei ſuum præbere aſſenſum, & ideò cum ſecundum ſtatuta concilii Lateranenſ. app. rej. ſemper id debeat prævalere, quod à pluribus & ſanioribus fuerit ordinatum, niſi fortè à paucioribus & inferioribus aliquid rationabile objectum fuerit, & oſtenſum, à vobis celebrata electio, tanquam majori & ſaniori parte non obſtante contradictione vel appellatione paucorum, debebat & poterat rationabiliter confirmari: cùm id quod objectum extitit & oſtenſum, rationibus præmiſſis apparebat rationabile non fuiſſe.]

[ 3 Et quia cùm tria ſint in perſona electi præcipuè inquirenda, videlicet ætas legitima, morum honeſtas, & literatura ſufficiens, licet de honeſtate morum, tanquam ei qui nobiſcum eſt aliquandiu laudabiliter converſatus, poſſimus ipſi laudabile teſtimonium perhibere.]

[ 4 Cum autem ſecundùm prædicti ſtatuta concilii nullus debeat in Epiſcopum eligi, qui trigeſimum ætatis non attigerit annum, licet ſenectus venerabilis ſit non diuturna, nec annorum numero computata, ſed cani hominis ſunt ſenſus ejus, & ætas ſenectutis vita immaculata, quia tamen poſt illa tria quæ Salomon aſſerit difficillima, quartum tamen quaſi reputat impoſſibile. Viam videlicet viri in adoleſcentia ſua cognoſci, tanquam inveſtigari non poſſit.]

## CAP. XX.

*Illegitimus poteſt poſtulari, non autem eligi: & electores niſi probaverint illum ignoranter elegiſſe, incidunt in pœnas Lateranenſis concilii.*

Idem *Cantuarienſi Archiepiſcopo.*

Innotuit *a* nobis quòd Vigorienſi eccleſia deſtituta paſtore, prior & conventus ejuſdem loci magiſtrum M. Archidiaconum Eboracen. in Epiſcopum elegerunt, cujus confirmationem uſque in adventum ipſius (qui abſens eligebatur & inſcius) diſtuliſti: qui tandem ſpontanea tibi & ſecreta confeſſione monſtravit, quòd conſcientia ejus aliquantiſper ex natalibus eſſet læſa [ 1 & infrà.] Cujus electionem capitulum ] petiit per ſedem Apoſtolicam confirmari, præſentato nobis electionis decreto ſubſcriptionibus eligentium roborato. Quidam autem ſuffraganeorum tuorum adſeruerunt, eum fuiſſe filium cujuſdam militis, & ab eo ex quadam ingenua & non conjugata ſuſceptum. Idem quoque magiſter adjecit, quòd nunquam pater ejus habuerat uxorem, ſed matris *b* ejus virginitatis florem præripuit quaſi *c* furtim: [ 2 & infrà.] Quamvis autem canon *d* Lateranenſ. concilii ab Alexandr. præde. no. editus non legitimè genitos adeò perſequatur, quòd electionem talium innuit nullam eſſe: nobis tamen per eum adempta non fuit diſpenſandi facultas, cùm non fuerit prohibentis intentio, qui ſucceſſoribus ſuis nullum potuit in hac parte præjudicium generare, pari poſt eum (imò eadem) poteſtate futuris, cùm non habeat *e* imperium par in parem: [ 3 & infra.] Multa enim in hoc caſu diſpenſationem inducere videbantur: literarum ſcientia, morum honeſtas, vitæ virtus, & famæ perſonæ multipliciter à quibuſdam etiam ex fratribus noſtris (qui eum in ſcholis cognoverant) *f* adprobata: faciebant etiam hæc ad id non modicum: concors capituli Vigorienſis electio, petitio populi, adſenſus Principis, votum tuum, ſuffraganeorum ſuffragia, & humilis devotio confitentis, qui ſpontè ac humiliter ſuum maluit confiteri reatum, quàm læſa conſcientia thronum conſcendere paſtoralem. Habito ergo ſuper hoc diligenti tractatu, intelligentes Vigori. capitulum eundem magiſtrum non humiliter poſtulaſſe, ſed improvidè potius elegiſſe (cùm ad obtinendum diſpenſationis beneficium procedendum fuiſſet, non per electionem inhibitam, ſed per poſtulationem permiſſam) electionem ipſam prædicti canonis authoritate caſſatam, denunciamus irritam & inanem: parcentes non modicum Vigori. capitulo, quòd eis nec pœnam infligimus expreſſam in canone ſupradicto, nec probare cogimus ignorantiam, quam allegant. Et quamvis poſt caſſationem hujuſmodi nobis fuerit ſupplicatum, ut dignaremur cum eo miſericorditer diſpenſare: ſupplicationem hujuſmodi quæ nomine capituli non fiebat (cùm non ad poſtulãdam diſpenſationem, ſed ad petendam cõfirmationem ipſius fuerint nuncii deſtinati) ad præſens non duximus admittendam, decernentes irritum & inane quidquid ſuper ordinatione ipſius Epiſcopatus ante ſuſceptionem literarum noſtrarum fuerit attentatum. Quòd ſi Vigori. capitulum eundem magiſtrum propter prærogativam meritorum ipſius duxerit poſtulandum, poſtulationem apud ſedem Apoſtolic. præſentare procuret.

a Cap. 2. eod. tit. in 3. compil. b matri. c furtum. d concil. Lateran. can. 3. e l. 3. & 4. ff. de arbitris. f al. approbatum, al. approbata.

[ 1 Et quòd ad tantæ dignitatis apicem præter indulgentiam ſed. Apoſtol. nollet aliquatenus promoveri, quamvis promoventem benignum & facilem inveniret. Tu autem, ſicut vir providus & diſcretus, intellecta conſcientia ejus noluiſti protinus ad confirmationem procedere, ſed nobis rei ſeriem intimaſti per literas tuas, & per eas ipſius merita & ſcientiam commendaſti: capitulum autem ejuſdem eccleſiæ, quare per te fuiſſet electionis confirmatio protelata, ſe ignorare per literas ſuas nobis tranſmiſſas expoſuit, & eam.]

[ 2 Quo facto cum ipſa infra quadriennium à nativitate ipſius matrimonium contraxit. Nos ergo ſuper hoc cum fratribus noſtris habito diligenti tractatu, inſpectis canonibus quoſdam invenimus qui non legitimè genitos promoveri vetant ad officium paſtorale, cauſam fortè trahentes ex lege divina, per quam ſpurii & manzeres uſque ad decimam generationem in eccleſiam Dei prohibentur intrare. Invenimus autem alios qui undecunque genitos non prohibent ad ſacros ordines promoveri, dummodo ſibi vitæ merita ſuffragentur, aſſerentes quòd culpa parentum non eſt filiis imputanda, & ad hoc probandum inducunt, quòd Dominus noſter Ieſus Chriſtus non tantùm ex alienigenis, ſed etiam ex adulterinis voluit commixtionibus naſci, qui eſt ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech. Hi etiam ſcripturæ divinæ videntur inniti, qua dicitur, filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filii, & per quoddam videtur antiquum proverbium removeri, quod inter filios Iſrael dici ſolebat: Patres comederunt uvam acerbam, & dentes filiorum obſtupeſcunt. Quidam verò ad concordiam diſcordantiam revocantes, repugnantiam Canonum prædictorum ſopire quodammodo videbantur, confitentes quòd illegitimè geniti ſi religioſè fuerint in cœnobiis aut in canonicis converſati, à ſacris myſteriis minimè revocentur: & inter illegitimè genitos quidam aſſerunt eos ſolos à ſacris officiis prohibendos qui paternam incontinentiam imitantur: & hi quoque videntur auctoritate divinæ legis inniti, qua dicitur: Ego ſum Deus zelotes vindicans peccata patrum in filios uſque in tertiam & quartam progeniem in his qui oderunt me, quaſi dicat in his qui circa me paternum odium imitantur. Verùm canon concilii Lateranenſis à bonæ me. A. Pp. p. noſt. editus in ſynodo generali penitus vel primis concordans canonibus, non ſolùm vetat tales in Epiſcopos promoveri, verùm etiam eligentibus certam pœnam infligit. Imò ipſo facto eandem pœnam eos aſſerit incurriſſe, ut ſecundùm hoc canon latæ ſententiæ videatur, cujus tenor eſt, ne videlicet, quod de quibuſdam pro neceſſitate temporis factum eſt, trahatur à poſteris in exemplum. Nullus in Epiſcopum eligatur niſi qui de legitimo matrimonio ſit natus, circa finem adjungens. Clerici ſanè ſi contra formam iſtam quemquam elegerint, & eligendi poteſtate tunc privatos, & ab eccleſiaſticis beneficiis triennio noverint ſe ſuſpenſos. Sanè prædictus canon, qui non per eum qui canones non noſſet antiquos, ſed illum qui plenè noverat canonicas ſanctiones, in concilio multorum juriſperitorum eſt editus, & in ipſius approbatione concilii roboratus,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*natis de non legitimo matrimonio omnem videtur inobedientiam Epiſcopos promovendi aditum præcluſiſſe, cùm id etiam ad conſequentiam trahi prohibeat, quod per neceſſitatem innuit prioribus temporibus eſſe factum, licet nihil amplius quàm neceſſitas diſpenſantem ad diſpenſationem inducat. Præterea electionem talium innuit nullam eſſe, dum in pœnam ſtatuit eligentium, ut tunc noverint eligendi ſe poteſtate privatos, quod nihil eſſet niſi tunc occurreret electio facienda: quod fieri non poſſet priori electione ſeu nominatione durante: ex quo patet electionem ejuſmodi per ipſum canonem irritatam.]*

[ 3 *Sed ea tantùm fuit mens ipſius, ut quia ex eo quod aliquando ex diſpenſatione pro neceſſitate ipſius temporis factum fuerat, quidam gratiam in licentiam extendentes, & inde ſumentes exemplum, ſe licitè credebant eligere tales, & indifferenter hujuſmodi eligebant, talia fieri prohibeat. Vnde gravem electoribus pœnam inflixit. Deliberavimus tamen cum fratribus noſtris, utrum in tali caſu & cum tali perſona deberemus miſericorditer diſpenſare, vel juris potius ſervare rigorem. Invenimus enim à bo. me. Vrbano P. p. noſtro in caſu multo difficiliori, cum Cenoman, electo diſpenſaſſe, qui fuerat filius ſacerdotis: & Legionen. Epiſcopo, qui poſt conſecrationem ſuam humiliter fuerat & ſponte confeſſus, quòd fuiſſet ex matre non legitima procreatus, quam pater vivente uxore propria cognoviſſet. Sed Vrbanus idem inhibuit ne id quaſi pro regula in poſterum ad conſequentiam traheretur. Videbatur enim quòd cùm illegitimè natus fuiſſet aliquandiu diſpenſatum, & ex certa cauſa forſitan in poſterum diſpenſandum. In hoc cauſa celerius debet diſpenſatio indulgeri, illi perſonæ videlicet, quæ minus imperfectionis, plus perfectionis habebat.]*

## CAP. XXI.

*Non poſſunt electores in præjudicium electi compromittere: ſed ſi conſenſerit electioni ſuæ, vel conſentire velit, non obſtante Laudo in contrarium lato eſt confirmandus, ſi aliud canonicum ſibi non obſiſtat, licet non ſit de gremio illius eccleſiæ, quamcunque ob cauſam à majori parte fuerit appellatum: & in hoc ultimo eſt iſte text. multùm nota.*

*Idem a Genuenſi Archiepiſcopo, & Placentino, & Bobien. Epiſc.*

CVm *b* inter canonicos Saonen. ſuper electione Pontificis quæſtio verteretur, ad ſedem Apoſtolicam S. Subdiac. Saonen. & I. procurator capituli acceſſerunt. [ 1 *& infrà.* ] Propoſuit autem procurator prædictus, quòd ſinguli requiſiti communi adſenſu in Haſtenſ. præpoſitum (excepto prædicto Subdiacono) convenerunt: quo in ſua duritia permanente, aliorum conſenſus redactus fuit in ſcriptum publicum conſequenter. Cæterùm pro parte altera fuit propoſitum ex adverſo, quòd cùm ſeptem *c* eſſent canonici Saonenſ. in capitulum ſe receperunt de futura electione Pontificis tractaturi: ſed Archidiac. Archipresbyt. & præpoſito dictum Haſtenſ. præpoſitum nominantibus, fuit à præfato S. obviatum aſſerente ipſum morbo epileptico laborare, pro quo alia vice tanquam inhabilis fuerat recuſatus: nec ad aliam eccleſiam debere fieri tranſitum, donec reperiretur idoneus in eccleſia Saonenſi: [ 2 *& infrà.*] [Poſt hæc Archipresbyter] pro parte altera de rato (ut dicebat) literis præmunitus, ipſe verò S. pro parte ſua in Mediolanenſ. Archiepiſcopum compromittere curaverunt *d*, qui Magiſtrum G. Modicen. canonicum eis dedit in Epiſcopum & confirmavit: [ 3 *& infrà.*] Diſc. v. mandamus, quatenus, cùm conſtet electionem de præpoſito memorato à majori & ſaniori parte capituli celebratum fuiſſe, publicatam etiam & ſubſcriptam: ſi dictus præpoſitus eidem electioni conſenſerit, ut per mutuum conſenſum eligentium & electi quaſi conjugale vinculum ſpiritualiter ſit contractum: niſi ſufficienter ſit oſtenſum, eundem morbo epileptico laborare (ſuper quo contra ipſum dicitur appellatum) non obſtante appellationis objectu, ſi qua ex aliis cauſis ſuperius memoratis proponitur interpoſita (cùm eas frivolas reputemus) electionem confirmetis ipſius, non obſtante quòd poſt talem electionem à præfato Archiepiſcopo proponitur eſſe factum, etiamſi à partibus in eum fuerit compromiſſum: cùm electores à tali electione ſic reſilire nequiverint. Quòd ſi electores illius non compromiſerint in Archiepiſcopum memoratum, etiam ſi dictus præpoſitus nondum electioni de ſe factæ conſenſerit, eo tamen conſentire volente (dummodo à morbo ſit immunis objecto) vos electionem ipſius nihilominus confirmetis.

[ 1 *Quibus ven. F. N. Albanen. Epiſcopum & Dil. fil. N. tit. S. Marcelli Presbyterum Cardin. dedimus auditores, in quorum præſentia.*]

[ 2 *Sed præpoſitus Saonen. ſpretis appellationibus interpoſitis præpoſitum Haſten. elegit, objiciente adverſa parte, quòd hujuſmodi electio propter appellationes interpoſitas & alia etiam obſtacula non teneret. & infrà. Sed & civitatem idem præpoſitus & alii canonici egreſſi, exceptis Archipresbytero & ſubdiac. ſæpedicto, ſigillum capituli ſigillum ignorantibus eis detulerunt, & ad Mediolanenſem Epiſcopum accedentes petierunt electionem, quam fecerant confirmari, licet à ſolo præpoſito, & poſt confirmationem ſalva facta: ſed quoniam indebitus electionis proceſſus antea Archiepiſcopo intimatus fuerat, petitioni eorum non annuens, quendam de fratribus ad inveſtigandum electionis proceſſum Saonen. direxerunt: ſed ut teſtes coram eo producerentur, & poſtularentur ut in nuntium pariter procurarent: pars adverſa jam dictum Archiepiſcopum, altera verò ſedem Apoſtolicam invocavit: ſed cum ad mandatum nuntii partes Mediolanum iviſſent apoſtolos petitura, ab Archiepiſcopo ut ad pacem redirent, fuerunt monita diligenter, tunc in contrario præpoſitus Saon. ſe velle ſtare conſtanter aſſeruit, ſi & in eiſdem pars faceret adverſa, quod deliberato conſilio præfatus ſubdiac. compromiſit. Poſt hoc reverſi ad propria, & deinde ab Archiepiſcopo vocati præpoſitus.*]

## CAP. XXII.

*Electus à majori & ſaniori parte capituli, ſi eſt & erat idoneus tempore electionis, confirmabitur: ſi autem erat indignus moribus, ſcientia vel ætate, & fuit ſcienter electus; electus à minori parte, ſi eſt dignus, confirmabitur.*

Idem *Praneſtino Epiſcopo* a, *Apoſtolicæ ſedis legato.*

DVdum *b* ad audientiam noſtram quæſtione prolata, quòd vacante præpoſitura *c* Colonien. eccleſiæ, in quo ſe vota eligentium diviſiſſent, certis judicibus duximus committendam. [ 1 *& infrà.*] Qui verò partes ad ſuam præſentiam convocarunt, receperunt teſtes, examinaverunt eligentium conſcientias, audierunt allegationes utrinque. Et quoniam præpoſitus ſancti Georgii eorum ſententiæ ſe aſſerens nolle ſtare, proceſſum ad ſedem Apoſtolicam deſtinarunt *d*: & infrà. Cumque nuncii præpoſiti ſanctorum Apoſtolorum ſtatuto termino ad præſentiam noſtram acceſſiſſent, præpoſitus ſancti Georgii non venit, nec pro *e* ſe miſit idoneum reſponſalem: & infrà. Geſtis igitur judicum diligenter inſpectis, invenimus, quòd pro præpoſito ſanctorum Apoſtolorum

a *Ianuenſi Archiepiſcopo. Plac. in antiq. Placentino & Papienſi Epiſcopis.* b *Cap. 6. in eod. tit. in 3. compil.* c *In aliquot vetuſtis, quòd cùm eſſent canonici ſeptem, qui ſe in capitulo receperunt, de futura, &c.* d *Similis text. eſt in c. contingit: & ibi Innoc. hoc tit. Specu. in tit. de arbitr. §. reſtat. ve. item de ſentent. & ver. ſed numquid clericus.*

a *Hæc poſtrema verba deſunt in 3. compil.* b *Cap. 7. eod. tit. in 3. compil.* c *Colonienſis, in omnibus manuſcr. & nonnullis impreſſis.* d *Quoniam ita mandavit Pap. quòd ſi altera partium volet quòd ipſi judices cauſam terminarent, cauſam inſtructam remitterent ad ipſum: aliàs non fuiſſet eis licitum recuſare.* e *Hæc verba, pro ſe, deſunt in antiquis.*

rum auctoritas, pro præpoſito verò ſancti Georgii numerus eligentium faciebat, cùm primus à quatuordecim, tum perſonis, tum canonicis, qui alios dignitate, ætate, & tempore *a* præcedebant: ſecundus verò à viginti quatuor fuiſſet electus: [ 2 *& infrà.* ] Cùm autem allegationes pro eodem præpoſito ſancti Georgii coram judicibus ipſis propoſitæ, nobis non fuerint præſentatæ, propter quod non potuimus ſcire per nos quid objecerit, vel quid reſponderit ad objecta, ſicque cauſa remiſſa non fuit ſufficienter inſtructa: ad definitivam ſententiam non duximus procedendum, ſed deciſionem cauſæ ipſius judicibus commiſimus ſub hac forma, ut ſi vel notorium *b* eſſet, vel per ea quæ jam dicta erant, conſtaret quòd præpoſitus S. Georgii electionis tempore pateretur, vel in ordinibus, vel in ſcientia, vel in ætate, defectum, qui eum juxta *c* canonum ſanctiones impediret ad hujuſmodi officium promoveri: ei (non obſtante ipſius abſentia corporali) ſilentium imponentes, præpoſito ſanctorum Apoſtolorum præpoſituram adjudicarent eandem: alioquin (cùm in eum non ſolùm plures, ſed duæ penè partes convenerint, & impedimentis ceſſantibus adpareat quòd eum bono zelo elegerint.) Præpoſiti ſanctorum Apoſtolorum electione caſſata electionem confirmarent ipſius, & ei facerent tanquam præpoſito reſponderi.

[ 1 *Vtrauditis quæ proponerentur hinc inde, ſi de partium procedere voluntate, definitivam ſententiam promulgaret: alioqui cauſam ſufficienter inſtructam ad noſtram remitterent audientiam, auc. ap. ſtatuentes partibus terminum competentem, quo per ſe vel per idoneos reſponſales ad ſe. ap. accederent ſententiam recepturæ.* ]

[ 2 *Objiciantur autem præpoſito S. Georgii, minor ſcientia, defectus ætatis, & quod in minoribus erat ordinibus conſtitutus. Vnde cùm præpoſituræ illi eſſet Archidiaconatus annexus, non erat ei dignitas conferenda, ratione cujus cogebatur infra præfixum à canonibus ſtatum in Diaconum promoveri. Proponebatur autem pro altero, quòd erat vir ætate, ſcientia & moribus commendatus. Vnde aliorum ducti zelo propter hoc electores ipſius in eum ſe confeſſi fuerunt conveniſſe: nec ſolùm ſui ſed etiam quidam alterius electores eum prudentiorem eſſe in ſpiritualibus aſſerebant, præſertim quamvis alium magis utilem circa temporalia maximè propter potentiam fuerant profeſſi.* ]

## CAP. XXIIII.

*Recipientes poſtulatum ad eccleſiam tanquam inſtitutum vel adminiſtratorem, ante admiſſionem poſtulationis à ſuperiore factam, privati ſunt poteſtate eligendi, & ad alios, licet pauciores, devolvitur poteſtas eligendi: & ſi omnes privati ſunt, devolvitur ad Papam in eccleſiis cathedralibus. h. d. ſecundum principaliorem intellectum, qui magis congruit literæ.*

*Idem canonicis Maguntinenſibus.*

Bonæ *d* memoriæ Maguntinenſi Archiepiſcopo viam univerſæ carnis ingreſſo, & quibuſdam petentibus VVormacienſem Epiſcopum, quibuſdam verò Archiepiſcopum veſtrum, tunc præpoſitum ſancti Petri Maguntinenſis, ſibi eligentibus in paſtorem. Præneſtino Epiſcopo ſedis Apoſtolicæ legato dedimus in mandatis, ut ſi eundem Epiſcopum, quoad temporalia vel ſpiritualia recepiſſe conſtaret eccleſiam Maguntinenſem, vel miniſtraſſe in temporalibus aut ſpiritualibus in eadem: poſtulationem factam de ipſo nunciaret irritam: [ 1 & ſ. ] Deinde inquireret de ipſius electione archiepiſcopi veritatem, & ſi ei de vi, quam ipſe & ſui metuebant, conſtaret, (eo non obſtante, quòd poſt adpellationem ad nos interpoſitam, fuerat in ipſius electione proceſſum, cum aliis, qui adpellationi ad nos interpoſitæ, ne ſine ipſo ac ſociis ejus haberent in electione proceſſum, non duxerint deferendum: uti contra ipſum hac exceptione non poſſent, quia fruſtra legis auxilium invocat, qui committit in legem *a*: unde nec ab eis poſſe objici videbatur, quòd idem eſſet à paucioribus ſecundùm eorum adſertionem electus, cùm ipſi adpellationem ad nos legitimè interpoſitam contemnentes, & præter licentiam noſtram recipientes Epiſcopum memoratum, reddiderint ſe indignos) electionem Archiepiſcopi confirmaret; [ 2 *& infrà.* ] Licet autem eſſent notoria, quæ contra dictum VVormacienſem Epiſcopum & ejus fautores fuerant objecta: prædictus tamen legatus ad majorem cautelam multos teſtes recepit ex ipſius Archiepiſcopi parte productos. Vnde ipſe juxta mandati noſtri tenorem procedens, poſtulationem factam de VVormacienſi caſſavit, & electionem Archiepiſcopi memorati (quamvis à pauciſſimis celebratam) curavit auctoritate Apoſtolica confirmare, ipſumque ordinavit in Presbyterum: & tandem in Archiepiſcopum conſecravit: [ 3 *& infrà.* ] Contra legati verò proceſſum hoc facere videbatur, quòd non citatis VVormacienſi Epiſcopo, & ejus fautoribus, proceſſiſſet. Porrò exceſſus notorius examinatione non indiget *b*: & pro his, quæ à judice ſunt acta, præſumitur, quòd omnia ritè fuerint celebrata: quamvis & quòd citati non fuerint, non poſſet de facili comprobari; quia negantis factum, per rerum naturam nulla eſt *c* directa probatio: cùm etſi quilibet de ſe poſſet adſerere, quòd ad eum citatio minimè perveniſſet, ſinguli tamen veſtrûm eſſent in ſuo teſtimonio ſingulares. Ad ipſum quoque legatum, ſi voluiſſent, ſecurè potuiſſent procuratorem idoneum deſtinare, ſicut nuncium deſtinarent: [ 4 *& infrà.* ] Nos igitur, etſi propter auctoritatem judiciariam præſumamus pro his, quæ acta ſunt à legato: illi tamen plus innitimur rationi, quòd adverſarii Archiepiſcopi ex tribus cauſis prædictis ſe uſque adeò reddiderunt indignos, quòd contra eum non debebant audiri: unde quod de ipſo factum fuerat, non poterat impediri per eos; quin etiam ſi electores ejuſdem partis pariter deliquiſſent, ut ſe reddidiſſent indignos, ad nos devoluta fuiſſet hac vice ordinatio eccleſiæ Maguntinenſis: quare dictum Archiepiſcopum ſine juris injuria potuiſſemus eidem eccleſiæ præficere in paſtorem. Super his *d* verò, habito diligenti tractatu, caſſationem poſtulationis factæ de VVormacienſi Epiſcopo ratam habemus: electionem memorati *e* Archiepiſcopi confirmantes.

[ 1 *De gratia noſtra concedens eid. ut VVormacienſ. ſibi eccleſiam retineret. Nam de jure communi quia præter auc. noſtram tranſire præſumpſit, utraque erat ſpoliandus, ut ea careret quam cupivit avarè, & ea quam ſuperbè deſpexit: quòd ſi parêre contemneret, utraque ipſum eccleſia denunciaret auct. noſtra privatum.*

[ 2 *Quòd ſi nec recepiſſet prædictam eccleſiam quoad ſpiritualia vel temporalia, nec in temporalibus vel ſpiritualibus miniſtraſſe conſtaret Epiſcopum memoratum, idem legatus audiret, quæ ſuper poſtulatione ipſius & electione Archiepiſcopi proponerentur, & hinc inde teſtes utriuſque partis reciperet, & eorum depoſitionibus publicatis uſque ad calculum definitivæ ſententiæ procedens, geſta omnia ſub ſigillo ſuo ad noſtram præſentiam deſtinaret, ſtatuens partibus terminum competentem, quo Apoſtolico ſe. conſpectui præſentarent, ſententiam receptura.* ]

[ 3 *Ipſe autem ad noſtram præſentiam accedens, humiliter poſtulavit, ut pallium ſibi, videlicet in ſignum pontificat. officii de conſueta ſe. ap. benevolentia conferremus. Verùm quidam ſimplex nuncius ab adverſariis ejus ad ſe. ap. deſtinatus ex eorum parte aper-*

a *Iſte textus quotidie ad hoc allegatur, quòd ſocius dignitate, ætate & receptionis tempore ſocium præcedit, gloſſa in verſic. contra majores. c. lex diſt. 2.* b *vide l. 1. cum gloſſ. C. quis & adverſ.* c *Canonicas ſanctiones.* d *Cap. 1. eod. tit. in 3. compil.*

a *Concor. text. in l. auxilium. ff. de minor. & in l. fin. §. ſin verò poſtquam. C. de jur. delib.* b *Vide l. ſi verò. §. qui pro rei. cum gl. in verſ. evidentiſſimè. ff. qui ſatiſd. cog. & l. ea quidem. C. de acc.* c *Dictio, directa, deeſt in antiquis. vide l. actor. C. de probatio. 6. q. ult. actor. & ca. quoniam. ¶. de probat.* d *ergo.* e *Vox memorati, deeſt in antiquis.*

*tas, nobis cum ſigillo pendente, literas præſentavit, per quas iidem canonici ſignificabant, quòd prædictus legatus pecunia corruptus iniquam ſententiam protuliſſet. Addebant etiam quòd Maguntini cives pariter juraverunt, quòd nunquam eum reciperent in Archiepiſcopum, & quòd univerſi clerici paucis exceptis ſuo favebant electo. Cùm autem ſuper his, cœpiſſemus deliberare cum fratribus noſtris, electioni Archiepiſcopi duo videbantur obſtare, videlicet quòd à pauciſſimis, & poſt interpoſitam app. ad ſed. Apoſtol. à ſeipſo dicebatur electus. Nam cùm poſtulatio VVormacienſ. Epiſcopi fuit præcedentis app. ratione quaſſata, Archiepiſcopi electio debebat etiam ex eadem cauſa caſſari. Sed econtrà ſicut ſuperius eſt expreſſum, quòd qui antè in appellationem deliquerat, appellationem contra eundem Archiepiſcopum non poterat allegare. Poterat quoque dici, quòd etſi poſt appellationem, non tamen contra formam appellationis fuiſſet electus Archiepiſcopus ſæpe dictus, cùm appellaverit ſub hac forma, ne canonici Maguntiæ reſidentes, ſine ipſo ac ſociis ſuis haberent in electione proceſſum: nec nocet quòd poſſet ex parte altera replicari, quia nec ipſi nec ſocii ſui debuerant procedere ſine ipſis: quia ipſi app. apud nos interpoſitam contemnendo, reddiderant ſe indignos, & abuſi fuerant jure ſuo. Vnde cum in Lateranenſ. concilio de his qui quaſdam perſonas inhibitas eligunt, ſit ſtatutum, ut eligendi tunc poteſtate privatos & ab eccleſiaſticis beneficiis triennio noverint ſe ſuſpenſos, illis pro longè majori delicto tanquam indignis ab electionis poteſtate cadentibus, penes eundem ac ſocios ſuos tantùm jus remanſerat eligendi, quare ſi multò pauciores in ipſum, quàm in alium conveniſſent, intelligendum eſt tamen, quod omnes qui tunc eligere poterant, elegerunt eundem.]*

[ 4 *Quemadmodum ex ipſorum ad nos directis literis comprobatur, qui ſecurè ad eundem legatum acceſſit, & ad propria remeavit, cùm & ipſe legatus paratus fuerit ſecuritatem omnimodam providere. Nec obeſt quòd idem nuncius dicitur appellaſſe, cùm appellationi renuntiaverit, & in commiſſione noſtra, quam pars reportavit utraque, obſtaculum fuiſſet appellationis remotum. Sed nec apparebat etiam quòd contra factum legati aliquid poſſet objicere ac probare, cùm non procurator ſufficiens, ſed ſimplex ad nos contra eundem Archiepiſcopum fuiſſet nunc jus deſtinatus.*]

## CAP. XXIV.

*Sufficit electo ad obtinendum, docere eligentem fuiſſe in quaſi poſſeſſione tempore electionis, licet non probet, quòd proprietas juris eligendi ad illum pertineret.*

Idem *clericis ſanctæ Agathes.*

QVerelam *a*, quam G. tituli ſancti Vitalis Presbyter Cardin. per Oeconomum eccleſiæ veſtræ, cujus idem Cardin. eſt gubernator, contra P. Presbyterum eccleſiæ ſancti Salvatoris, ſuper eccleſia ipſa propoſuit, C. *b* Papa p. n. nobis in minori officio conſtitutis audiendam commiſit. Petebat igitur Oeconomus præfatum P. ab eccleſia ſancti Salvatoris (quam in præjudicium veſtræ eccleſiæ, ac injuriam cardinalis prædicti occupare præſumpſerat) removeri, cùm ipſa eccleſia pertineat ad ſanctæ Agathes eccleſiam pleno jure, petens penſionem ſexdecim denariorum Papien. debitam eccleſiæ ſanctæ Agathes, pro eadem eccleſia de thermis ſibi reſtitui, de novo ſubtractam. Prædictus verò P. reſpondebat, quòd ipſe nullam injuriam irrogaverat cardinali, nec in præjudicium eccleſiæ veſtræ receperat dictam eccleſiam, cùm hæc ad illam nullo jure pertineat, nec aliquam ſibi reddere penſionem *c* debeat: ſed ipſe per electionem populi, ad quem de antiqua conſuetudine *d* pertinet *e* electio, à cardinali ſanctæ Suſannæ (cui eadem eccleſia tanquam capella ſuo titulo, in ſpiritualibus eſt ſubjecta) canonicè fuerat inſtitutus: [ 1 *& infrà.*] Nos igitur rationibus utriuſque partis auditis, diſtum P. ab impetitione Oeconomi veſtri ſuper electione & inſtitutione de ſe facta in eccleſia ſancti Salvatoris abſolvimus, & ſuper his præfato Oeconomo ſilentium duximus imponendum, cùm nobis conſtiterit, quòd populus in poſſeſſione præſentandi clericum exiſtebat, qui ipſum Presbyterum ad illam elegit, & eccleſia ... ſpectat ad titulum ſanctæ Suſannæ in ſpiritualibus ... jure, ſalva quæſtione ſuper jure patronatus inter ... ſiam veſtram, & populum ſæpe dictæ eccleſiæ ſancti Salvatoris. Quia verò fuit liquidò comprobatum, ... penſio ſexdecim denariorum Papienſis monetæ ... clericis eccleſiæ veſtræ, pro eccleſia ſancti Salvatoris de thermis annuatim per multa tempora perſoluta ... novo ſubtracta, vos in eundem ſtatum percipiendi ... juſmodi de eccleſia ſancti Salvatoris de thermis ... ſiam veſtram decernimus reducendam: & ad ... nem penſionis ſubtractæ, condemnamus Presbyterum antedictum, ſalva quæſtione proprietatis, inter ... memoratas.

[ 1 *Cumq; ad ſuam aſſertionem probandam utraque pars ... toties teſtes produxiſſet, nos illos recepimus & examinavimus ... genter, quorum depoſitionibus publicatis diſputatum ... ſuper illis: ſed antequam hujuſmodi controverſia finem ... potuiſſet, præfatus P. inde debitum carnis exolvit, ... bus utraque pars cum inſtantia poſtulavit, ut cauſam ... dignaremur.*]

## CAP. XXV.

*Eligentes ſcienter indignum, privati ſunt poteſtate eligendi ... ctione, quæ primò occurrit facienda.*

Idem.

CVm *b* VVintonenſis eccleſia paſtore vacaret ... diaconus cum ſuis fautoribus Salubrienſem ... num, Prior verò & complices ejus præcentorem ... nenſem in Epiſcopum elegerunt: & infrà. ... tur omnes in communi de facienda electione ... rint, quia tamen nequiverunt eſſe concordes, ... negotio ad nos habuere recurſum, & hi quidem, qui ... centorem elegerant, adſerebant quòd illi, qui ... elegerant, eligendi erant poteſtate privati, ... ximè cauſa, quòd hominem non legitimè natum ... ter eligere præſumpſerunt: unde ſecundum ... nenſe concilium, & eligendi hac vice perdiderant poteſtatem, & per triennium eccleſiaſticis beneficiis ... debebant. Illi verò taliter reſpondebant, ... is, quem elegerant, fuiſſet minùs legitimè natus ... gratiam tamen Apoſtolicæ ſedis legitimari ... hoc adſerebant ſe legitimè probaturos. Nos ... tendentes quòd *d* iſti poſt primam electionem ... rant illos, ad celebrandam ſecundam, & quòd ... tum concilii memorati decrevit hujuſmodi ... res una vice duntaxat eligendi poteſtate privatos ... niam electio quam coram nobis celebrare ... jam ſecunda, ſed tertia concurrebat: ad eligendum ... cenſuimus admittendos.

## CAP. XXVI.

*Eligens ſcienter indignum in Epiſcopum, eſt ab ... beneficiis eccleſiæ per triennium, nec poteſt ... illius eligi, vel adſumi.*

Idem *Abbati Ciſtercienſi R. & P. monacho Fontis frigidi* f.

PEr inquiſitionem *g*, quam de mandato noſtro ... ſtis ſuper ſtatu Epiſcopatus & Epiſcopi *h* ...

a *Cap. 9. eod. tit. in 3. compil. & pro intellectu vide Matthæum de Aff. deciſ. 395.* b *Celeſtinus Papa prædec. noſter.* c *al. debebat.* d *vide l. 2. & ibi Bart. C. quæ ſit long. conſ. & in authen. hoc jus porrectum. C. de ſac. eccl. gl. in l. rem non novam. C. de jud.* e *Dictio, electio. deeſt in antiquis cod.*

a *In quibuſdam antiquis, de terminis.* b *cap. ...* *3. compil.* c *Sub Innocent. III. cap. 25.* d *In C. ...* *quòd iſti qui elegerunt præcentorem poſt primam, &c.* ... *l. 2. cum not. per Bart. ff. de excuſ. mu. & l. 2. & l. ...* f *al. Caſternienſ. & fontis frigidi Ap. S. l.* g ... *compil.* h *al. Tholoſanenſi.*

ſam, perſpicaciter intelleximus, quòd Maſcaron cancellarius juratus aſſeruit, ſe ſciviſſe pro certo R. olim Tholoſanum Epiſcopum, & amicos ipſius, ante ſuam electionem habuiſſe colloquium cum quibuſdam canonicis nominatim expreſſis, eosque ſolicitaſſe precibus, ut ipſum eligerent in Epiſcopum: ſeque vidiſſe pariter & audiviſſe, quando prædictus Epiſcopus recognovit in quorundam canonicorum præſentia, ſe canonicis illis, qui adverſati fuerant ſuæ primæ electioni juraſſe, credens pro certo, quòd juramentum illud illicitum fuit, & præſtitum, ut idem R. eligeretur ex pacto, & quòd ipſum *a* poſt electionem ipſius caſſatam, domum Epiſcopalem ejus nomine detinebat, recipiens quoſdam redditus & proventus, quos de ipſius conſcientia & conſilio, in ejuſdem negotiis expendebat. Cùm igitur talem ſcienter in Epiſcopum eligendo (ſicut ipſe ſuo juramento firmavit) eccleſiaſticis beneficiis reddiderit ſe indignum, grave gerimus & moleſtum, quòd Tholoſano præpoſito in Epiſcopum Convennarum electo, idem Maſcaron in præpoſitum dicitur ſubſtitutus. Quocirca mandamus, quatenus eundem ab officio præpoſituræ penitus amoventes, faciatis virum idoneum ad officium illud aſſumi.

## CAP. XXVII.

*Si non profeſſus eligitur ad regimen eccleſiæ regularis, caſſatur electio, conſuetudine in contrarium non obſtante.*

Idem *Priori ſancti Frigidiani G. & G.* b *canonicis Lucanenſibus.*

CVm cauſam *c*, quæ inter Bonum Presbyterum & Brunum canonicum ſancti Petri Lucanenſis vertitur, ſuper eo quòd dictus Presbyter Bonus à majori parte canonicorum ejuſdem eccleſiæ (prædicto B. & quodam alio contradicentibus) in priorem (ſicut dicitur) eſt electus, olim vobis duximus committendam: [ 1 *& infra.*] Quamvis autem multi priores continuè *d* unus poſt alium in ipſa eccleſia, per multa & longa tempora fuerint non profeſſi, quia tamen præfatus Presbyter B. non eſt profeſſus obſervantiam regularem, dubitatis *e* (& merito) nobis procedere inconſultis. Quia igitur non debemus attendere ſolummodo, quid factum ſit, ſed potius quid ſit faciendum. Conſultationi veſtræ taliter reſpondemus, quòd cùm ſecundùm legem divinam, non ſit in bove arandum & aſino, nec quiſquam debeat veſtem induere de lana linoque contextam, irritetis electionem prædictam, & compellatis præfatum Presbyterum, alioſque clericos non profeſſos, ut vel beati Auguſtini regulam in eadem eccleſia conſtitutam, profiteantur & ſervent, aut ipſam eccleſiam omninò dimittant.

[ 1 *Vt ſicut ex literis veſtris accepimus partes citare curaſtis, ut juxta mandatum noſtrum cauſam ipſam ſine poſſetis canonico terminare. Cumq; partes eſſent in veſtra præſentia conſtitutæ, dictus Presbyter Bonus cum inſtantia poſtulabat, ut electionem de ſe factam auct. ap. curetis confirmare. Sed præfatus Brunus econtrario reſpondebat, illum non eſſe dignum regimine prioratus, crimen ei objiciens ſimoniæ: quòd quia electio ipſius non erat canonicè celebrata, & quia profeſſus non erat, ipſum aſſerebat meritò repellendum. Verum cùm de ſimonia nihil eſſet probatum, nec aliquid contra modum electionis oſtenſum, movet nos vehementer ipſius eccleſiæ privilegium, in quo continebatur expreſſum, ut nullus in ea qualibet ſubreptionis aſtutia præponatur in priorem, niſi quem fratres communi aſſenſu vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundùm Dei timorem & B. Auguſtini regulam providerint eligendum.*]

a *Scilicet Maſcaron.* b *al. G. & G. al. B. & S. Can. &c. al. Idem A. Priori S. Fridiani G. & Lu.* c *Cap. 12. eod. tit. in 3. compil.* d *Gratian. text. in l. ex facto. §. rerum. cum no. ff. de hær. inſtit. & in l. 1. §. quotidiana. ff. de aqua quotid. & æſti.* e *dubitaſtis. Deuter. 22.*

## CAP. XXVIII.

*Nominatio vel appellatio ejus, cujus non intereſt, electionem non impedit: ſed ſi vocandus contemnitur, eo proſequente contemptum, caſſatur electio etiam confirmata, & poteſt proſequi, niſi conſenſerit electioni: quod poteſt etiam ex poſt facto. h. d. uſque ad §. ſuper eo.*

Idem I. *ti. ſancti Stephani in Cælio monte Preſbytero cardinali Apoſtolicæ ſedis legato.*

QVod *a* ſicut ex literis tuis: [ 1 *& infra.*] Verùm cùm ex prima electione, quæ facta de tribus, dicenda videtur potius nominatio, nihil juris adquiſitum fuerit nominatis, licitè procedi potuit ad electionem regulariter celebrandam, præſertim in eccleſia Armachana, cùm juxta *b* conſtitutiones canonicas, ſi fieri poteſt, in cathedrali eccleſia electio debeat celebrari. Nec appellatio interpoſita electionem illam potuit impedire, cùm in ea nihil attentatum fuerit in præjudicium regiæ dignitatis: quia non ſimplex nominatio, ſed ſolennis electio debet Principi præſentari, ut poſtulationi præſtet adſenſum, etſi ſecus aliquando per uſurpationem aliqui faciant abuſivè. Si autem Miridinenſis Epiſcopus, & Abbas Mellifontis qui intereſſe debuerant, non contempti fuerunt, ſed ad electionem vocati, (ſi tamen ſine periculo potuerint convocari) ſive nequiverint, ſive noluerint ad electionem celebrandam accedere, ipſorum abſentia non potuit electionem impedire: [ 2 *& infra.*] Quòd ſi eos vocatos non fuiſſe conſtiterit, ſed contemptos: infirmanda erit electio penitus taliter celebrata, niſi poſtea propter bonum pacis curaverint conſentire.

[ 1 *Nos igitur literarum tuarum tenore diligenter inſpecto, ſex in eis proſpeximus contineri, quorum tria contra præd. Armachenſem electum, & alia tria contra ejus electionem facere videbantur. Primum, nominatio facta de tribus, quam in literis tuis aliquoties electionem appellas, contra quam ſi electio verè fuerit, antequam caſſaretur, non debuerat alia aliquatenus attentari. Secundum, appellationem interpoſitam, quæ ſi legitima fuit, ſequentem electionem jure penitus impedivit. Tertium, quia Miden. Epiſcopus & Abbas Mellifontis qui intereſſe debuerat ad electionem minimè convenerunt. Vnde ſi contempti fuerunt vel ambo vel alter, plus eorum contemptus quàm multorum contradictio prædictam electionem debuit impedire. Quartum, quòd præfatus Albertus ſic electus ante confirmationem obtentam adminiſtrare præſumpſit. Quintum, quia in die conſecrationis ſuæ ordines celebravit, cùm nondum pallium obtineret. Sextum, dilapidatio, quia tabulam argenteam alienare minimè formidavit.*]

[ 2 *Quoniam ſi ad locum illum inter Hibernenſes non poterant ſecurè proficiſci, nec cæteri ad alium locum inter Anglicos tutè poterant convenire. Si itaq; eos vocatos eſſe conſtiterit, ſi vocari abſq; periculo potuerunt, & illos noluiſſe vel non potuiſſe ad electionem celebrandam venire, electio non debet irritari.*]

*Cæterùm cùm antequam tu ad partes Hibernicas perveniſſes, illa fuit electio celebrata, & electus ipſe ſtatim cœperit miniſtrare, tu ſatis ad id potes ſub diſſimulatione tranſire, cùm id ſicut noſti de metropolitanis Angliæ, Franciæ, Alemaniæ & aliarum partium remotarum, qui concorditer ſunt electi, Romana ſe. patiatur, eccleſiarum utilitate penſata, quia ſi tanto tempore quouſque poſſet electus confirmationem cum pallio à ſe. ap. obtinere regalia non reciperet, eccleſia quæ interim adminiſtratione careret non modicum incurreret detrimentum.*

*Epiſcopus, dum celebratur miſſa conſecrationis ſuæ, vel Archiepiſcopus ante receptum pallium, ordines conferre non debet. hoc dicit, uſq; ad verſ. quòd autem.*

Super eo autem quòd in die conſecrationis ſuæ, antequam miſſarum ſolemnia finirentur, acolythum ordinavit, pro tali exceſſu eum corripias & caſtiges: cùm ſolus Roman. Pontifex (qui ante hymnum angelicum

a *Cap. 13. eod. tit. in 3. compil.* b *23. diſt. can. in nomine Domini. & cap. in fronte. ꝧ. de appell.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

conſecratur, & poſtmodum ipſe miſſarum ſolemnia incipit & præficit conſecratus) in die conſecrationis ſuæ valeat ordines celebrare. Cæteri verò, qui inter epiſtolam & Evangelium conſecrantur, quia conſecrati concelebrant principaliter celebranti, ne dividatur myſterium unitatis *a*, non debent tunc ordines celebrare. Præterea cùm non licet Archiepiſcopo ſine pallio convocare concilium, conficere chriſma, dedicare baſilicas, ordinare clericos, & Epiſcopos conſecrare: multum profectò præſumit, qui antequam impetrat pallium, clericos ordinare feſtinat, cùm id non tanquam ſimplex Epiſcopus, ſed tanquam Archiepiſcopus facere videatur.

*Iſte verſ. non ſummatur, tum propter diverſitatem lecturarum, tum quia non facit ad titulum. Abb.*

Quòd autem tabulam argenteam dicitur vendidiſſe: dummodo eccleſiam Armachanam reddat indemnem, æquanimiter poteris præterire, cùm id de cleri & populi proceſſerit voluntate.

## CAP. XXIX.

*Electio per minorem partem capituli facta, non tenet: nec per ſubſequentem conſenſum ratificari poteſt. hoc dicit ſecundùm communem intellectum.*

Idem *b* *Tole.* [*Epiſcopo &*] *Sogonenſi* c, *de Arden. Abb.*

AVditis *d* & intellectis meritis cauſæ de duabus electionibus celebratis in Eccleſia Bajocen. unam de *e* G. Archidiac. & alteram de R. Subdiac. invenimus utramque contra formam canonicam attentatam. Cùm enim inquiſitis voluntatibus ſingulorum decanus cum paucioribus in ipſum R. & cantor cum pluribus in dictum G. Archidiac. conveniſſent, ſolo cantore poſtmodum quendam alium, videlicet magiſtrum R. de Algediis *f* nominante: ad n. fuit audi. appellatum, ne decanus, qui primam in electione vocem habebat, ad electionem procederet ſine conſenſu totius capituli, vel majoris & ſanioris partis ipſius. Ipſe verò decanus non habito conſenſu majoris partis capituli, ſed longè minoris, ſubitò in electionem prorupit, appellans, ne quis contra ipſam aliquid attentaret: quamvis adſeveret, quòd electioni factæ plures alii conſenſerunt, cùm tamen ex poſt fasto nequiverit convaleſcere, quòd ab initio non valebat: quoniam electio, quæ fuerat irrita ipſo jure, per ſubſequentem conſenſum (maximè appellatione pendente) non poterat eſſe rata. Eis ergo ad propria recedentibus *g*, cantor & alii, qui remanſerant in capitulo, poſt illam electionem nondum caſſatam & appel. ad nos interpoſitam, à nominatione dicti Archidiac. recedentes de novo præfatum Subdiaconum eligere præſumpſerunt. Nos igitur electionem utramq; duximus irritandam.

## CAP. XXX.

*Poteſtas data compromiſſariis ad eligendum prælatum, re non integra revocari non poteſt: & deſinit res eſſe integra, poſtquam compromiſſarii cœperunt habere tractatum.*

*Idem* h *Grandiſſylvæ, & Bellepartica Abbatibus.*

IN cauſis: [ 1 *& infrà.* ] Cùm *i* capitulum Tholoſanenſis eccleſiæ ad tractandum de electione Epiſcopi conveniſſent, duos elegerunt, ut de eodem capitulo eligerent electores *k*, qui præſtito juramento de ſubſtituendi Pontificis electione tractarent, & ſingulis […] pitulo ſtatutum eſt conceſſum, ut ille, quem […] corditer, vel tres ex illis, eligerent, ab eis (ſi perſona eſ-) ſet idonea) pro Epiſcopo ſine contradictione […] haberetur: [ 2 *& infrà.* ] Poſtmodum verò cùm […] dictis duobus v. electores electi fuiſſent, & ad tractandum de electione ſeceſſiſſent in partem, & non poſſent […] unam pariter concordare perſonam, tres ex eis […] runt in Epiſcopum Convennarum, & deinde electionem quam de poſtulando Epiſcopo fecerant, capitulo […] carunt: ac reliqui duo ſubſequenter tertia die cum […] cis de capitulo, reliquis abſentibus, elegerunt Archidiaconum Agenenſem: [ 3 *& infrà.* ] Nuncii verò […] cti Archidiaconi econtrariò reſponderunt, quòd cùm dicti v. electores ſeorſum de electione tractantes […] diſſiderent, ita quòd contentioſæ voces eorum […] bus, qui remanſerant in capitulo, auditæ fuiſſent […] tulum ipſos, propter hujuſmodi contentiones, […] habentes, ad eos duos de canonicis deſtinarunt, per […] inhibuerunt eis, ex parte noſtra, ne ulterius in facto […] cederent: & ita poteſtatem eligendi, quam eis […] ſerant, revocarunt, mandantes eis, ut redirent ad capitulum, & pariter cum aliis fratribus de electione […] rent: & hujuſmodi revocationi duo ex ipſis electoribus adhibentes conſenſum, reliquis tribus non […] centibus ad ipſum capitulum ſunt reverſi: ſed […] uſque ad fores capituli ſubſecuti, ab eis poſtmodum […] ſceſſerunt. Capitulum verò, cùm tota die illorum præſentiam expectaſſet, ſubſequenti die, […] pulſari fecerunt, ſicut moris eſt ad capitulum […] gandum: & prædictis tribus, cum paucis […] ſuis, ſeſe contumaciter abſentantibus, prior […] & ſaniori parte capituli, elegit in Epiſcopum […] num ſupradictum: [ 4 *& infrà.* ]

Quia verò poſtulatio de Epiſcopo Convennarum, quæ præceſſerat, facta erat per eos, in quos […] tulum eligendi tranſtulerat poteſtatem, propter […] unanimiter de conſenſu totius capituli intelligitur facta, quam (cùm res non eſſet integra, qua […] tu jam proceſſerant electores) capitulum […] tuit revocare: electionem ipſius Archidiaconi […] mus irritandam. Quocirca mandamus, qua[…] perſonam ipſius *c* Epiſcopi utilem & neceſſariam veneritis ad regimen eccleſiæ Tholoſanæ, & […] tam ſcientia literarum, quàm ſuæ converſationis exemplo ad hæreticorum perfidiam de Tholoſanis […] extirpandam *d*, quæ ibi per negligentiam […] miſerabiliter & damnabiliter haſtenus […] tranſeundi ad eccleſiam Tholoſanam, propter […] neceſſitatem, & eorundem *e* utilitatem, […] tribuatis.

[ 1 *Quæ ap. ſe. & infrà. Nimirum cùm* […] *vacante paſtore duo per diſſenſionem capituli ſui,* […] *Epiſc. Convennarum, & dil. fi. R. Archid. Agen.* […] *dil. F. A. canonicus S. Licerii, A. Archidiaconus,* […] *eccleſiæ S. Stephani Tholoſanen. pro parte verò altera* […] *de Rama & A. ſocius ejus ad noſtram præſentiam* […] *bus ven. f. n. Alban. Epiſcopum & dil. f. tit.* […] *terum cardinalem deputavimus auditores.* […] *runt nuncii prædicti Epiſcopi, quòd.*]

[ 2 *Statutum etiam fuit expreſſè, quòd ſi* […] *unam perſonam convenire non poſſent, tribus* […] *reliqui duo illorum ſequi tenerentur aſſenſum &* […] *illam ratam habere.*]

[ 3 *Adjecerunt inſuper prædicti & alii nuncii* […]

a *Veritatis, ut eſt in uno manuſcr. Vaticanæ.* b *al. Dolon. al. Dolnen.* c *Sanigneo. al. ſanguineo. al. Sagocio. al. Samgneo.* d *Cap. 14. eod. tit. in 3. compil.* e *Innocent. ait ita fuiſſe in regiſtro, unam de R. Archidiac. & alteram de magiſtro R. Subdiac.* f *Aldegiis. al. Allegiis.* g *In Co. Barbatia, redeuntibus, ſcilicet ad domum propriam.* h *Idem Epiſcopo Convennarum & Grandiſſylvæ, &c. aliàs, Epiſcopo & Grandiſſylvæ, &c. al. Cadurcenſi.* i *Cap. 15. eod. tit. in 3. comp.* k *Iſte text. reputatur ſing. per Pann. hoc in ſuo effectu.*

a *Qualibet, in antiquis.* b *l. fi. C. de præd.* […] *Epiſcopi, deeſt in nonnullis antiquis.* d *Præcipua Epiſcoporum* […] *ra in extirpandis hæreticis verſari debet.* […] *divino. Alberic. tract. de agn. aſſert. q. 11. circa finem,* […] *cilium Tholoſanum, c. 2.* e *al. evidentem.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

memorat, quòd ad dil. F. d. tt. S. Priſcæ Presbyterum card. ap. ſe. le. fuit ex parte illa ſpecialis nuncius deſtinatus, & quoniam Epiſcopus ipſe poſtulandus erat à nobis, & legatus nullam concedendi vel tranſferendi eum poteſtatem habebat, cùm hujuſmodi diſpenſatio ſedi ... ap. reſervetur, ne quid contra fieret, ad noſtram audientiam appellavit.

[4 Exhibuerunt etiam ejuſdem Archidiaconi nuncii literas prædicti legati, quas nobis ſuper hoc deſtinavit. Cùm autem prædicti auditores præmiſſa nobis & fratribus noſtris fideliter retuliſſent, nos memoratum legatum piam intentionem in hoc facto habuiſſe pro certo credentes, ex ipſo tamen tenore literarum ſuarum ... eum circumventum fuiſſe, & per ſubreptionem tacita veritate perpendimus elicitum & extortum quicquid ab eo fuerit obtentum, cum in ipſis literis ſuis non expreſſit formam poſtulationis.

## CAP. XXXI.

*De conſuetudine poteſt canonicorum electio ad ſolum capitulum pertinere. hoc dicit, & ſolet quotidie allegari.*

*Idem Epiſcopo Florentino.*

CUm eccleſia *a* Vulterana debito canonicorum obſequio longo fuiſſet tempore deſtituta, Vulteranus Epiſcopus, volens miniſtrorum defectum in eadem eccleſia reſtaurare, canonicos quosdam elegit, & inſtituit in eadem: quos canonici recipere noluerunt, adſerentes, quòd talis electio fuerat in eorum præjudicium adtentata: [1 & ℣.] Mandamus quatenus ſuper primo articulo petitionis Epiſcopi, in quo poſtulavit à te, ut canonicos ab injuria, quam ei ſuper electione canonicorum Vulteranenſis eccleſiæ inferunt, prohiberes: ab impetitione *b* ipſius, dictos canonicos abſolvere non poſtponas: quia non videtur injuriam facere, qui utitur jure ſuo, cùm per teſtes longè melius ſit probatum, quòd canonici ſupradicti hoc jure uſi fuerint antè, quàm Epiſcopus memoratus. In ſecundo quoque articulo, quo idem petebat Epiſcopus, ut dicti canonici Epiſcopum ipſum jure electionis uti liberè paterentur: abſolvere ſtudeas canonicos ſæpedictos, maximè ſi ſit notorium, quòd in Tuſcia generalis conſuetudo ſervetur, ut in cathedralibus eccleſiis ſolum capitulum, irrequiſito Epiſcopo, eligendi canonicos habeat facultatem.

*[1 Cumque ſuper hoc ſuam ad nos idem Epiſcopus querimoniam detuliſſet, cauſam ipſam tibi commiſimus fine canonico terminandam, &c.]*

## CAP. XXXII.

*Compromittentes tenentur recipere electum à compromiſſariis, ſi ſit dignus: niſi contra formam compromiſſi eum adpareat electum.*

*Idem Abbati ſancti Victoris c, & decano Pariſienſi, & magiſtro R. Decortonenſi, canonico Morinenſi* d.

CUm dilectus filius Archidiaconus Morinenſis nobis intimaſſet: [1 & ℣.] Eccleſia Morinenſi Epiſcopi ſolatio deſtituta, canonici ejusdem de paſtoris ſubſtitutione tractantes, in tres canonicos Morinenſes poteſtatem eligendi Epiſcopum unaniniter contulerunt, promittentes, ut illum reciperent in paſtorem, quem de gremio ipſius eccleſiæ ducerent eligendum, qui examinatis voluntatibus ſingulorum, Archidiaconum ejusdem eccleſiæ in Epiſcopum elegerunt. Metropolitanus quoque tam electionem, & electi perſonam examinans, quàm etiam ſuper ipſius ætate (de cujus defectu fuerat ab aliquibus dubitatum) inquirens ſolicitè veritatem, per ſententiam declarando electum ipſum minimè ſuſtinere in ætate defectum, electionem factam de ipſo ſolenniter confirmavit: [2 & ℣.] Verum B. qui contra electum venerat memoratum, propoſuit ex adverſo, quòd cùm ſupradictis tribus ſub hac forma fuerat eligendi conceſſa poteſtas, ut capitulum eum recipere teneretur, quem illi tres ab omnibus, vel majori & ſaniori parte de gremio ipſius eccleſiæ nominatum eligerent in paſtorem: electores ipſi terminos poteſtatis ſibi traditæ non ſervantes, prædictum Archidiaconum eligere præſumpſerunt, quem pauci de capitulo nominarant: unde canonici Morinen. poſtmodum admirantes, qualiter Archid. electus fuerat memoratus, cùm plures eſſent in eadem eccleſia digniores, cœperunt ferè omnes publicè profiteri, quòd nullatenus Archidiaconum nominarant: & reputantes ſe in hac parte deluſos, quod ſuper hoc factum fuerat, noſtro curaverunt apoſtolatui reſerare: [& ℣.] Nos verò adtendentes, quia res pernicioſa eſſet exemplo, ſi per ſurreptionis aſtutiam quis aſcenderet ad apicem dignitatis: ita duximus providendum, ut præſtito à contradictoribus juramento, quòd ipſi malitioſè contra præfatum electum non moveant quæſtionem hujuſmodi, prædicti tres electores juramenti vinculo adſtringantur dicere veritatem, quot ex canonicis examinationis tempore in præfatum Archidiaconum convenerunt. Et ſi tres ſimul, aut duo ſaltem ex ipſis jurati dixerint majorem canonicorum partem in ipſum Archidiaconum conveniſſe, vos contradictoribus ſilentium imponatis, cùm contra hoc eorum eſſet probatio inſufficiens, eo quòd ſinguli eſſent in ſuis teſtimoniis *a* ſingulares. Si verò per eorum depoſitiones conſtiterit, ſæpedictum Archidiaconum extitiſſe à paucioribus nominatum: tunc ſi fuerit ſufficienter oſtenſum, quòd illum de gremio eccleſiæ ſecundùm formam ſibi traditam debebant eligere, in quem omnes, vel major & ſanior pars capituli conveniret: vos electionem ipſius Archidiaconi omninò caſſetis, alioquin, quod de ipſo factum eſt, ratum habentes, contradictores ab ejus impetitione per cenſuram eccleſiaſticam compeſcatis, præfatum B. præbenda Morinen. eccleſiæ ſpoliantes, qui ſe ad hanc pœnam (ſi forſan in probatione deficeret) obligavit *b*. Non obſtante, quod ſuper ætatis defectum objectum eſt contra illum, cùm idem canonicus huic objectioni non multum inſtiterit, & ſuper hoc à metropolitano fuerit judicatum, cujus ſententia in rem tranſiit judicatam, cùm intra decennium non fuerit provocatione legitima ſuſpenſa.

*[1 Qui poſtea regalibus receptis à Rege ad petitionem ipſius capituli à Ven. fr. n. Epiſcopo Atrabaten. de mandato metropolitani prædicti fuit in Presbyterum ordinatus: & aliquandiu nullo contradicente liberam & pacificam tam in temporalibus quàm in ſpiritualibus adminiſtrationem obtinuit in eccleſia Morinenſi. Unde procuratores ipſius à nobis humiliter petierunt, ut his qui poſt hac omnia invidiæ ſtimulis agitati, contra proprium factum temerè veniendo, adverſus electum ipſum materiam diſcordiæ ſuſcitare præſumunt, ſilentium imponentes, & memoratam electionem tuam concorditer celebratam & confirmatam ſolenniter approbantes, eidem faceremus munus conſecrationis electo impendi, multorum ſuper hoc Abbatum & capitulorum civitatis & diœceſ. Morinenſ. ſed etiam aliorum proborum literis nobis præſentatis, qui ſuper præmiſſis omnibus teſtimonium perhibentes, electum ipſum de literatura, diſcretione ac honeſtate reddiderunt multipliciter apud nos commendatum. Quinimò & electorum ipſorum ſuper hoc nobis literas retulerant, quibus erat de verbo ad verbum, ſicut iidem aſſerunt electores, literarum illarum tenor inſertus, quæ de poteſtate ipſis tradita juxta præmiſſam formam confecta in capitulo fuerant, & ſigillo capituli ſigillata.]*

*[2 Vel tranſmittere, qui coram nobis ſollicitè poſtulavit ut eadem electione quaſſata faceremus ipſi eccleſiæ de perſona idonea canonicè provideri, cùm ferè omnes canonici Morin.*

a c. ſi. md. tit. in 3. compil. b *al. ipſius Epiſcopi.* c *al. & Mag. R. de Torto can. Morin.* d *al. Noviomenſi. al. Pariſienſi.*

a *De teſtium ſingularitate multiplici vide Cravettam tract. de antiq. temp. p. 4. Adde B. Th. 2. 2. q. 70. art. 2.* b *Ad idem eſt textus in l. ſtipulatio iſta. §. alterius cum nota. D. de verb. obl.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ſicut aſſeruit, ſint parati præſtito juramento firmare, quòd præfatum Archidiaconum nunquam in Epiſcopum nominarant, & legitimum poſſet oſtendi, quòd juxta formam præmiſſam ſupradictis tribus collata fuerit eligendi auctoritas, ut videlicet de gremio ipſius eccleſiæ eligerent eum in quem omnes vel major & ſanior pars capituli conſentiret, aſſerente eodem b. ſe nihilominus probaturum quòd ſæpe dictus electus pateretur in ætate defectum.*]

## CAP. XXXIII.

*Si ex ſeptem compromiſſariis tres eligunt quartum, & ille conſentit, & eſt idoneus, confirmabitur electio.*

Idem *epiſcopo Baiocenſi.*

CVm *a* in jure peritus exiſtas, [ 1 & ſ. ] Primus *b* tuæ conſultationis articulus continebat, quòd cujuſdam decano eccleſiæ defuncto, ejuſdem loci capitulum ſub hac forma in 7. ex ipſis canonicis compromiſit, ut illum, quem ex ſe *c* vel aliis de gremio ipſius eccleſiæ omnes pariter, vel major eorum pars nominaret, eundem capitulum reciperet in decanum. Vnde cùm unus ex illis ſeptem à tribus ipſorum, & alius qui non erat de numero eorundem, à tribus aliis in Decanum fuerint nominati, requiſiſti uter eorum aſſumi debeat in Decanum. Super quo taliter reſpondemus, quòd is, qui de numero ſeptem à tribus eorum dignoſcitur nominatus, juxta compromiſſi tenorem debet in Decanum *d* aſſumi, dummodo electioni de ſe factæ conſentiat, & aliquod canonicum non obſiſtat.

[ 1 *Et copiam habeas peritorum, non poſſumus non mirari, quia ſuper quibuſdam juris articulis nos conſulere voluiſti, qui nihil aut modicum dubitationis continere noſcuntur.*

## CAP. XXXIV.

*Electio imperatoris ſpectat ad principes Germanos, tres prælatos, & quatuor laicos: & electio facta per eorum majorem partem, cæteris non contemptis, tenet. Et ad Papam pertinet electum examinare, approbare, & inungere, conſecrare, & coronare, ſi eſt dignus: vel rejicere, ſi eſt indignus, ut quia ſacrilegus, excommunicatus, tyrannus, fatuus, & hæreticus, paganus, perjurus, vel eccleſiæ perſecutor. Et electoribus nolentibus eligere, Papa ſupplet. Et data paritate vocum eligentium, nec accedente majori concordia, Papa poteſt gratificari cui vult. hoc dicit notanter iſte textus.*

Idem *duci Caringiæ.* e

VEnerabilem: [ 1 & ſ.] Inter cætera verò [quidam principes] hac præcipuè objectione ſunt uſi, dicentes, quòd Apoſtolicæ ſedis legatus aut electoris geſſit, aut cognitoris perſonam. Si electoris, in meſſem alienam miſerat falcem ſuam, & electioni ſe ingerens, principum derogaverat dignitati. Si cognitoris, abſente altera partium videtur perperam proceſſiſſe, cùm citata non fuerit, & ideò non debuit contumax *f* judicari: *g* [ 2 & ſ.] Vnde illis principibus jus & poteſtatem eligendi Regem, in Imperatorem poſtmodum promovendum, recognoſcimus, (ut debemus,) ad quos de jure ac antiqua conſuetudine noſcitur pertinere, præſertim cùm ad eos jus & poteſtas hujuſmodi ab Apoſtolica ſede pervenerit, quæ Romanum Imperium in perſonam magnifici Caroli à Græcis tranſtulit in Germanos. Sed & principes recognoſcere debent, & utique recognoſcunt, ſicut iidem in noſtra recognovêre præſentia: quòd jus & auctoritas examinandi perſonam electam in Regem, & promovendam ad imperium, ad nos ſpectat, qui eum inungimus, conſecramus, & coronamus. Eſt enim regulariter & generaliter obſervatum, ut ad eum examinatio perſonæ pertineat, ad quem impoſitio manus [illegible] Nunquid enim ſi principes non ſolum in diſcordia, [illegible] etiam in concordia ſacrilegum quemcunque, vel excommunicatum in Regem, tyrannum vel fatuum [illegible] eligerent, aut paganum: nos inungere, conſecrare, [illegible] coronare hominem hujuſmodi deberemus? abſit [illegible] nò. Objectioni ergo principum reſpondentes, [illegible] mus, quòd legatus noſter adprobando Regem *a* [illegible] probando ducem, nec electoris geſſit perſonam, [illegible] qui nec fecit aliquem eligi, nec elegit: nec cognitoris, [illegible] cùm neutrius electionem, quoad factum eligentium, confirmandam duxerit, aut etiam infirmandam. [illegible] cuit autem denunciatoris officium, quia perſonam [illegible] ejuſdem indignam, & perſonam Regis denunciavit [illegible] neam, quoad imperium obtinendum, non tam [illegible] ſtudia eligentium, quàm propter merita electorum, [illegible] quamvis plures ex illis, qui eligendi Regem in Imperatorem promovendum de jure ac de conſuetudine [illegible] tinent poteſtatem, conſenſiſſe perhibeantur in ipſum [illegible] gem, & ex eo quòd fautores ducis, abſentibus aliis [illegible] temptis, ipſum eligere præſumpſerunt, pateat eos [illegible] ram proceſſiſſe, cum electioni plus contemptus [illegible] quàm contradictio multorum obſiſtat: [ 3 & ſ.] [illegible] tique *c* non ducem, ſed reliquum reputamus & [illegible] namus Regem, juſtitia exigente: [ 4 & ſ.] Quidam [illegible] cùm in electione vota principum dividuntur, post [illegible] nitionem & expectationem alteri partium favere [illegible] mus, maximè poſtquam à nobis unctio, conſecratio [illegible] coronatio poſtulantur: jure patet pariter & [illegible] Numquid enim ſi principes admoniti & expectati [illegible] potuerunt, vel noluerunt, in unum propoſitum [illegible] venire, ſedes Apoſtolica advocato & defenſore [illegible] eorumque culpa ipſi redundabit in pœnam? Sciunt [illegible] principes, quòd cùm Lotharius & Conradus in [illegible] fuiſſent electi, Roma. Pontif. Lotharium coronavit [illegible] perium obtinuit coronatus, eodem Conrado [illegible] mum ad ejus gratiam redeunte. Eos igitur [illegible] commonendos, ut à præfato duce, juſto quidem [illegible] judicio reprobato, recedant, & præfato Regi [illegible] nuant *e* adhærere: niſi tunc demum contra perſonam [illegible] vel factum legitimum quid ab eis objectum [illegible] oſtenſum: & infrà. Sunt enim notoria impedimenta ducis, ſcilicet excommunicatio publica, perjurium manifeſtum, & perſecutio divulgata, quam [illegible] tores ejus & ipſe præſumpſerunt in Apoſtolicam [illegible] dem *f* & alias eccleſias exercere. Fuit [illegible] præd. noſt. excommunicationis vinculo innodatus, [illegible] poſtmodum recognovit, dum per nuncium [illegible] lutionis beneficium poſtulavit: unde patet, [illegible] fuit excommunicatus electus: [ 5 & ſ.] Idem [illegible] contra proprium juramentum, ſuper quo nec [illegible] à ſede Apoſt. requiſivit, ambitionis vitio [illegible] uſurpare præſumpſit, cùm ſuper illo juramento [illegible] Romana eccleſia conſuli debuiſſet. Nec valet [illegible] nam excuſationem ipſius, ſi juramentum illud [illegible] licitum, cùm nihilominus ſuper eo nos prius [illegible] debuiſſet, quàm contra ipſum propria temeritate [illegible] re: præſertim illo exemplo, quòd cùm Gabaonitæ [illegible] liis Iſraël per fraudem ſubripuerint juramenta, [illegible] men cognita fraude, contra illud venire [illegible] runt. Vtrum verò dictum juramentum ſit [illegible] illicitum, & ideò ſervandum, an non ſervandum [illegible]

---

a *Ca. 18. eod. tit. in 3. compil.* b *al. Primus ſiquidem.* c *Vide l. planè. cum gloſſ. in verb. poteſt. ff. quod cujuſc. un.* d *Hunc text. dicunt ſingul. Io. Andr. in Reg. in toto. de reg. jur. in 6. & Pann. hîc. quòd electus conſentiendo electioni de ſe facta à media parte eligentium, auget numerum & electionem perficit. Adde Paul. Caſtr. conſil. 230. l. 2.* e *al. Zerangiæ, ſeu Zarangiæ, al. Laringiæ. al. Saringiæ. al. Carinthiæ.* f *Cap. 19. eod. tit. in 3. compil.* g *Vide l. properandum. §. Sin autem. C. de jud. & l. conſentaneum, per Bart. C. quomodo & quando Iud.*

a *Intelligit Ottonem Regem.* b *in C. Barbatiana* [illegible] *ſuetudine antiqua obtinent, &c.* c *In C. Barb.* [illegible] *Philippum ducem, ſed ipſum O. reputamus, &c.* d [illegible] *vetuſtis legitur, propoſitum. al. ita: vel non potuerunt vel* [illegible] *runt convenire: ſed qualitercunq; legas idem manet ſenſus.* [illegible] *quibuſdam exemplar. Niſi tunc demum, cùm contra perſonam* [illegible] f *al. deeſt vox. ſedem.*

tenit, nemo ſanæ mentis ignorat ad noſtrum iudicium pertinere : [ 6 & ǰ. ] Inſuper ſi prædictus dux imperium obtineret, libertas principum in electione periret, & imperium obtinendi de cætero cæteris fiducia tolleretur. Nam ſi prout olim frater dicti ducis patri eorum, ſi dux ipſe fratri ſuo ſuccederet, videretur imperium, non ex electione, ſed ex ſucceſſione deberi : & in præiudicium principum redundaret, ſi non niſi de domo *a* ducis prædicti videretur aliquis ad imperium adſumendus [ 7 & ǰ. ] Nobilitatem ergo tuam monentes per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus à præfato duce recedas omnino, non obſtante iuramento, ſi quod ei ratione regni feciſti, cùm (eo quantum ad obtinendum imperium reprobato) iuramentum huiuſmodi non debeat obſervari.

[ 1 *Fratrem noſtrum Salesburgenſ. Archiepiſcopum, & dilectum filium Abbatem de Salen. & nobilem virum Marchionem Orientalem, quorundam principum nuncios ad ſe. ap. deſtinatos benigne recepimus, & eis benevolam duximus audientiam indulgendam. Literas quidem quas quidam per eos nobis principes deſtinarunt, diligenter perlegi fecimus, & quæ in eis continebantur, notavimus univerſa.*]

[ 2 *Verùm nos, qui ſecundùm Apoſtolicæ ſervitutis officium ſumus ſingulis in juſtitia debitores, ſicut juſtitiam noſtram nolumus ab aliis uſurpari, ſic jus principum nolumus nobis vendicare.*]

[ 3 *Unde privilegium meruerunt amittere, qui permiſſa ſibi abuſi ſunt poteſtate. Videri non immeritò poteſt, quòd injuria hujuſmodi non obſtante cæteri uti poterant jure ſuo. Et quoniam dux prædictus, nec ubi debuit, nec à quo debuit, coronam & unctionem accepit, memoratus verò Rex & ubi debuit, videlicet Aquiſgrani, & à quo debuit, ſ. a. ven. f. n. Colonien. Archiepiſcopo utrumq; recepit.*]

[ 4 *In reprobatione verò præfati Philippi ducis Sueviæ, & propter manifeſta impedimenta perſonæ, non accuſatione, ſed condemnatione potius fuit opus, quia non accuſatione, ſed damnatione indigne manifeſti.*]

[ 5 *Et videtur non immeritò quòd adhuc ſit ex eadem excommunicationis ſententia innodatus, cùm prædictus Epiſcopus cum ſua auctoritate non poſſet abſolvere, auct. verò noſtræ delegationis, nec poſſit plus, nec aliter liceret hoc ipſi, quàm ei fuerat ab Apoſtolica ſed. conceſſum, ex eo etiam excommunicationis ſententiæ ſubjacere creditur manifeſte : quòd cum perfidus Morenaldus.* [*al. Marcoandus.*] *Dei & eccleſiæ inimicus cum univerſis fautoribus, tam Teutonicis quam Latinis excommunicationis vulgatæ vinculis ſuæ iniquitatis meritis ſit aſtrictus, ſicut etiam illi per literas noſtras directas per P. judicem Placentinum ipſius Philippi nuncium intimaſſe meminimus, quas ad ipſius Philipp. audientiam credimus perveniſſe. Ipſe nihilominus, quamvis id non tantùm ex relatione ipſius judicis, ſed etiam per publicam famam ad notitiam ejus devenerit, eidem excommunicato non ſolùm communicat, ſed eum in malitia ſua fovet, & per nuncios & per literas ſuas exercuit vel exacuit furorem ipſius, ut chariſſ. in Chriſto filium noſtrum F. Siciliæ Regem illuſtrem nepotem ſuum, quem tam privavit hæreditate paterna, adhuc privet poſſeſſione materna.*]

[ 6 *Quòd autem Philippus de genere perſecutorum exiſtat, primò non credimus dubitare, cùm Henricus qui primus imperium de genere ipſius hoc accepit, bo. me. Paſchalem pp. p. noſtrum cum Epiſcopis & cardinal. & multis nobilib. Romanorũ præſumpſerit captivare. Fredericus autem pater ipſius Philippi contra fe. recordationis Alexandrũ Papam p. n. longo tempore ſchiſma fovit. Henricus frater ipſius Philippi, qualiter ſe habuit circa interſectores ſanctæ memoriæ A. Leodien.* [*Longen.*] *Epiſcopi, quem ipſe prius coëgerat exulare, ac Conradum qui Hoſtienſem Epiſcopum ceperat, ſatis noſtis. Quin etiam qualiter Ven. F. n. Auximan. Epiſcopum alapis cædi fecerit, & pilos de barba ejus avelli, & tractari eum in pluribus inhoneſtè : qualiter & quoſdam familiares eccleſiæ naſo fecerit mutilari : Qualiter quoq; prædictum Salernitanum Archiepiſcopum captivari, & quoſdam viros eccleſiaſticos flammis torreri fecerit, quoſdam verò vivos in mari ſubmergi, ad tuam & aliorum principum credimus audientiam perveniſſe.*]

[ 7 *Cùm ergo nos flecti à propoſito noſtro nulla penitus occaſione poſſimus, ſed in eo potius firmiſſimè perſiſtamus, & in nobis ſæpe per literas tuas duxeris ſuggerendum, ut eidem duci nullatenus faveremus.*]

a Ducum Sueviæ.

## CAP. XXXV.

*Abſentes ad electionem de provincia ſunt vocandi, & confirmatur electio majoris & ſanioris partis.*

Idem.

CORam dilecto filio tituli ſanctæ *a* Pudentianæ *b* presbytero cardinali : & infrà. Si verò vtriuſq; partis fuerit caſſata electio, vos (fratribus omnibus, qui fuerint in provincia convocatis) quæ maiori & ſaniori parti eorum ſuper prædictis videritis complacere, per cenſuram eccleſiaſticam faciatis firmiter obſervari.

## CAP. XXXVI.

*Caſſatur electio partis majoris facta, contempta minori parte, etiam ſi eſt unus ſolus : non tamen jus eligendi devolvitur ad minorem. h. d. ſecundùm intellectum communem.*

Idem *Parmenſi Epiſcopo, & ejus conjudicibus.*

BOnæ memoriæ *c* S. Cremonen. Epiſcopo in extremis agente, cùm de convaleſcentia deſperaret ipſius, Cremon. capitulum H. canonicum ſuum Regii diſciplinis ſcholaſticis inſiſtentem, ad certum terminum in vigilia Pentecoſtes pro futuri electione pontificis citari fecerunt. [ 1 & ǰ. ] Conſtituto autem dicto *d* H. pro ſua electione, & dilecto filio noſtro I. pro electione Archipresbyteri, coram nobis, electionem ab ipſo H. poſt electionẽ Archipresbyteri non caſſatam, licet de viro multæ literaturæ, honeſtæ vitæ, & claræ famæ, non tamen ſine multa temeritate præſumptam, cùm de priori *e* noſtrum deberet exſpectare judicium, antequam procederet ad ſecundam, duximus irritandam, in pœnam interdicentes eidem contradictionis vocem *f*, in primo conſenſu capitulo permanente.

Electionem autem Archipresbyteri (quamvis laudabile teſtimonium perhibeatur de ipſo) juſtitia exigente caſſavimus : tum quia corpore dicti Epiſcopi nondum tradito ſepulturæ, habuerunt de ipſa electione tractatum contra canonicas ſanctiones : tum quia inventus eſt H. fuiſſe contemptus, licet unus ſolus extiterit, cùm plus in talibus conſueverit contemptus unius obeſſe, quàm multorum contradictio in præſenti. Nec prædicta debet dici citatio valuiſſe, quia cùm Epiſcopi mortem prævenerint, temeraria nimis extitit : & ideò non potuit *g* arcere citatum.

[ 1 *Verùm ſecunda feria poſt Pentecoſten dicto Epiſcopo viam univerſæ carnis ingreſſo, capitulum antequam corpus illius eſſet ſepulturæ traditum, abſente canonico memorato in quatuor de ipſo capitulo, & tres de clero civitatis poteſtatem eligendi pontificem contulerunt, expreſſo hoc ſcilicet, ut minor pars illorum vii. ſequeretur in electione majorem. Habito itaq; poſt mortem, ſed ante ſepulturam tamen ipſius Epiſcopi, de futuri paſtoris electione tractatu, cùm vota illorum dividerentur in partes, ut quatuor in Archipresbyterum, duobus in Archid. uno in alium conſentientibus : tandem illo ſepulto minoris partis arbitrio ad judicium accedente majoris, eundem Archipresbyterum concorditer elegerunt. Cui electioni archid. cum capitulo & clero civitatis nullo contradicente conſenſit. Verùm adveniens poſtmodum Hug. & aſſerens ſe fuiſſe contemptum, ac.*

a *Cap. 2. eod. tit. in 4. compil.* b *Perperam legitur Prudentianæ, cùm nullus unquam fuerit talis titulus.* c *Cap. 2. eod. tit. in 4. compil.* d *In manuſcr. ita : dilecto filio H. pro ſua, & dilecto filio N. pro electione, &c.* e *al. cùm de priori electione.* f *Vult Pontifex Archipresbyteri electionem nunc confirmare, quaſi ex novo capituli conſenſu, ſi adhuc conſentiat.* g *al. tractare.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*propter hoc electionem hujuſmodi nullius fuiſſe momenti, quaſi jus eligendi devolutum fuiſſet ad ipſum pro ſe, prout potuit Archidiaconum memoratum elegit.*]

CAP. XXXVII.

*Non monachus in prælatum regularem eligi non poteſt.*

Idem.

CVm *a* ad noſtram notitiam perveniſſet, quòd H. qui ſe pro Abbate *b* Lexovienſi gerebat, non fuit antè monachus quàm electus: nos attendentes, quòd contra regulares traditiones illud fuerat *c* adtentatum, cùm nullam ſpem vel promiſſionem habens, ut Abbas fiat, debeat monachari, electionem de ipſo factam curavimus irritare.

CAP. XXXVIII.

*In Abbatem eligi non poteſt, niſi inſtructus in regula monachali.*

Idem *magiſtro Ca. Presbytero cardinali ſedis Apoſtolicæ legato.*

OFficii tui: *d* [illegible] *1 & 7.*] Sanè nobis tuis literis intimaſti, quòd [illegible] monaſterium quoddam poſitum in medio nationis perverſæ, paſtore careret, monachi de electione Abbatis tractantes, cùm non poſſent ſui ordinis idoneam invenire perſonam, in quendam virum nobilem oculos direxerunt, per quem poterant melius defenſari: & patrem adierunt ipſius, humiliter poſtulantes, quòd filium ſuum induceret, ut habitum ſuſciperet monachalem, nullam patri de ipſius promotione fiduciam tribuentes: & pater adhoc induxit filium providum & diſcretum, qui effectus monachus, fuit in Abbatem *e* electus, cujus electio extitit per rectorem Meſſanenſem Apoſtolicæ ſedis legatum, qui omnibus prædictis interfuit, confirmata. Cùm autem idem ſit paratus purgare ſe, quòd nulla fuit ad hoc ambitione inductus, poſtulas edoceri, utrum dictus legatus electionem confirmare *f* vel diſpenſare potuit, vel quod factum eſt, ſtare poſſit, & utrum electione caſſata iterum valeat eligi in Abbatem? Nos autem conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd cùm ex his, quæ in continenti ſubſecuta ſunt, oſtendetur, quòd talis taliter non poſſit eligi in Abbatem, maximè pro eo, quòd antequam eſſet diſcipulus, voluit eſſe magiſter: electionem illam irritam eſſe *g* decrevimus & inanem. Verùm poſtquam fuerit in regula competenter inſtructus (ſi urgens neceſſitas, & evidens utilitas ipſius monaſterii poſtulaverit) purgatione recepta poterit in Abbatem adſumi, ne monaſterium opprimatur incurſibus malignorum.

[*1 Proſequeris laudabilem actionem, cùm ſuper illis de quibus dubitas, per nos poſtulas edoceri.*]

CAP. XXXIX.

*Electio aliàs canonica confirmatur, licet quidam eligentium eſſent minori excommunicatione ligati.*

Idem.

ILla quotidiana *h* inſtantia. & infrà. Quia pro certo didicimus electionem canonicam extitiſſe, ipſam auctoritate Apoſtolica duximus confirmandam: ſupplentes de plenitudine poteſtatis, ſi quis in ea *i* ex eo fuiſſet defectus, quòd quidam interfuerunt electioni ejuſdem, qui ex ſola participatione in ſimplicis excommunicationis laqueum inciderunt.

CAP. XL.

*Si poſtulatio cum electione concurrit, & numerus poſtulantium eſt duplo major, & poſtulatus eſt idoneus, poſtulatio admittitur, rejecta electione. Si verò indignus; & hoc major pars poſtulantium ignoraverit, poſtulatio & electio reprobantur. [illegible] verò ſciebant, & electus eſt idoneus, confirmatur electio: & idem ſi numerus poſtulantium non eſt duplo major: hoc dixit, eligendo ſecundùm quod continet jus commune.*

Idem *magiſtro Maximo notario noſtro.*

SCriptum *a* eſt in Apocal. Ioan. quòd in medio & in circuitu ſedis erant quatuor animalia: & infrà. [illegible]nè ad hanc eccleſiam, ſcilicet Conſtantinopolitanam [illegible] animalia ſunt vocata, utinam plena oculis, & alas [illegible]tia ſenas, videlicet *b* Eradienſis Archiepiſcopus, & [illegible]banus ſancti Pauli de Venetiis, ſicut per procuratores [illegible] poſtulantium Archiepiſcopum, quàm eligentium [illegible]num fuit propoſitum coram nobis: & infrà.

Verùm quia de his, quæ per adſertionem partium [illegible]dicium deducta fuerant, nobis non potuit fieri plena [illegible] quamvis ſuper his, quæ de numero dicta ſunt poſtulantium, per quoddam inſtrumentum publicum, necnon [illegible]feſſionem procuratoris adverſæ partis in judicio [illegible] ſed poſtea revocatam, pars altera adſereret ſuam [illegible]nem eſſe fundatam, cauſam diſcretioni tuæ [illegible] committendam. Per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſuper his & aliis inquiras diligentiſſime [illegible]tem, de meritis electi & poſtulati apud Venetias, [illegible]ti fuerunt, & diutius converſati. De ſtudiis autem [illegible]gentium & poſtulantium, & omnibus generaliter, [illegible] cauſam poſſunt inſtruere apud Conſtantinopolim, [illegible] hujuſmodi poſtulatio & electio celebratæ fuerunt. [illegible] partes conſenſerint, procedas hoc modo: ut ſi [illegible]rit de mutuo conveniſſe conſenſu, quòd ad electionem Patriarchæ ſeptem admitterentur præpoſiti, [illegible] ſeipſos ſive per alios, & duo alii ex parte univerſ[illegible] cæteris conventualium eccleſiarum prælatis, [illegible] tēporis conventuales eccleſias habuiſſe prælatos, [illegible] ſeptem præpoſitis & novem canonicis, quos [illegible] canonicos conſtat in poſtulatione præfati Archiepiſcopi conveniſſe, duplo majorem facerent numerum [illegible]decim electores plebani: tu vice noſtra poſtulationem admittas, niſi probatum fuerit poſtulato aliquid [illegible] de canonicis inſtitutis *c*, quod promotionem [illegible]beat impedire: ac (Plebani electione caſſata) [illegible] Archiepiſcopum abſolvas à vinculo, quo Eradienſi [illegible] tenetur: cōcedendo ipſum Conſtantinopolitanæ [illegible] in paſtorem. Quòd ſi ad faciendum duplo majorem numerum ſimul omnes prædicti minimè *d* [illegible] ſive dignus ſive indignus fuerit poſtulatus, tu (poſtulatione repulſa) electionem Plebani auctoritate noſtra confirmes, dummodo nihil obſiſtat eidem, quod [illegible] tanto præſulatu reddat indignum.

Si verò numerus poſtulantium inventus fuerit [illegible] major, quemadmodum prædictum eſt, & perſona poſtulata reperta fuerit indigna, tu tam poſtulationem quàm electionem non differas reprobare. [illegible] omnes, aut major pars poſtulantium præſumptione damnabili poſtulaverint ſcienter indignum *e*, [illegible] meritò debeant eligendi ſeu poſtulandi poteſtate [illegible] Et hoc quoque caſu electionem confirmes, [illegible] perſona idonea conſtiterit celebratam.

CAP. XLI.

*Si illi, ad quos ſpectat electio, negligunt eligere prælatum cathedralis vel regularis eccleſiæ intra tres menſes, proximus [illegible] eccleſiam ordinabit: quod ſi intra tres alios menſes non [illegible] canonicè punietur.*

Idem *in Concilio generali f.*

a *Cap.3.eod.tit.in 4.compil.* b *al.Lexonienſi.al.Leconten-ſi. al. Luxovio.* c *in C. Barbatiæ, iſtud fuerit attentatum.* d *Cap.4.eod.tit.in 4.compil.* e *Hic in quibuſdam vulgatis habetur dictio, ſtatim: quæ deeſt tum in manuſcr. tum in aliis emendatioribus.* f *al.infirmare.* g *al.decernimus.* h *Ca.5. eod. tit.in 4.compil.* i *Si quis in eo ex eo fuiſſet, &c. In C.Barbatiæ, ita. Si quis in ea vel ex ea fuiſſet, &c.*

a *Cap. 6. eod. tit. in 4. compil. Apocal. 4.* b [illegible] c *quæ habes ꝗ.eod.tit.can. nihil.eſt.* d *fuſſerunt.* [illegible] *de l.2.§.poſtulaſti.ff.de poſtulando.* f *Lateranenſi ſub* [illegible] *III.c.23.*

NE pro defectu *a* paſtoris gregem dominicum lupus rapax invadat, aut in facultatibus ſuis eccleſia viduata grave diſpendium patiatur; volentes in hoc etiam occurrere periculis animarum, & eccleſiarum indemnitatibus providere: Statuimus, ut ultra tres menſes cathedralis eccleſia vel regularis prælato non vacet. Intra quos (juſto impedimento ceſſante) ſi electio celebrata non fuerit, qui eligere debuerant, eligendi poteſtate careant ea vice. Ac ipſa eligendi poteſtas ad eum, qui proximo præeſſe dignoſcitur, devolvatur. Is verò, ad quem fuerit devoluta poteſtas, Deum præ oculis habens, non differat ultra tres menſes cum conſilio capituli ſui, & aliorum virorum prudentium viduatam *b* eccleſiam de perſona idonea ipſius quidem eccleſiæ, vel alterius, ſi digna non reperiatur in illa, canonicè ordinare: ſi canonicam voluerit effugere ultionem.

CAP. XLII.

*In aliquam de tribus formis hic contentis, ſcilicet ſcrutinii, compromiſſi, & inſpirationis, procedi debet ad electionem in eccleſiis cathedralibus: aliter electio celebrata non valet: & contra facientes, privandi ſunt ea vice poteſtate eligendi. h.d. uſq; ad § illud.*

Idem *in eodem.* c

QVia *d* propter diverſas electionum formas, quas quidam invenire conantur, & multa impedimenta proveniunt, & magna pericula imminent eccleſiis viduatis. Statuimus, ut cùm electio fuerit celebranda, præſentibus omnibus qui debent, & volunt, & poſſunt commodè intereſſe, aſſumantur tres de collegio fide digni, qui ſecretè & *e* ſigillatim vota cunctorum diligenter exquirant, & in ſcriptis redacta mox publicent in communi: nullo prorſus appellationis obſtaculo interjecto: ut is collatione *f* habita eligatur, in quem omnes, vel major vel *g* ſanior pars capituli conſentit. Vel ſaltem eligendi poteſtas aliquibus viris idoneis committatur, qui vice omnium eccleſiæ viduatæ provideant de paſtore. Aliter electio facta non valet: niſi fortè communiter eſſet ab omnibus, quaſi per inſpirationem *h* abſque vitio celebrata. Qui verò contra præſcriptas formas eligere attentaverint, eligendi ea vice poteſtate priventur.

*Interdicit procuratorem in electionis negotio conſtitui, niſi concurrant hic contenta uſq; ad §. Electiones. Abbas Siculus.*

Illud autem penitus interdicimus, ne quis in electionis negotio procuratorem conſtituat, niſi ſit abſens in eo loco, de quo debeat advocari, juſtoque impedimento detentus venire non poſſit: ſuper quo, ſi opus fuerit, fidem faciat juramento: & tunc ſi voluerit, uni committat de ipſo collegio vicem ſuam.

*Præcipit electiones ſolenniter publicari, & clandeſtinas reprobari. h.d. uſq; ad finem. Abbas Siculus.*

Electiones quoque clandeſtinas reprobamus, ſtatuentes, ut quàm citò electio fuerit celebrata, ſolenniter publicetur.

CAP. XLIII.

*Conſentiens electioni de ſe factæ per abuſum poteſtatis ſecularis, efficitur ineligibilis ad dignitatem, & electio eſt nulla. Eligentes autem à beneficiis per triennium ſuſpenduntur, & tunc ſunt privati poteſtate eligendi.*

Idem *in eodem.* i

QViſquis electioni *k* de ſe factæ per ſecularis poteſtatis abuſum conſentire præſumpſerit, contra canonicam libertatem, & electionis commodo careat, & ineligibilis fiat, nec abſque diſpenſatione ad aliquam valeat *a* eligi (dignitatem.) Qui verò electionem hujuſmodi, quam ipſo jure irritam eſſe cenſemus, præſumpſerint celebrare, ab officiis & beneficiis penitus ſuſpendantur per triennium, eligendi tunc poteſtate privati.

CAP. XLIV.

*Si prælatus per negligentiam confirmavit indignum electum ad regimen animarum, perdit poteſtatem confirmandi primum ſucceſſorem, & à perceptione proprii beneficii ſuſpenditur, & promotus dejicitur. Si verò per malitiam hoc fecit, gravius punitur. Electi verò immediatè ſubjecti Papæ, per ſe aut per perſonas inſtructas debent adire Papam, & petere confirmationem. Et ſi ſunt electi in concordia, & valde remoti, videlicet ultra Italiam conſtituti, interim adminiſtrant, ita tamen, quòd nil alienent: benedicuntur autem & conſecrantur prout conſueverunt.*

Idem *in eodem.* b

NIhil eſt *c* quod eccleſiæ Dei magis officiat, quàm quòd indigni aſſumantur prælati ad regimen animarum. Volentes igitur huic morbo adhibere neceſſariam medelam, irrefragabili conſtitutione ſancimus, quatenus cùm quiſquam ad regimen animarum fuerit electus, is ad quem pertinet ipſius confirmatio, diligenter examinet & electionis proceſſum, & perſonam electi: ut cùm omnia ritè concurrerint, munus ei confirmationis impendat: quia ſi ſecus fuerit incautè præſumptum, non ſolùm dejiciendus eſt indignè promotus *d*, verùm etiam indignè promovens puniendus. Ipſum quoque decernimus hac animadverſione puniri: ut cùm de ipſius conſtiterit negligentia, maximè ſi hominem inſufficientis ſcientiæ, vel inhoneſtæ vitæ, vel ætatis illegitimæ approbaverit: non ſolùm confirmandi primum ſucceſſorem illius careat poteſtate, verùm etiam (ne aliquo caſu pœnam effugiat) à perceptione proprii beneficii ſuſpendatur, quouſque (ſi æquum *e* fuerit) indulgentiam valeat promereri. Si verò convictus fuerit in hoc per malitiam exceſſiſſe, graviori ſubjaceat ultioni. *f*

Epiſcopi quoque tales ad ſacros ordines & eccleſiaſticas dignitates promovere procurent, qui commiſſum ſibi officium dignè valeant adimplere, ſi & ipſi canonicam cupiunt effugere ultionem. Cæterùm qui ad Romanum pertinent immediatè Pontificem, ad percipiendam ſui confirmationem officii, ejus ſe conſpectui (ſi commodè fieri poteſt) perſonaliter repræſentent, aut perſonas tranſmittant idoneas, per quas diligens inquiſitio ſuper electionibus *g* & electis poſſit haberi: ut ſic demum per ipſius circumſpectionem conſilii, ſui plenitudinem officii aſſequantur, cùm eis nihil obſtiterit de canonicis inſtitutis: ita quòd interim valdè remoti, videlicet ultra Italiam conſtituti, ſi electi fuerint in concordia, diſpenſativè propter neceſſitates eccleſiarum, & utilitates, in ſpiritualibus & temporalibus adminiſtrent, ſic tamen ut de rebus eccleſiaſticis nihil penitus alienent. Munus verò benedictionis, ſeu conſecrationis recipiant, ſicut hactenus recipere conſueverunt.

CAP. XLV.

*Expenſa neceſſariæ quas facit capitulum pro electione prælati, de bonis prælaturæ debent fieri, vel reddi.*

Honorius III. *Cap. Conſtantinop.*

VT præteritæ: [ 1 *& infrà.*] Præſentium auctoritate ſtatuimus, ut expenſæ neceſſariæ, quas capitulum

---

a *Ca.1. eod. tit. in 4. compil. vide Alphonſum Caſtrum, lib. 3. c.1. de juſta hæret. punit.* b *vide l. qui cœtu. cum gl. ff. de vi publ. & in l. maalum, §. vidua. ff. de ver. ſig.* c *Conc. Later. ſub Innoc. III. c. 24.* d *Cap. 9. eod. tit. in 4. compil.* e *Singulatim vota.* f *adhibita.* g *vel.* h *in Cod. Barb. ita: inſpirationem S. Spiritus abſq; &c.* i *ſub Innoc. III. cap. 25.* k *Cap. 11. eod. tit. in 4. compil.*

a *poſſit.* b *in eod. conc. Lat. ſub Innoc. III. cap. 26.* c *Ca. 11. eo. tit. in 4. compil. vide conc. Trident. ſeſſ. 6. c. 1. & ſeſſ. 7. de reform. c. 3. & ſeſſ. 23. de reform. c. 1. Adde Alphonſum Caſtrum, lib. 3. de juſta hæret. pun. c. 5.* d *vide l. ſi conſtat. & Bart. ff. de appell. & in c. cum ſuper. in gl. 1. ꝙ. de cauſa poſſ. & propr.* e *dignum.* f *vide l. ſervos. C. ad leg. Iul. de vi pu. & l. nemo deinceps. ad fin. C. de Epiſ. aud.* g *al. ſuper electionis proceſſu.*

Conſtantinopolitanum, vel ejus nuncii vacante ſede pro electionis negotio fecerint, de bonis patriarchatus fiant totaliter, vel *a* reddantur: Dummodo ipſi bona decedentis Patriarchæ non occupent vel uſurpent.

[ 1 *Litu vel contentionis deciſâ materiâ, futuris litigiis occaſio amputetur.*]

## CAP. XLVI.

*Electio poſt collationem ex intervallo celebrata, non valet. h. d. ſecundùm opinionem magis communem.*

Idem *electo (Lugdunenſ.)*

CVm poſt petitam inſtanter, & demum obtentam quondam (Lugdunenſis) Archiepiſcopi ceſſionem, vota canonicorum Lugdunenſium in te tunc ipſorum præpoſitum concorditer conveniſſent: Quia tandem examinato (ſicut decuit) proceſſu electionis tuæ, invenimus eam poſt publicationem conſenſuum, & collationis tractatum, aliquandiu fuiſſe protractam, aſſenſumque tuum prius, quàm electus fueris requiſitum: electionem *b* eandem (ex ipſius duntaxat inordinato proceſſu) *c* juſtitia caſſavimus exigente.

## CAP. XLVII.

*Monachus unius monaſterii alterius factus Abbas, in electione Abbatis prioris monaſterii vocem non habet, etiamſi tale jus ab Abbate & monachis prioris monaſterii ſibi fuit reſervatum.*

Idem *Eboracenſ. priori, & magiſtro Guidoni de Canopo.* d

COnſtitutis in præſentia noſtra procuratoribus ſancti Taurini (*e* Eboracenſ.) & ſancti Leofredi de cruce, Abbatum [ 1 *& infrà.* ] Cùm autem procuratores ipſorum Abbatum juſſi eſſent exprimere, quo jure ipſi Abbates deberent electioni Abbatis Fuſcan. *f* monaſterii intereſſe: reſponderunt, quòd olim cùm aſſumerentur in ſuorum & monaſteriorum Abbates, fuit ſpecialiter indultum eis ab Abbate & conventu monaſterii Fuſcanen. ut haberent vocem in capitulo eorundem. Nos autem rationem hujuſmodi frivolam reputantes, ſuper hoc perpetuum ſilentium imponimus *g* Abbatibus ſupradictis.

[ 1 *Et monaſterii Fuſcanen. dil. fr. n. d. tt. SS. Io. & Pauli Presbyterum Cardinalem dedimus auditorem, coram quo propoſuerunt procuratores prædictorum Abbatum, quòd vacante præfato monaſterio, quod immediatè ad Romanam eccleſiam pertinet, monachi ejuſdem loci contemptis præfatis Abbatibus, qui commodè poterant & debebant de jure vocari, ad electionem Abbatis temerè procedentes, Ethardum quondam Abbatem S. Vendoci ad ejuſdem regimen minus idoneum eligere præſumpſerunt, quare petebant electionem ejuſmodi penitus irritari.*]

## CAP. XLVIII.

*Electio debet fieri verbo, & de illo, in quem conſenſerit major pars capituli, & non reſpectu aliarum partium.*

Idem *Rothomagenſi capitulo.*

ECcleſia veſtra deſtituta paſtore, & votis veſtris, quum de futura prælati haberetis ſucceſſione tractatum, in diverſa *h* diviſis, quidam in Thomam, quidam in cancellarium, & quidam ſingulares in ſingulares perſonas ejusdem eccleſiæ conſenſiſtis.

Verùm cùm ſuper his in noſtra & noſtrorum fratrum præſentia multa fuiſſent hinc inde propoſita, invenimus quòd illi, qui ſua in Thomam deſideria dirigebant, licet majorem partem facerent partium comparatione minorum *i*, non tamen ad majorem partem capituli pervenerunt. Conſideramus nihilominus, quòd [illegible] publicationem conſenſuum, & collationis tractatum [illegible] electionem nullus habitus eſt proceſſus, quamvis [illegible] portationis ſolennitas etiam poſt appellationem [illegible] mam fuerit ſubſecuta, quam pro electione [illegible] nec etiam expediret haberi. Vnde quod factum [illegible] F. prædicto, caſſavimus, petitione conſentientium in cancellarium non admiſſa.

## CAP. XLIX.

*Non profeſſus in Abbatem eligi non poteſt.*

Gregorius IX.

CVm in magiſtrum adſumi non debeat, qui [illegible] diſcipuli non adſumpſit, nec ſit præficiendus [illegible] ſubeſſe non novit: nos intellecto per te, quod in quibuſdam regularibus domibus jure tibi diœceſano [illegible] ſunt quidam in Abbates non profeſſi ordinem regularem adſumpti: Mandamus, quatenus cùm Abbates [illegible] non debeant, qui per profeſſionem monachi & *a* [illegible] res canonici non fuerint, ad amotionem eorum [illegible] les inveneris (ſublato appellationis impedimento) [illegible] cedas.

## CAP. L.

*Electio facta à non majori parte capituli, & [illegible] valet.*

Idem *Cumanen. capitulo.*

CVmana eccleſia paſtoris ſolatio deſtituta, & [illegible] gatis die ad celebrandam electionem præfixa, [illegible] præſentes erant de Cumanis canonicis, ac tribus [illegible] bus, qui vocem in electione habere noſcuntur, [illegible] & clerici civitatis electioni ſe debere intereſſe [illegible] ſub hujuſmodi proteſtatione admiſſi fuerunt, [illegible] eorum, qui non deberent intereſſe de jure, [illegible] tudine non valeret. Tandem præmiſſo [illegible] concilii *b* generalis ſcrutinio, vii. de canonicis [illegible] batum, vi. capellani, & novem clerici in ejuſdem [illegible] ſiæ Archipresbyterum convenerunt: novem [illegible] uno de Abbatibus, uno capellano, & xi. clericis [illegible] eccleſiæ Archidiaconum dirigentibus vota ſua [illegible] Cùm decem & octo fuerunt canonici, tres Abbates [illegible] clerici, & xiv. capellani, neutram electionem [illegible] mus ad majorem partem totius capituli perveniſſe [illegible] probatum fuerat, quòd clerici admitti deberent [illegible] quòd capellani admiſſi fuerint de conſuetudine, [illegible] jure. nam etſi capellani *c* duabus electionibus [illegible] rum interfuerint, & ſcrutatores dederint [illegible] non tamen inquiſita vota ſua fuiſſe, vel ipſe [illegible] giſſe probatur: ſed & *d* ſi inquiſita fuiſſent vota [illegible] elegiſſent, per hoc tamen non conſtitit id eis de [illegible] petere, vel ex conſuetudine jam præſcripta. [illegible] lectiones ipſas præſumptas etiam contra formam [illegible] generalis, cùm collatio omiſſa fuerit, quæ [illegible] tionem ſcrutinii fieri debuiſſet, de fratrum [illegible] conſilio ſententialiter duximus irritandas, [illegible] vice eligendi poteſtate privantes.

## CAP. LI.

*Per compoſitionem factam cum prælato & capitulo, [illegible] eligendi competere laico, etiam patrono in eccleſia [illegible]*

Idem *Abbati Cluniacen.*

SAcroſancta *e* Romana eccleſia. & infrà. [illegible] propoſuiſti in noſtra præſentia, quòd ſuper [illegible] tione prioris monaſterii ſancti Pancratii ad Cluniacen. eccleſiam pertinentis cum comite de Varenna *f* [illegible]

---

a *&*. b *al. tuam.* c *vide auth. de hæred. & Fal. §. inordinatum. coll. 1. & 7. q. 1. nihil.* d *Ebroicenſi priori & magiſtro G. de Canabul. al. priori S. Barbaræ.* e *Ebroicenſi.* f *al. Fuſcanenſis.* g *impoſuimus.* h *ut ſi verbi gratia, cum xii. canonici eſſent, quinq; nominaverunt Thomam, quatuor concellarium, & tres alii alios tres.* i *gl. in l. null. & l. planè. D. quod cujuſq; un. facit l. quod major. D. ad municip.*

a *vel.* b *Lateranenſis ſub Innocent. III.* [illegible] *multis impreſſis deeſt vox, duabus, quam* [illegible] *gnoſcit gloſſa.* d *al. ſed & ſi inquiſita fuiſſent* [illegible] e *vox, Romana, deeſt in pluribus manuſc.* f [illegible] *manuſc. In noſtro ſanè prop. præſ.* g *al. Valerna,* [illegible] *nia.*

trono ipſius, quidam prædeceſſor tuus de conſenſu capituli ſui compoſitionem quandam inivit juri contrariam a, & eccleſiæ ipſi damnoſam; videlicet ut in optione ſit ipſius comitis adſumere ad prioratum dicti monaſterii (Cluniacen. & de Charitate prioribus duntaxat exceptis) unum de duobus melioribus totius Cluniacenſ. ordinis, quos Abbas duxerit nominandos: & infrà. Attendentes itaque, quòd jus eligendi in collegiata eccleſia non cadit in laicum, & ideò id eſſet pernicioſum exemplo, & redundaret b in diſpendium eccleſiaſticæ libertatis: volumus ut dictum prioratum liberè poſſideas (non obſtante compoſitione ipſa) ſicut alios prioratus tibi ſubditos ordinare, denunciando c ordinationem dictam patrono, ut ſuum ſi voluerit honeſtum d impertiatur adſenſum.

## CAP. LII.

*Si per Papam mandatur habentibus eligere, quòd eligant cum conſilio aliquorum, alioquin conſiliarii provideant: eligentes debent conſilium requirere in tractatu electionis, & congruo tempore exſpectare reſponſum: aliàs electio non tenet.*

Idem *decano & Cap. Sancti Ioannis & ſancti Stephani Biſuntinen.*

CVm in veteri lege: & infrà. Porrò jamdudum vobis dedimus in mandatis, ut intra quadraginta dies poſt e ſuſceptionem literarum noſtrarum cum conſilio ſancti Benigni & Moriſmundi Abbatum, & fratris S. de ordine prædicatorum, eligeretis perſonam idoneam canonice in paſtorem: alioquin dicti conſiliarii vobis de Archiepiſcopo providerent. Verùm die ad eligendum præfixa, ſex ex vobis poteſtatem eligendi dediſtis, uſque ad conſumptionem cujuſdam candelæ, quæ ibidem accenſa extitit, duraturam. Tandem cum electores hujuſmodi conveniſſent in prædictum Abbatem ſancti Benigni, & ſuper hoc ſociorum ejus conſilium requiſiſſent: proponente uno ex illis quòd deliberato conſilio reſponderent, & differentibus eis feſtinanter dare reſponſum, præfati electores (cùm candela ipſa deficeret) non exſpectato ipſorum conſilio, dictum Abbatem in Biſuntinen. Archiepiſcopum elegerunt: & infrà. Relato ergo ad Apoſtolicam ſedem negotio, Archiepiſcopo Vinen. & Abbati de Firmitate f injunximus, ut ſi conſtaret ab eiſdem electoribus de electione tractatum fuiſſe habitum, & in tractatu electionis g prædictorum conſilium requiſitum, electionem ipſius Abbatis (ſi perſona eſſet idonea) confirmarent. Quòd ſi in tractatu electionis non fuiſſet illorum conſilium requiſitum, licet poſtea requiſitum fuerit non competenti tempore, nec etiam exſpectatum reſponſum ipſorum, aut non eſſet idoneus idem Abbas, quod de ipſo factum erat, tanquam invalidum irritarent: & infrà. Cùm autem compertum non fuerit competenti tempore requiſitum conſilium de perſona h prædicti Abbatis, & quando extitit requiſitum, non fuit exſpectatum reſponſum, niſi modico tempore, nec debeat aliis imputari, quod in tantum illi ſibi tempus arctarunt: i electionem Abbatis ipſius, non perſonæ, ſed electionis vitio, duximus irritandam.

## CAP. LIII.

*Si major pars capituli ſcienter eligit indignum, valet electio de digno à minori parte etiam ex eodem ſcrutinio facta. hoc dicit, ſecundum veriorem intellectum & intrinſecum.*

Idem *Epiſcopo Silvanecten.*

COngregato Nivernen. capitulo ad electionem futuri paſtoris xii. in Decanum, & xvii. (computato procuratore cujuſdam abſentis) in cantorem ipſius eccleſiæ convenerunt: qui cùm pluresin eum, & pauciores in alium ſua deſideria direxiſſent, à parte ſua electus extitit in paſtorem eccleſiæ Nivernen. Poſtmodum credente parte decani, quòd alii plurimum deliquiſſent eligendo perſonam ſcientiæ literalis expertem, propter quod illis ſecundùm ſtatuta Lateranen, a concilii ipſo jure eligendi poteſtate privatis, poteſtas eligendi ad eos extitit devoluta: decanum ipſum, qui in eum ſua vota direxerant, in ſuum Epiſcopum elegerunt ad ſedem Apoſt. adpellantes: & infrà. Reliquis petentibus ut irritare decani electionem attentatam à paucioribus, & poſt aliam non caſſatam, ac confirmare reliquam veluti canonicè celebratam à pluribus de perſona idonea dignaremur. Nos igitur mandamus, quatenus ſi dictus cantor defectum in literatura non patitur, & alias eſt idoneus ad regimen paſtorale, ipſius electionem procures auctoritate noſtra (infirmata reliqua) confirmare. Alioquin (ipſius cantoris electione irrita nunciata) prænominatum decanum (ſi nihil ei de canonicis obſiſteret b ſtatutis) eadem auctoritate præficias eccleſiæ memoratæ.

## CAP. LIV.

*Habens plures dignitates vel plura beneficia curata ſine diſpenſatione Papæ, ineligibilis eſt. h. d. quò ad titulum.*

Idem *Silvanecten. Epiſcopo, & Ioan. de monte mirabili Archidiac. & ſuccentori Pariſienſi.* c

DVdum eccleſia Rothomagen. paſtoris ſolatio deſtituta, contra electionem, quæ in eadem eccleſia fuerat celebrata, Archidiac. & quidam alii ejuſdem eccleſiæ canonici ad ſedem Apoſt. acceſſerunt. Dicto verò Archid. pro ſe ac parte ſua, & G. Archid. procuratore illorum, qui electionem celebraverant, in noſtra præſentia conſtitutis, inter alia, quæ contra electum objecta fuerant, Archidiac. propoſuit memoratus, quòd idem electus poſt generale d concilium Archidiaconatum Ambianenſ. adeptus, ipſum cum pluribus parœcialibus eccleſiis, quas ante idem concilium obtinuerat, retinere præſumpſit, eoque dimiſſo e retinuit eccleſias memoratas. Vndè cùm in eodem concilio ſit ſtatutum, ut quicunque receperit aliquod beneficium curam animarum habens annexam, ſi prius tale beneficium obtinebat, eo ſit ipſo jure privatus: & ſi fortè illud retinere contenderit, etiam alio ſpolietur: prædictus electus contra hujuſmodi veniens ſtatuta, tranſgreſſionis notam, nec non cupiditatis vitium (quod in aliis reprobare debuerat) ex pluralitate beneficiorum incurrit. Et retinendo beneficia, quæ non ſpectabant ad ipſum, (quum poſt receptionem alterius priora beneficia vacaverint ipſo jure) rem contrectavit per conſequens alienam, & ſic furtum commiſit quodammodo vel rapinam. In ſuæ quoque ſalutis & multarum animarum diſpendium prædictas parœciales eccleſias f retinebat, cùm earum cura, qua jam privatus fuerat ipſo jure, ad eum nullatenus pertineret: & ſic per ipſum eædem animæ damnabiliter ſunt deceptæ. Verùm procurator eorum, qui elegerant ipſum, etſi pluralitatem beneficiorum hujuſmodi coram nobis g profiteretur in jure, per conceſſionem tamen Rothomagen. Archiepiſcopi nobis exhibitam, eundem electum niſus h eſt multipliciter excuſare. Nos igitur dictam excuſationem, utpote frivolam, nullatenus admittentes i, vobis dedimus in mandatis, ut ſi conſtaret, quod idē poſt receptum archidiaconatum prędictū, curam animarum habentem, præfatas parœciales eccleſias

a *vide l. non dubium. cum not. C. de leg. & 25. quæſt. 2. imperiali.* b *redundare.* c *al. ita: denuncianda ordinatione facta patrono.* d *al. honeſtè.* e *receptionem.* f *Firmitate.* g *al. electione.* h *perſona idonea.* i *vide l. 2. §. ſed ſi qui. ff. ſi quis cau.*

a *Later. conc. ſub Innoc. III. c. 26.* b *inſtitutis.* c *Pariſienſi.* d *ſub Inno. III. c. 29. cavetur ne ullus habeat duo beneficia cum cura annexa.* e *al. omiſſo.* f *al. detinebat.* g *confiteretur.* h *al. viſus.* i *vid. l. liberto. §. fin. ff. de negot. geſt.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

electionis tempore retineret, nec oſtenderet ſecum per ſedem Apoſtolicam ſuper hoc diſpenſatum, electionem illius auctoritate Apoſtolica caſſaretis: & infrà.

Partibus ergo propter hoc in veſtra præſentia conſtitutis, præſtito quoque *a* juramento de veritate dicenda, & factis poſitionibus & reſponſionibus hinc inde, tandem eodem decano prætextu quorundam gravaminum ad noſtram audientiam appellante, vos electionem hujuſmodi irritantes, eidem eccleſiæ de Cenoman. Epiſcopo providiſtis: & infrà. Licet autem poſitiones *b* & reſponſiones ſuper pluribus articulis factæ fuerint coram vobis, quia tamen conteſtationem litis non invenimus eſſe factam (cùm non per poſitiones & reſponſiones ad eas factas *c*, ſed per petitionem in jure propoſitam & reſponſionem factam conteſtatio litis fiat) *d* eundem proceſſum de fratrum noſtrorum conſilio irritum duximus nunciandum. Tandem Archidiaconus electionem ex præmiſſa cauſa petiit irritari, electo reſpondente prædicto, quòd non erat ejus electio irritanda. Lite verò coram nobis legitimè cõteſtata, præſtitoque de veritate dicenda à partibus juramento, idem electus etſi confiteretur ſe dicta beneficia electionis tempore tenuiſſe, tamen excuſare ſe ſuper hoc nihilominus *e* nitebatur, quia videlicet dictum Archidiaconatum non credebat curam animarum habere. Sed cùm in jure confeſſus fuerit, quòd Archidiaconus Ambien. de conſuetudine ſuſpendit, excommunicat, & abſolvit Presbyteros & priores, & parœciales eccleſias interdicit, nec non Archidiaconus *f* viſitat, & inquirit, quæ viderit inquirenda, & procurationes ratione viſitationis recipit, evidenter apparet, quòd curam habeat animarum adnexam: quam ſi etiam non haberet, negare non poteſt, quin perſonatus exiſtat, cùm idem de perſonatibus, quod & de beneficiis curam animarum habentibus judicium ſit habendum. Inſuper indulgentiam, quam ſuper hoc aſſerit ſe habere, invalidam reputavimus, cùm in ea falſitatem ſuggerit, & ſuppreſſerit veritatem: qua tacita vel expreſſa ipſam nullatenus habuiſſet. Suggeſſit enim quòd prædictas parœciales eccleſias antequam fuiſſet in Archidiaconum aſſumptus, canonicè fuerat aſſecutus, cùm nullus potuerit plures parœciales eccleſias obtinere, niſi una penderet ex altera, vel unam intitulatam, & alteram *g* commendatam haberet, unde cùm idem utramque illarum intitulatam haberet, ipſas nequivit canonicè habuiſſe. Item ſuggerens, quòd reditus perſonatus ſui erant tenues & exiles, ſuppreſſit, quòd alios reditus in pluribus eccleſiis noſcitur obtinere. Suppreſſit etiam, quòd plures parœciales eccleſias cum pluribus aliis beneficiis in diverſis eccleſiis obtineret: cùm intentionis noſtræ non fuerit ſecum in tot beneficiis (præſertim habentibus curam animarum) diſpenſare, nec intentionis noſtræ fuerit aliquid ei de novo concedere, ſed ut per indulgentiam poſſet habita licitè retinere: & infrà. Tãdem cùm non reſtaret, niſi proferenda ſententia, idem tam juri (ſi quod ei competere videbatur) quàm liti ceſſit *h* ſpontanea voluntate, cujus ceſſionem duximus admittendam.

## CAP. LV.

*Irrita eſt electio, quam collatio non præceſſit, vel quæ facta non eſt à majore parte capituli, vel quæ non fuit communis.*

Idem.

IN Geneſi legitur: & infrà. Cùm in concilio *i* caveatur, ut is collatione habita eligatur, in quem omnes, vel major & ſanior pars capituli conſentit: & in [illegible] major pars totius capituli non conſenſerit, quamquam majorem partem habuit partium comparatione [illegible] rum. Nec plenè numeri ad numerum, quia [illegible] H. de quibus adverſarii referunt quæſtionem, in [illegible] ne vocem habuerint, tractatum non extitit, [illegible] ſum: nec zeli ad zelum, nec meriti ad meritum [illegible] facta fuerit. Nec etiam electio communiter [illegible] quoniam licet in eundem Guil. ſingulariter ſingu[illegible] ſenſiſſent, non tamen debuit ſubſequi ſingularis [illegible] ſed communis: ne vel idem repeti videretur, vel [illegible] ſequeretur abſurditas, ut tot eſſent electiones, quot [illegible] numero eligentes. Nec ex ſingularibus vel parti[illegible] bus conſenſibus appareret univerſalis electio vel com[illegible] munis, licet quilibet ſingularis veritatem expri[illegible] partis: quemadmodum ex ſingularibus propoſi[illegible] (licet veris) univerſalis propoſitio nõ apparet *a*, [illegible] ſignum univerſale forſitan exprimatur. Nec [illegible] duo canonici poterant ſic excludi, cùm primus [illegible] in canonicatus poſſeſſione, vel quaſi *b*, habendo [illegible] in choro, locum in capitulo, legendo & cantando [illegible] nonicus, & ad tractatus ac electiones dignitatum & [illegible] natuum, quæ occurrerunt pro tempore facienda [illegible] quam canonicus ſit vocatus; quanquam hac vice [illegible] cum proteſtatione admiſſus: ſecundus verò eſſet [illegible] loco, de quo fuerat ad electionem vocandus: cùm [illegible] toto regno Franciæ vocentur abſentes de conſuetu[illegible] eccleſiæ Gallicanæ. Nos his plenius intellectis, [illegible] ſilio fratrum noſtrorum præmiſſam electionem [illegible] contra formam concilii attentatam, decernimus [illegible] tam & inanem.

## CAP. LVI.

*Non valet electio pontificis per laicos & canonicos [illegible] hoc habeat conſuetudo. h. d. & quotidie ſolet allegari.*

Idem *Cap. Maſſano.*

MAſſana *c* eccleſia paſtore *d* vacante & [illegible] dicto perpetuo prohibemus, ne per laicos cu[illegible] nonicis Pontificis electio præſumatur. Quæ *e* [illegible] præſumpta fuerit, nullam obtineat firmitatem [illegible] obſtante contraria conſuetudine, quæ dici debet [illegible] corruptela. *f*

## CAP. LVII.

*Non ſufficit ad confirmationem electionis, quòd ſit [illegible] jori parte capituli, niſi etiam illa pars ſit ſanior.*

Idem *Cap. Cathalan.*

ECcleſiâ veſtrâ deſtitutâ paſtore convenien[illegible] num (abſente Guil. qui tunc noluit intereſſe [illegible] lebrandum electionem terminum ſtatuiſtis. [illegible] verò termino, & Guil. dicto (cùm abſens exiſteret) [illegible] vocato, præmiſſo juxta formam concilii *g* [illegible] ſcrutinio, 14. magiſtrum G. Presbyterum cardinalem [illegible] concanonicum veſtrum: & 17. R. Remen [illegible] elegerunt, præfato G. poſtmodum electioni [illegible] R. ſuum præbente conſenſum. Tandem [illegible] bus utriuſque partis in no. præ. conſtitutis, alleg[illegible] pro electione dicti R. quòd cùm in 4. excederet [illegible] computato Guil. prædicto, majorem capituli partem habebat, & per hoc debebat pars ſua ſanior [illegible] cùm ubi major numerus eſt, zelus melior præſumi[illegible]

a *al. præſtitoq́. al. & præſtito.* b *vide l. hæres. & ſequent. ff. de pet. hær. & l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſthum.* c *al. habitas. al. factas deeſt in manuſcripto.* d *vide l. defenſor. §. qui interrogatus. ff. de int. act. & l. 1. C. de diverſ. reſcri.* e *al. videbatur.* f *vide concil. Trident. ſeſſio. 24. de reforma. cap. 3.* g *aliam.* h *vide l. poſtquam litis. C. de pact. & Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verborum obligatio.* i *Lateranenſi ſub Innocent. III. cap. 24.*

a *Vide l. qui habebat. ff. de legatis 3. & l. ſi [illegible]* *Bartol. ff. de legatis 2.* b *vide l. certum. Cod. [illegible]* c *alias, Maſſana.* d *vide concil. Bracar. cap. [illegible] lib. 1. Dec. cap. 10.* e *quòd ſi.* f *vide [illegible] not. Cod. de dec. lib. 10. in gloſſa. 1. & in Authent. [illegible] primo, in gloſſa magna collat. 9.* g *Concil. Lateran. [illegible] nocent. III. cap. 24.* h *in antiquis [illegible]* i *vide l. ita ſtipulatus. §. credendum eſt. ff. de verborum obligation.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pars verò altera electionem eandem multipliciter impugnabat, proponens prænominatum R. in ætate pati defectum, nec eſſe ſufficientis ſcientiæ ad eccleſiam ſupradictam, cùm ætatis maturæ, & eminentis ſcientiæ prædictus cardinalis exiſtat: & cùm electores cardinalis aſtus meritis & auctoritate præcellerent, habito præſertim reſpectu ad perſonam electam, meliorem zelum eos habuiſſe conſtabat. Dicebatur præterea, quòd conſenſus dicti Guil. (quem pars ejuſdem R. confitebatur fuiſſe contemptum, aſſerente parte reliqua capitulum potius contemptum ab ipſo fuiſſe) cùm non fuerit conſenſus præſtitus in ſcrutinio, ſed poſt electionem acceſſerit, adjicere nihil valebat: & infrà. Denique ſtatutum præ conc. quod electionem decernit invalidam, cùm contra ejuſdem concilii formam in electione peccatur, non debet ad contemptum, & alia, quæ non ſunt de forma, referri. Vnde quod ibi dicitur, quòd aliter electio celebrata non valeat, ea reſpicit tantùm, quæ attentantur contra formam concilii memorati: non autem alia, quæ ponuntur ibidem, ſicut eſt iſtud quod præſentibus omnibus, qui debent, volunt, & poſſunt commodè intereſſe, haberi debeat in electione proceſſus, ne cætera, quæ ſuper hoc alibi ſtatuta noſcuntur, uno verbo videantur everti. Neque enim *a* credendum eſt, Roman. Pontific. (qui jura tuetur) quod alias excogitatum eſt multis vigiliis & inventum *b*, uno verbo ſubvertere voluiſſe. Nos ergo quæ hinc inde fuere propoſita pleniùs intellectis (cùm ex Lateranenſ. concilio in ordinationibus eccleſiarum major & ſanior pars capituli exigatur, & ſtatutum generalis concilii contineat inter cætera, ut is eligatur, in quem omnes, vel major & ſanior pars conſenſerit) electionem dicti Rom. non perſonæ, ſed potius electionis vitio (cùm major & ſanior pars non conſenſerit in eundem) de fratrum noſtrorum conſilio duximus ſententialiter irritandam.

## CAP. LVIII.

*Publicato ſcrutinio, non poſſunt electores variare, ſed compelli debent ad collationem & electionem.*

Idem.

PVblicato ſcrutinio variare nequeunt electores, cùm ſit facienda collatio, & electio celebranda. Ad quod per ſuperiorem, ſi oportuerit, compellantur.

## CAP. LIX.

*Caſſata electione propter ſimoniam etiam ſine culpa electi, non diſpenſat Epiſcopus ea vice cum caſſato: ſecus ſi electus liberè reſignavit. h. d. ſecundùm intellectum gloſſæ 2. in fin.*

Idem.

SI alicujus electionem propter ſimoniam, eo ignorante ac ratum non habente commiſſam, contigerit reprobari, cum eo ſuper prælatione *c*, ad quam taliter fuerit electus, illa vice non poteſt Epiſcopus diſpenſare. Quamvis circa eum, qui ignoranter recipit ſimplex beneficium per ſimoniacam pravitatem, poſt liberam reſignationem Epiſcopi diſpenſatio tolleretur *d*.

## CAP. LX.

*Electoribus impeditis currit tempus, ſi poſſunt impedimentum tollere.*

Idem.

HIs quibus interdicitur ut abſque ſuperioris licentia eligere non præſumant, tempus ſtatutum à canone currit, ex quo in mora fuerint licentiam hujuſmodi poſtulandi *e*.

a *al. Nec enim.* b *Vide. §. quorum. inſtitut. in proœm. & in auth. ut jud. ſine quo. ſuff.* c *alias, poſtulatione.* d *Vide l. nihil. §. fin. ſinis. ff. de inofficioſ. teſtament.* e *Vide l. eum qui certa. §. fin. cum gloſſ. magna. & ibi Bart. D. de verborum obligation.*

# DE TRANSLATIONE Epiſcopi *a*.

## *TITVLVS VII.*

## CAP. I.

*Patriarcha, qui confirmatum in Archiepiſcopum transfert ad ſedem Epiſcopalem, ab Epiſcoporum confirmatione ſuſpenditur. Ioann. Andr.*

Innocentius III. *Antiocheno Patriarchæ.*

CVm ex illo *b* generali privilegio, quod beato Petro & per eum eccleſiæ Roman. Dominus noſter indulſit, canonica poſtmodum manaverint inſtituta, continentia majores eccleſiæ cauſas ad Apoſtol. ſedem *c* perferendas, ac per hoc tranſlationes Epiſcoporum ac ſedium mutationes ad ſummum Apoſtolicæ ſedis Antiſtitem de jure pertineant, nec ſuper his quicquam præter ejus adſenſum debeat immutari *d*. Miramur quòd L. (Apamen *e*) electum in (Tripolitanam) eccleſiam tranſtuliſti, & novo quodam mutationis genere parvificaſti majorem, & magnum quodammodo minoraſti, epiſcopare Archiepiſcopum, imò potiùs dearchiepiſcopare præſumens. Licet enim dictus L. nondum fuiſſet in Archiepiſcopum conſecratus, confirmationis tamen munus receperat, & Archiepiſcopalia (quantum ei licuit) miniſtrarat, ſicut nobis ipſius relatione innotuit, qui Valien. Epiſcopum *f* adſeruit confirmaſſe. Ne igitur perpetrandi ſimilia cæteris audacia tribuatur, te ab Epiſcoporum confirmatione duximus ſuſpendendum *g*.

## CAP. II.

*Electos in Epiſcopos & confirmatos, transferre poteſt ſolus Papa.*

Idem *Decano & capitulo Andegavenſi.*

INter corporalia *h* & ſpiritualia eam cognovimus *i* differentiam, quòd corporalia facilius deſtruantur, quàm conſtruantur: ſpiritualia verò facilius conſtruantur, quàm deſtruantur. Vnde juxta canonicas ſanctiones Epiſcopus ſolus honorem dare poteſt, ſolus auferre non poteſt. Epiſcopi quoque à metropolitanis ſuis munus conſecrationis accipiunt, qui tamen non poſſunt, niſi per Rom. Pontific. condemnari. Cùm ergo fortius ſit ſpirituale vinculum, quàm carnale, dubitari non debet, quin omnipotens Deus ſpirituale conjugium, quod eſt inter Epiſcopum & eccleſiam, ſuo tantùm judicio reſervaverit diſſolvendum, qui diſſolutionem *k* etiam carnalis conjugii, quod eſt inter virum & fœminam, ſuo tantùm judicio reſervavit: præcipiens, ut quos Deus conjunxit, homo non ſeparet. Non enim humana, ſed potius divina poteſtate conjugium ſpirituale diſſolvitur, cùm per tranſlationem, diſpoſitionem, aut ceſſionem auctoritate Roman. Pontific. quem conſtat eſſe vicarium Ieſu Chriſti, Epiſcopus ab eccleſia removetur: & ideò tria hæc quæ præmiſimus, non tam conſtitutione canonica, quàm inſtitutione divina, ſoli ſunt Roman. Pontific. reſervata *l*. Sicut autem Epiſcopus conſecratus ſine licentia Rom. Pontifi. ſuam non debet eccleſiam derelinquere, ſic & electus confirmatus: cùm non debeat in dubium revocari, quin poſt electionem & confirmationem canonicam inter perſonas eligentium & electi conjugium ſit ſpirituale contractum, cui profectò Epiſcopa-

a *In quibuſdam antiquis additur, vel electi.* b *Capit. 1. eod. tit. in 3. compil.* c *Anacl Papa ep. 1. Melchior Canus libr. 1. de loc. Theolog.* d *al. attentare.* e *Paphenſem, al. Appantenſem.* f *al. Sivalienſem. al. Valienſ.* g *Vide l. 1. C. ad leg. Iuli. rep. & inſtitut. de except. §. hodie.* h *Cap. 2. eod. tit. in 3. compil.* i *in vulgatis, eſſe, legitur: ſed abeſt à manuſcript.* k *Vide Dom. Sotum in 4. Sententiar. diſtinct. 27. quæſt. 1. Art. 4. Matth. cap. 19.* l *Vide cap. quamvis. de elect. lib. 6. & cap. ut debitus. ad fin. ſ. de appell.*

lis dignitas nihil addit: cùm quis Epiſcopali præditus dignitate, nullius tamen eccleſiæ poſſit eſſe Epiſcopus: quemadmodum de illo contingit, qui oneri Pontificali renunciat, non honori. Vnde cùm non ſit majus vinculum Epiſcopi ad eccleſiam *a*, quàm electi, maximè cùm fuerit confirmatus *b*, imò idem penitus & non aliud, idem juris obtinet in utroque. Sicut ergo Epiſcoporum tranſlatio, depoſitio & ceſſio, ſic & electorum poſt confirmationem (ſpiritualis conjugii ratione) ſoli eſt Romano Pontifici reſervata: licet uſque ad tempora iſta, quod cautum fuerat de Epiſcopis, expreſſum non fuerat de electis: propter expreſſam tamen ſimilitudinem, vel identitatem potius, nemini poterat videri dubium ſubtiliter intuenti: cùm de ſimilibus idem judicium ſit habendum. Sed neque iſtud, quod in canone legitur de electo, ut ſi ultra ſex menſes per ſuam negligentiam retinuerit eccleſiam viduatam, nec ibi, nec alibi donum conſecrationis accipiat, imò Metropolitani ſui cedat judicio: aliter intelligentibus poterat ſuffragari, cùm non intelligatur eccleſia viduata, quaſi ſponſum non habeat, ſed quia ſponſus ejus nondum ſit conſecratus, adhuc quò ad quædam quaſi viri maneat ſolatio deſtituta: ſicut juxta communem *c* modum loquendi dicitur eccleſia viduata, quæ licet Epiſcopum habeat, inutilem tamen perhibetur habere. Nec quod de ceſſione ſubſequitur, & ſtatutum fuit ad pœnam, trahi debet ad gratiam: ut ſicut Metropolitani judicio electus dejicitur, ita etiam ad aliam eccleſiam poſſit transferri, præſertim cùm nec ſine auctoritate Romani Pontificis fiat ceſſio vel dejectio memorata: qui ut hæc poſſent, ex illo canone, Metropolitano indulſit. Vnde ſi circa tranſlationem idem fieri voluiſſet, quod de ceſſione dixerat, de tranſlatione poterat expreſſiſſe: & quod non eſt ſanctorum Patrum decreto ſancitum, ſuperſtitioſis non eſt adinventionibus præſumendum: præſertim cùm nonnunquam intelligatur prohibitum, quod non invenitur conceſſum. Sanè quoniam Turonenſ. Archiepiſcopus electum Abriecen. per Metropolitanum ſuum confirmatum, in eccleſiam veſtram præter auctoritatem ſedis Apoſtolicæ transferre præſumpſit, & in Epiſcopum conſecrare, quem Rothomagen. Archiepiſcopus citra mandatum noſtrum abſolvit, & ei licentiam tribuit tranſeundi: prædictos Archiepiſcopos à conſecratione & confirmatione Pontificum, Epiſcopum verò ab executione Pontificalis officii, Bituricen. Archiepiſcopus juxta mandati noſtri tenorem ſuſpendit. Et quamvis iidem Archiepiſcopi tanquam majores plus exceſſerint in præmiſſis *d*, præfatus verò Epiſcopus minus (utpote illorum tanquam majorum errorem ſecutus) nos tamen intellecta eorum confeſſione ſpontanea, & ſupplicatione devota, veniam errori dedimus, quòd non ex malignitate, ſed ex ſimplicitate peccaverunt *e*. Et quoniam præfatus Epiſcopus, qui minus peccaverat, ſeverius fuerat caſtigatus, reatum ſuum recognoſcens humiliter & devotè, ac miſericordiam poſtulans, & judicium non requirens: nos intuentes, quòd licèt ſibi munus conſecrationis impenſum, nec prioris eccleſiæ ipſum Pontificem fecerit, nec ſecundæ, cùm ad primam non fuerit conſecratus, & ad ſecundam (priori vinculo perdurante) non potuerit canonicè conſecrari, adhuc conjugaliter alteri alligatus: ei tam à vinculo prioris eccleſiæ, quàm à pœna ſuſpenſionis penitus abſoluto, de benignitate ſedis Apoſtolicæ duximus concedendum, ut priori conſenſu hactenus perdurante, Andegaven. eccleſiam ſtudeat gubernare.

## CAP. III.

*Epiſcopus, qui propria auctoritate de ſua eccleſia ſe transfert ad aliam, carebit utraque.*

Idem *Bambergenſi* a *Epiſcopo, & Petro ſcholaſt. Maguntinen.*

QVantò perſona *b* Hildeſemen. Epiſcopi: [ 1 & infrà. ] Ipſe verò relicta Hildeſemen. eccleſia, ad Herbipolenſ. eccleſiam auctoritate propria ſe tranſtulit. Non attendens quòd veritas in Evangelio proteſtatur: Quos Deus conjunxit, homo non ſeparet: & poteſtatem transferendi Pontifices ita ſibi retinuit Dominus & Magiſter, quòd ſoli beato Petro vicario ſuo, & per ipſum ſucceſſoribus ſuis ſpeciali privilegio *c* tribuit, & conceſſit: ſicut teſtatur antiquitas, cui decreta Patrum ſanxerunt reverentiam exhibendam: & evidenter aſſerunt ſacrorum canonum ſanctiones. Non enim homo, ſed Deus ſeparat, quos Roman. Pontif. (qui non puri hominis, ſed veri Dei vicem gerit in terris) eccleſiarum neceſſitate vel utilitate penſata, non humana, ſed divina potius auctoritate diſſolvit. [ 2 & infrà. ] Ne autem facti perverſitas tranſeat præſumptoribus in exemplum *d*, (quod quidem, ſi verum eſt, non poteſt non eſſe notorium) ſibi præcipimus ut adminiſtrationem Herbipolenſ. eccleſiæ penitus derelinquat: [ 3 & infrà. ] Cæterùm quoniam Herbipolenſ. eccleſiæ canonici vota ſua in ipſum prorſus illicitè converterunt, volentes (ſicut dignum eſt) ut in eo puniantur, in quo peccaverunt, eligendi eos hac vice ſuſpendimus poteſtate. [ 4 & infrà. ] Quia verò Hildeſemenſem eccleſiam, cui fuerat alligatus, unde (ſecundùm Apoſtolum) ſolutionem quærere non debebat, nimis temerè dereliquit, ne ad ipſam redeat ulterius, diſtrictius prohibemus: cùm ſecundùm traditiones *e* canonum, qui ad majorem ſe plebem tranſtulerit, à cathedra expelli debeat aliena, & carere propria: ut nec illis præſideat, quos per ſuperbiam ſprevit, nec illis, quos per avaritiam concupivit *f*.

[ 1 *Sincero diligebamus affectu, tantò ſecurius ſperabamus, quòd nihil adverſus matrem ſuam Romanam eccleſiam in præjudicium ſui ordinis, & eccleſiaſticæ diſciplinæ diſpendium attentaret. Sanè ſicut certa multorum aſſertione comperimus, & ſuſtinemus nihilominus teſtimonio literarum, quibus ad nos directis Herbipolenſ. ſe Pontificem nominabat.* ]

[ 2 *Nolentes autem tantæ præſumptionis audaciam relinquere impunitam, qui ſecundùm Apoſtolum omnem inobedientiam prompti ſumus ulciſci.* ]

[ 3 *Si verò, quod non credimus, hanc ſuſpenſionem noſtram non curaverit humiliter obſervare, & inhibita ſibi uſurpare præſumpſerit, excommunicationis vinculo ipſum decrevimus innodatum, omnibus etiam tam clericis quàm laicis Herbipolenſ. diœceſ. ſub anathematis interminatione præcipimus, ne obſtante juramento fidelitatis, ut omnem ſibi obedientiam ſubtrahant, quam ſibi contra ſacros canones uſurpavit, non attendens quod dicit Apoſtolus: Nemo ſibi ſumat honorem, ſed qui vocatur à Deo tanquam Aaron.* ]

[ 4 *Etſi contra ſed. Apoſtol. interdictum ad cujuſquam nominationem proceſſerint, quod ab eis factum fuerit, irritum decernimus & inane.* ]

---

a *Aliàs ita: quo ad eccleſiam.* b *vide text. in 1. conſtit. C. & l. Stichus. & l. Pamphilus. D. de man. teſt.* c *uſum. vide l. librorum. §. quod tamen Caſſius. De legat. 3. & l. cum de Lanionis. §. aſinam. De fund. inſt. leg.* d *vide l. in Presbyteris. C. de Epiſc. & clericis. & ff. de pœn. l. moris. §. iſte ferè.* e *vide l. 3. §. fin. ff. de li. can. & not. in l. plagii. C. ad legem Fabiam, de pla.*

a *Sic in 3. compil. Al. Idem Epiſcopo & Petro ſcholaſtico Maguntinenſi.* b *Cap. 3. eod. tit. in 3. compil. Matth.* [illegible] c *alias* [illegible] *præbuit.* d *vide l. capitalium. §. penul. ff. de pœn.* [illegible] *in ſuo. C. de inofficioſ. teſtamento.* e *Leo Papa* [illegible] *Adde conci. Sardic. can. 1. ubi cavetur, ne quis de una Epiſcopatu ad alium transferatur.* f *Concor. 7. quæſt. 1. ſi quis.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

CAP. IV.

*Solus Papa tranſfert Epiſcopos : & indulgentia per eum ſuper tali tranſlatione conceſſa, ad literam ſervanda eſt.*

Idem *Brumbur. Epiſcopo & ſcholaſtico Maguntinenſi* a.

LIcet *b* in tantum : [ 1 *& infrà.* ] Sicut legitimi matrimonii vinculum, quod eſt inter virum & uxorem, homo diſſolvere nequit, Domino dicente in Evangelio: Quos Deus conjunxit, homo non ſeparet: ſic & ſpirituale fœdus conjugii, quod eſt inter Epiſcopum & eccleſiam, quod in electione initiatum, ratum in confirmatione, & in conſecratione intelligitur conſummatum, ſine illius auctoritate ſolvi non poteſt, qui ſucceſſor eſt Petri, & vicarius Ieſu Chriſti. Hoc autem C. quondam Hildeſen. Epiſcopus non attendens, ad Herbipolenſ. eccleſiam propria temeritate tranſivit : [ 2 *& infrà.* ] Nec illa *c* præd. no. indulgentia præſumptionem excuſat ipſius, ſed ambitionem accuſat: cùm in ea ſit expreſſum, quòd ſi ad majorem vocaretur forſitan dignitatem, eam ſibi liceret aſſumere, dum tamen nihil ei de ſtatutis canonicis obviaret. Vnde licet forſitan aliquibus videatur, ut indulgentiæ occaſione ipſius ad dignitatem poſſit tranſire majorem, ad parem tamen ipſi tranſire non licuit: cùm in majori dignitate propter majorem utilitatem facilius ſoleat diſpenſari. Præterea cùm poſtulatio ſicut & electio examinari ſoleat diligenter, & tenor illius indulgentiæ non ſolùm videatur poſtulationis examinationem, ſed perſonæ etiam reſervare, ſubjungens, dummodo nihil de canonicis obviet inſtitutis: antequam per eum poſtulatio examinata fuiſſet, cui fuerat facienda, nulla ratione debuerat tranſiſſe.

[ 1 *Quædam verò ſibi Apoſtol. ſed. reſervat, quodammodo ſpecialiter & ſingulariter, ut præter ſpecialem auctoritatem ipſius nec jure agi valeant, nec attentari debeant cum affectu. In his autem ſpecialiter tranſlationes Epiſcoporum adeò non tam conſtitutio canonica, quàm divina ejus tantum poteſtati commiſit, ut.* ]

[ 2 *Et adminiſtrationi ejus ſe ingerens Herbipolenſem ſe fecit Archiepiſcopum nominari, & infrà.* ]

## DE AVCTORITATE, ET uſu pallii.

### *TITVLVS VIII.*

CAP. I.

*Intra quamlibet eccleſiam provinciæ ſuæ Archiepiſcopus pallio uti poteſt: ſed extra, non poteſt.*

Clemens III.

CVm ſuper *d* aliqua re : *& infrà.* Quæſiviſti quomodo intelligatur, quod in forma traditionis pallii continetur, videlicet, tradimus tibi pallium *e*, ut eo intra *f* eccleſiam tuam utaris. Quod ita intelligitur, videlicet intra quamlibet eccleſiam provinciæ tibi commiſſæ. Si verò te ſacris indutum veſtibus eccleſiam proceſſionaliter, vel alio modo exire contigerit, tunc tuo pallio *g* minimè uti debes.

a Idem Bamberg. *Epiſcop. & magiſtro præpoſito ſcholari Maguntin.* b *Capit. 4. eod. titul. in 3. compil.* c *In Cod. Barbatiana: Nec illa prædeceſſoris noſtri indulgentia, quam impetraſſe ſe refert, præſumptionem, &c.* d *Capit. 1. eod. titul. 2. compil.* e *ſumitur in hoc tit. pro quodam Archiepiſcoporum ornamento, crucibus nigris intexto, velut ſtola ſacerdotalis, quod ſuper alia ornamenta defertur, humeros velut corona pectus circumdans, & ante dependens. Vide Pannorm. in c. antiqua. de privil. & Innocent. III. lib. 1. Myſter. miſ. c. 63. ubi copiosè de ejus materia, forma & myſtica ſignificatione.* f *al. infrà.* g *l. perſonale. ff. ſol. matrim.*

CAP. II.

*Archiepiſcopus alteri Archiepiſcopo pallium ſuum accommodare non poteſt.*

Cœleſtinus III.

ADhæc *a*, quia quæſitum eſt à nobis ex parte tua, utrum liceat tibi pallium tuum Metropolitano alii commodare. [ 1 *& infrà.* ] Inquiſit. t. t. reſpondemus, quòd non videtur eſſe conveniens, ut pallium tuum alicui commodes: cùm pallium in perſonam non tranſeat, ſed quiſque cum eo debeat (ſicut tua novit diſcretio) ſepeliri *b*.

[ 1 *Si contigerit eum ſine pallio ſuo ad eccleſiam tibi commiſſam vel in aliqua præcipua ſolennitate venire, & in eadem eccleſia miſſarum ſolennia celebrare, licet enim non recolamus nos expreſſum canonem inveniſſe, ſuper hoc tamen.* ]

CAP. III.

*Per pallium confertur plenitudo Pontificalis officii, & nomen Archiepiſcopale.*

Innocentius III. *C. Cardinali* c *Presbytero Apoſt. ſed. legato.*

NIſi ſpecialis dilectio *d* illa: *& infrà.* Sanè ſi poſtulatio Trojani *e* Epiſcopi ad Panormitanam eccleſiam fuiſſet per nos etiam approbata, non tamen deberet ſe Archiepiſcopum appellare priùs, quàm à nobis pallium ſuſcepiſſet, in quo Pontificalis officii plenitudo *f*, cum Archiepiſcopalis nominis appellatione confertur. Tu ergo quod factum eſt, ſic ſtudeas palliare, ut id in confuſionem tuam, & ſed. Ap. opprobrium non redundet.

Quoniam ſi oporteat, ut nos, vel tu, ex hoc negotio confundamur, eligemus potius te confundi, quàm lædamus ſed. Apoſt. dignitatem.

CAP. IV.

*Romanus Pontifex ſemper & ubique utitur pallio, alii in eccleſiis ſuis & certis diebus tantùm.*

Idem.

AD honorem *g* Dei: *& infrà.* Sanè ſolus Romanus Pontifex in miſſarum ſolenniis *h* pallio ſemper utitur, & ubique: quoniam aſſumptus eſt in plenitudinem eccleſiaſticæ poteſtatis, quæ per pallium ſignificatur *i*. Alii autem eo nec ſemper, nec ubique, ſed in eccleſia ſua in qua juriſdictionem eccleſiaſticam acceperunt, certis debent uti diebus. Quoniam vocati ſunt in partem ſollicitudinis *k*, non in plenitudinem poteſtatis.

CAP. V.

*Archiepiſcopus extra ſuam provinciam pallio uti non poteſt, etiam ſi hoc habeat conſuetudo.*

Idem *Compoſtellano Archiepiſcopo.*

EX tuarum *l* tenore literarum accepimus, quòd cùm fuerit in conceſſione palii tibi dictum, ut ipſo intra eccleſiam tuamutereris: & tibi pro eccleſiæ tuæ negotiis frequenter extra tuam provinciam commoranti, verecundum ſit abſque pallio miniſtrare (cùm conſuetudo ſit in Hiſpania generalis, quòd Archiepiſcopi extra ſuas provincias, pallio indifferenter utantur) ut extra tuam provinciam uti pallio valeas, indulgeri tibi à ſede Apoſtolica poſtulaſti.

Licet autem talis conſuetudo dicenda ſit potius corruptela *m*, nos tamen de ſpeciali gratia indulgemus tibi, ut ſi neceſſitate aliqua præpedit', ad eccleſiam tibi ſubjectã,

a *Cap. 2. eodem titul. in 2. compil. al. hoc.* b *al. nullo modo.* c *Innocentius III. Cod. titul. 5. Laurentii in Lucina Presbytero Cardinali, &c. ut habet 3. compil.* d *Capit. 1. eodem titul. in 3. compil.* e *aliàs. Trojanenſ. alit. Trojacenſ.* f *Adde concil. Lateranenſ. ſub Innocent. III. cap. 5.* g *Cap. 2. eodem titul. in 3. compil.* h *al. ſolennibus.* i *Figuratur.* k *al. & non in pl. &c.* l *Capit. 3. eodem titul. in 3. compil.* m *vide l. omnes judices. C. de decur. lib. 10. & auth. ut nulli judi. §. 1. in gloſſ. magna. collat. 9.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

accedere fortè nequiveris pro conſecrandis ſuffraganeis tuis, vel clericis ordinandis, & ad eccleſiam alienam propter hoc te contigerit declinare: dummodo is ad quem eccleſia pertinet, id permittat, utendi pallio in jam dictis caſibus liberam habeas facultatem.

### CAP. VI.

*In qualibet eccleſia ſuæ provinciæ, permiſſis diebus, Archiepiſcopus miſſam celebrans, uti poteſt pallio.*

Idem.

CVm ſis. [ 1 *& infrà.* ] Vbicunque *a* fueris in miſſarum celebrationibus conſtitutus, diebus ſolennibus uſum pallii, per quod plenitudo Pontificii *b* deſignatur, poteris liberius exercere.

[ 1 *In partibus remotiſſimis gratum gerimus & acceptum, quòd in actibus tuis quotieſcunque dubitationis ſcrupulus emergit, &c. Noveris igitur, quòd ubi expoſcit neceſſitas, & plura in una eccleſia altaria & plures Epiſcopos ſimul poteris conſecrare, &c.* ]

### CAP. VII.

*Sine pallio & ſandaliis, poteſt Archiepiſcopus celebrare.*

Honorius III. *Archiepiſcopo Tri.*

QVia nos: *& infrà.* Inquiſitioni t.t. reſpon. quòd tam in tua, quàm in aliena diœceſi, potes ſine pallio & ſandaliis celebrare: qui utique in tua diœceſi non debes ſemper celebrare cum pallio, ſed diebus illis duntaxat, qui in eccleſiæ tuæ privilegiis ſunt expreſſi. Sicq; ſoluta eſt quarta quæſtio, qua quæſiviſti, an tibi ſit licitum pro eis defunctis cum pallio celebrare.

## DE RENVNCIATIONE.

### TITVLVS IX.

### CAP. I.

*Non datur licentia cedendi Epiſcopo, qui propter ſenectutem vult cedere, ſi neceſſarius vel utilis ſit eccleſiæ ſuæ.*

Alexander III. *Londonenſi Epiſcopo* c.

LIteras *d* tuas: [ 1 *& infrà.* ] Si tuam *e* aut ſenectutem, aut inſufficientiam fortè conſiderans, te tanquam *f* emeritum poſtulas relaxari: ſcito nos credere, quòd tutius ſit hoc tempore, ſi commiſſa tibi eccleſia ſub umbra tui nominis gubernetur, quàm ſi alteri novæ incognitæque perſonæ gubernanda in tanto diſcrimine committatur: maximè quia in te vigor devotionis & fidei (etiam corpore ſeneſcente) non deficit, ſed vergente deorſum conditione corporea, fervor Spiritus in ſublimiora conſcendit: [ 2 *& infrà.* ] Monemus te igitur, ut ſuper hoc diebus iſtis nulla te facias importunitate moleſtum, quia indecens omninò probatur priùs ſolvere militiæ cingulum, quàm cedat victori adverſitas præliorum.

[ 1 *Nuper accepimus, devotione plenas & dolore non vacuas, quæ quidem & tuam nobis inſinuarunt affectuoſiſſimam charitatem, & tui Archiepiſcopalis officii, quod videlicet geſſiſſe & adhuc te gerere gaudemus, contrariam exigebant eccleſiæ utilitatibus ceſſionem. Noſti enim, ſicut vir prudens & providus, quòd tanta eſt cleri malitia, & contra eccleſiam Dei tam gravis tamque diuturna perſecutionis inſtantia, ut nequaquam ei cedat ad commodum, ſi tuam ſedem talem contigerit ſubire defectum. Quòd.* ]

[ 2 *Ne igitur hujus doloris aculeus vividam circa te noſtri pectoris vulneret charitatem, rogandum te potius duximus & monendum.* ]

a *Cap. 1. eod. tit. in 4. compil.* b *al. Pontificialis officii. al. Pontificis.* c *al. Lundon. Archiepiſcop. al. Lugdunenſi Archiepiſcop. al. Baton. Epiſcop.* d *Cap. 2. eod. tit. in 1. compil.* e *al. autem.* f *ſic in omnibus manuſcript. & vox, immeritum, perperam inſerta fuit.*

### CAP. II.

*Qui abjurat beneficium, licitè poteſt illud (ſi ...) obtinere.*

Idem *Abba. Dolen.* a *& priori de Artigia.*

CVm inter P. Gaufridi & quoſdam *b* alios ... ſancti L. ſuper ſpirituali *c* beneficio, ſcilicet ... in choro, & loco in capitulo, quæſtio fuiſſet ... gitata: [ 1 *& infrà.* ] Ideoque vobis mandamus ... tenus ſi præfatum P. inveneritis de conſenſu *d* ... partis capituli fuiſſe de prædicto beneficio ... Apoſtolica inveſtitum, eum faciatis beneficium ... pacificè poſſidere, non enim videtur nobis impedi... tum adferre juramentum, quod de eodem non ... ulteriùs proponitur præſtitiſſe, ſi conſenſus majoris ... nioris partis canonicorum eccleſiæ interceſſit.

[ 1 *Quia tamen altera pars ſufficienter inſtructa ... negotium non potuit terminari.* ]

### CAP. III.

*Qui renunciavit beneficio ſuo, illud repetere non poteſt.*

Idem *Epiſcopo* e *Verulano.*

EX tranſmiſſa *f* relatione Abbatis ſancti N. de ... parano noſtris eſt auribus intimatum, quòd ... beus clericus, dum infirmitate *g* laboraret *h* apud ... naſterium Sancti Salvatoris, ſibi petiit habitum ... ſticum indulgeri: qui recuperata poſtmodum ... ad monaſterium illud gratia complendi ... & ibidem moram aliquantulam faciens, ea quæ ... ctæ eccleſiæ ſancti N. contulerat, ſibi fecit reſti... autem mutato animo laborat, ut reſtituatur ... ſupradicta.

Verùm quoniam jam dicta eccleſia ab eo ſolùm ... ſcitur, ex quo ea, quæ ſibi contulerat, ad petitionem ... am reſignavit eidem: mandamus, quatenus (ſi ... habet) prædictum Abbatem & ſocios ejus ad ... nem P. nulla ratione compellas invitos: nec [ à ... Ceparano ] compelli permittas: hortari tamen ... teris, ut illum non tanquam unum de eccleſia, ſed ... de novo recipiant in ſocium & in fratrem.

### CAP. IV.

*Beneficiatus ſine licentia prælati ſui, beneficio renunciare ... poteſt.*

Idem *Epiſcopo Tornacenſi.*

ADmonet: *& infrà.* Vniverſis perſonis tui Epiſcopatus ſub diſtrictione prohibeas, ne eccleſias ... diœceſis ad ordinationem tuam pertinentes, abſque ... ſenſu tuo intrare audeant, aut detinere, aut te ... inconſulto. Quòd ſi quis contra prohibitionem ... venire præſumpſerit, in eum canonicam ... tionem.

### CAP. V.

*Contra petentem beneficium admittitur ſpontaneæ ... exceptio, etiam cauſa renunciationis non adjecta: ... ctor replicare poterit, quòd non ſponte renunciavit: ... probaverit, obtinebit.*

Clemens III.

SVper hoc quod ſciſcitaris *k*, utrum eccleſiaſtica beneficia repoſcentibus objecta ſpontaneæ ... nis exceptio ſine cauſæ cognitione ſit admittenda, ...

a *Dulonen. al. ita, Abbati & priori de Artigi. al. ...* b *Cap. 3. eod. tit. in 1. compil.* c *al. ſpeciale.* d ... *majoris & ſanioris partis, &c.* e *al. Verſellenſi. al. Verulan.* f ... *eod. tit. in 1. compil.* g *al. dum olim nimia ...* h *juxta illud: Dum fero languorem, fero religionis amorem. ... pers languoris, non ſum memor hujus amoris.* i ... *eſt in omnibus manuſcr. ſed erat expoſitio marginalis, quæ ... in textum. In antiquis ita habebatur. Ceparano, ... Ceparano.* k *Cap. 3. eod. tit. in 2. compil. legitur ita: ... quod ſciſcitaris à nobis.*

adhuc

actoris, quod ſponte non renunciavit, an rei de ſpontanea renunciatione debeant probationes admitti. Sic tuæ experientiæ reſpondemus, quòd nulla ratio hoc veriſimile reddit, ut quiſpiam beneficium multis fortè expenſis & laboribus adquiſitum, quo ſuſtentari debet, facile ſine magna cauſa, ſua ſponte reſignet: ideoque ſupervacuum eſſe non credimus, cauſam reſignationis diligenter inquiri *a*, quam ſi forte probabilem, id eſt, non vi, nec metu, nec oppreſſione, nec interventu pecuniæ, nec promiſſione *b* extortam judex invenerit, maximè ſi non intervenerit juramentum, quod vix fieri de voluntate propria creditur, quod ferè ſemper à malo eſt (etſi replicatio canonica fuerit oppoſita) admittere non poſtponat. Porrò licet negantis factum, per rerum naturam nulla ſit probatio *c*, ejustamen qui ſpontaneam renunciationem negat (cùm implicitè & quodammodo replicando inficietur ſuper adſertione ſua, habito ad dignitatem & opinionem reſpectu) probationes credimus admittendas.

## CAP. VI.

*Qui ſponte renunciavit electioni de ſe factæ, ſuper ipſa ulterius audiri non debet.*

Idem.

IN præſentia noſtra: *d & infrà.* Licet igitur judex non ſemper ad unam ſpeciem probationis adplicet mentem ſuam, ſed ex confeſſionibus, depoſitionibus, allegationibus, & aliis, quæ in ejus præſentia proponuntur, formet animi ſui motum, & tanta ſit judicialis auctoritas, ut ſemper pro ipſo præſumi debeat, donec contra ipſum aliquid legitimè comprobetur: quare ſi tu vocam Dulmen. Epiſcopo & ejus conjudicibus nihil penitus probaviſſes, ſtandum tamen ſententiæ fuerat, niſi adverſarius eam oſtenderet irritandam. Quia tamen præter iſta conſtitit de ipſius renunciatione ſpontanea per quaſdam Epiſcoporum literas & confeſſionem ipſius, nos *e* ei ſuper eadem Abbatia ſilentium duximus imponendum.

## CAP. VII.

*Qui renunciavit literis beneficialibus, non ideò inſtitutioni jam factæ renunciare videtur.*

Celeſtinus III.

SAnè dilecto *f* filio noſtro I. Presbytero cardinal. tunc Apoſtol. ſed. legato, nos meminimus injunxiſſe, ut H. Subdiaconum canonicum in Pictavien. eccleſia inſtituere procuraret: qui mandatis noſtris obtemperans, ibidem inſtituit in canonicum Subdiacon. memoratum. [1 *& infrà.*] Poſtmodum idem H. quorundam veſtrûm ductus conſilio, literas ſuas vobis reddens, veſtræ miſericordiæ ſe ſubjecit: [2 *& infrà.*] Quia verò *g* unde miſericordiam debuit impetrare, inde cogitur diſpendium ſuſtinere: mandamus quatenus (hoc non obſtante) ipſum in fratrem & canonicum admittatis.

[1 *Verum vos nec nobis nec ipſi cardinali reverentiam exhibentes, quod literis ſuis de jam dicto H. idem Card. injunxit vobis adimplere, minimè curaviſtis, nec etiam ſuſceptionem ipſius in aliquo differtis. Sed*]

[2 *Qui cum crederet apud vos miſericordiam impetraſſe, vobis ſatisfaciens in hac parte, inde damnum cogitur ſuſtinere, unde gratiam & præmium meruit reportare. Nolentes igitur quod de ſepedicto H. iam à prædeceſſor. noſtris, quàm à nobis inchoatum eſt, aliquatenus relinquere imperfectum*] *mandamus, &c.*

a *Vid. l. ſimiliter. D. rer. am. & l. ſed etſi quis. §. nec diſtinguimus. D. de uſufr.* b *facit quod habetur in l. 1. & 2. D. de calumn.* c *Vid. l. poſt rem. cum gloſſa. D. de tranſ. & l. 1. D. quæ ſent. ſin. app. reſc.* d *cap. 4. eod. tit. in 2. compil.* e *al. nos de conſilio fratrum noſtrorum ſuper, &c.* f *c. 1. tit. de major. & obed. in 2. comp.* g *In C. Barb. quia verò indecens eſt, ut unde m. debetur upp. inde cogeratur, &c.*

## CAP. VIII.

*Renunciatio beneficii facta in manibus laici non tenet, renuncians tamen eſt beneficio ſpoliandus.*

Innocentius III. *Nidroſien. Archiepiſcopo* a.

QVod in dubiis. *& infrà. b* Hi præterea, qui beneficium eccleſiaſticum ſibi collatum ſponte in manum laicam reſignantes, illud denuò à laico ſuſceperunt, eodem ſunt beneficio ſpoliandi *c*, licet reſignatio talium facta laico nullam obtineat firmitatem.

## CAP. IX.

*Papa concedit licentiam cedendi Epiſcopo, qui ſine mortis periculo in eccleſia morari non poteſt.*

Idem *Eboracen. Archiepiſcopo.*

AD ſupplicationem *d* Raguſien. Archiepiſcopi, eum à cura, qua tenebatur eccleſiæ Raguſien. duximus abſolvendum, eo quòd ibi non poterat ſecurè morari: & ſi acceſſum haberet ad illam, mortis ſibi periculum imminebat *e. & infrà.* Ne verò idem in vituperium miniſterii noſtri, defectum in rebus temporalibus patiatur: mandamus quatenus beneficium, quod de liberalitate regia, ac conceſſione tua in Epiſcopatu Carleoli, & eccleſia de Malebron *f* eſt illi collatum, ad ſuſtentationem conſerves ipſius. Cui conceſſimus, ut in ipſo Epiſcopatu, abſque uſu pallii officium Epiſcopale valeat exercere, tibi tanquam Metropolitano reverentiam & obedientiam impenſurus.

## CAP. X.

*Ponit ſex cauſas, ex quibus Epiſcopi poſſunt petere, & Papa conſuevit concedere cedendi licentiam, quæ ſex cauſæ his verſibus comprehendi poſſunt.*

*Debilis, ignarus, malè conſcius, irregularis,*
*Quem mala plebs odit, dans ſcandala, cedere poſſit.*

Idem *Epiſcopo Claritano* g.

NIſi cùm *h* pridem: [1 *& infrà.*] Si *enim* in hujuſmodi ceſſione frugem tibi melioris vitæ promittis, ſcire debes non eſſe ſanctificato in utero ſanctiorem, & ideò non oportet te prædicationis jam ſuſceptæ deſerere miniſterium, cùm ille, cujus fieri bajulus recuſabat, tandem prædicandum *i* receperit verbum Dei. Quòd ſi forſan humilitatis cauſa de culmine quæris *k* pontificali deſcendere, eo ipſo humilitatis videris erigere *l* malè verticem, quòd te nimis in reſignandi propoſito exhibes pertinacem: quia tunc in te veram humilitatem cuſtodies, cùm & per eam locum ſublimen fugies, & per obedientiam non dimittes. Intueri te itaq; volumus, quòd hæc ſunt illa, per quæ cedendi Epiſcopus licentiam poteſt poſtulare, conſcientia criminis, debilitas corporis, defectus ſcientiæ, malitia plebis, grave ſcandalum, irregularitasq; perſonæ: ſed in his omnibus eſt obſervanda cautela. Propter conſcientiam [enim] criminis cedēdi poteſt licentia poſtulari, & forſitan non cujuslibet, ſed duntaxat illius propter quod ipſius officii executio poſt peractam pœnitentiam impeditur: cùm ſi omnes, quos arguit conſcientia cujuſlibet culpæ, cederent, pauci vel nulli in illo miniſterio remanerent: [*& infrà.*] Alia verò cauſa eſt, debilitas corporis *m*, quæ [vel] ex infirmitate, vel ex ſenectute *n* procedit: nec tamen omnis, ſed illa ſolummodo, per quam impotens redditur ad exequendum officium paſtorale, nam ſi pro

a *al. Nidromien.* b *cap. 1. eod. tit. in 3. compil.* c *Vide l. quaro. §. ſi venditor. ff. de adil. edict. & l. Herennius. ff. de evict.* d *cap. 2. eod. tit. in 3. compil. B. Tho. 2. 2. q. 185. art. 5.* e *Vide l. ſi putator. ff. ad l. Aquil. & l. ſi ut certo. §. commodatum. ff. commod.* f *Malebros.* g *al. Tralatan. al. Arelatenſi. al. Claritan.* h *cap. 4. eod. tit. in 3. compil. Vide B. Tho. 2. 2. q. 185. art. 4. Hier. 2.* i *al. ſuſceperit.* k *al. pontificalis honoris.* l *leg. erigere, non ut in vulgatis, eligere.* m *corporalis.* n *quis dicatur ſenex, notatur in l. ſi pater. §. in arrogationibus. ff. de adopt. l. inviti. ff. de teſtib. 1. Corinth. 12.*

qualibet corporali debilitate, ſuſceptæ ſervitutis officium poſſet deſeri, fruſtra fateretur ſe Apoſtolus in ſuis infirmitatibus gloriari: cùm interdum non plus hortetur ſenilis debilitas aliquem cedere, quàm moralis maturitas (quæ in ſenibus eſſe ſolet) ipſum in ſuo ſuadet officio permanere, pro talibus enim de ſe dicit Apoſtolus: Cùm infirmor, tunc fortior ſum, quia nonnunquam corporis infirmitas, fortitudinem cordis augmentat. Pro defectu quoque ſcientiæ plerunque poteſt quis petere ceſſionem: quia cùm ipſa circa ſpiritualium adminiſtrationem ſit potiſſimum neceſſaria, & circa curam temporalium *a* opportuna, præſul qui commiſſam ſibi debet eccleſiam regere in utriſque, ſalubriter ei renunciat, ſi ſcientiam (in qua ipſam regat) ignorat. Tu enim (inquit Dominus) ſcientiam repuliſti, & ego te repellam ne ſacerdotio fungaris mihi, quanquam etſi deſideranda ſit eminens ſcientia in paſtore, in eo tamen ſit competens toleranda: quia ſecundùm Apoſtolum: Scientia inflat *b*, charitas autem ædificat: & ideò imperfectum ſcientiæ, poteſt ſupplere perfectio charitatis. Propter malitiam [ autem ] plebis cogitur interdum prælatus ab ipſius regimine declinare, quando plebs adeò duræ cervicis exiſtit, ut proficere nequeat apud ipſam, ſed propter ejus duritiam, quò magis ſatagit, eò magis juſto judicio deficere permittatur: dicente Domino per Prophetam *c*: Linguam tuam adhærere faciam palato tuo: quia Dominus exaſperans eſt. Et Apoſtoli *d* leguntur dixiſſe Iudæis: Ecce convertimur ad gentes, quia verbo Dei vos indignes feciſtis. Non tamen pro qualibet culpa paſtor *e* debet gregem deſerere, ne mercenario comparetur, qui videt lupum venientem, & dimittit oves, & fugit: ſed de ſuperioris licentia, tunc demum poteſt non tam timidè fugere, quàm providè declinare, cùm oves convertuntur in lupos: & qui debuerant humiliter obedire, jam irrevocabiliter contradicunt, cùm etſi tales ſint graviter pro crimine puniendi, ſunt tamen pro tempore utiliter tolerandi: quia ſanguinem elicit, qui nimis emungit. Pro gravi quoque ſcandalo evitando (cùm aliter ſedari non poteſt) licet Epiſcopo petere ceſſionem: ne plus temporalem honorem, quàm æternam videatur adfectare ſalutem, memor illius quod dicit Apoſtolus *f*: Si eſca ſcandalizaverit fratrem meum, non manducabo carnem in æternum. Sed inter ſcandalum & ſcandalum eſt ſubtiliter diſtinguendum: ſic Dominus *g* ipſe diſtinxit, cui cùm dixiſſent Apoſtoli: Scis quia Phariſæi audito hoc verbo ſcandalizantur? Reſpondit: Sinite illos, cæci ſunt, & duces cæcorum. Alibi *h* verò dixit: Qui ſcandalizaverit unum de puſillis iſtis, qui in me credunt, expedit ei ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris. Perſonæ verò irregularitas (ut ſi fortè ſit digamus, vel viduæ maritus) eſt cauſa, propter quam petere poteſt licentiam aliquis reſignandi, atteſtante Apoſtolo, qui dicit: Oportet *i* Epiſcopum eſſe unius uxoris virum. Non tamen propter quamlibet irregularitatem perſonæ debet ei, qui regulariter miniſtravit, cedendi licentia indulgeri, utpote ſi de legitimo matrimonio non ſit natus: quia licet irregularitatem hujuſmodi non potuerit ſubjicere, ſi tamen & culpa latet & cauſa, cum eo, qui laudabiliter ſuum implevit officium (injuncta ſibi pœnitentia competenti) poteſt non minus utiliter, quàm miſericorditer diſpenſari. Ego *k* ſum, inquit, Deus zelotes, vindicans peccata patrum in filios, uſque in tertiam & quartam generationem, in his qui oderunt me, id eſt, in illis qui contra me paternum odium imitantur. Vnde p quòd *a* illis, qui paterna vitia non ſequuntur, p poſſunt in talibus ſuffragari virtutes: illo diſ adhibito moderamine, ut inter nothos & *b* ma res, naturales & ſpurios diſtinguatur: [ 3 & Verùm ſi propter alias cauſas ceſſionem adfecte eſt in hoc tibi poſtulanti favendum: cùm hu poſtulatio videatur non eſſe diſcreta, quoniam tanquam notiſſimum omittamus, quòd otioſitas luptas arma ſunt hoſtis antiqui ad miſeras anima ptivandas) propter laboris anguſtias, aut perſe nis incurſus non debes deſerere ſponſam tuam, figendo *c* manum apud extraneum te fide pulaſti, ſciens quòd, Beati *d* ſunt illi, qui perſe nem patiuntur propter juſtitiam: quoniam cùm p ti fuerint, accipient coronam vitæ, quam repromi us diligentibus ſe. Sed dices: Spiritus *e* ubi v rat, & neſcis unde veniat, aut quò vadat, & ideò qui poſſit vias illius Spiritus perſcrutari: qui *f* ver ritu Dei aguntur, non ſunt ſub lege: quoniam ubi S tus Dei, ibi libertas: quare ſi cedendi tibi licenti ab homine non fuerit, nihilominus tamen cede date eſt tibi libertas cedendi à Deo. Certè deſi ſapis, nam quomodo Spiritu Dei agitur, qui contr ritum Dei agit? ſi enim vera ſunt, quæ præmiſ quia indubitanter ſunt vera) proculdubio contra ritum Dei agit, qui aliquid contra veritatem quoniam ipſe eſt Spiritus veritatis. Porrò ſi dic forſan alia eſt cauſa latens, propter quam ced luntas tibi cælitus inſpiratur: & nos ſic quidem demus: Tu quomodo ſcis quòd talis inſpirati ſtis? nonne recolis quid ille glorioſus Ponti cùm cœpiſſet viribus corporis repente deſti ne, ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius, non borem, fiat voluntas tua: illius exemplum ſe dixit: Cupio *g* diſſolvi, & eſſe cum Chriſto, man tem in carne neceſſarium eſt propter vos: [ 4 Quippe ſi quantocunque virtutum flore reful in te non habeas charitatem, nihil te compr bere, nulla *h* ſiquidem major poterit eſſe ch quàm ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſu autem propter hanc te deceat animam tuam p ditis tuis ponere, nulla occaſione (dummodo illis poſſis, & ſi non omnibus, tamen multis) regimine te convenit excuſare *i*, quoniam ſi cauſam prætendis, exemplum te Apoſtoli ſ quia ſuadet tibi laborem hujuſmodi non refuge ſe adſerit pro communi ſalute plus cæteris la quia licet non ſemper ſequatur laborem effect ominus tamen, ipſe labor eſt meritorius apud juxta quod legitur *k*: Reddet Deus mercede rum ſanctorum ſuorum: [ 5 & infra.] Nec p ideo *l* Martha malam partem elegerit, quæ rima ſatagebat, quia Maria optimam part quæ non auferetur ab ea: quoniam licet ſecura, iſta tamen eſt magis fructifera: & magis ſuavis, hæc tamen magis utilis: cùm tate ſobolis lippitudo *m* Liæ, Rachelis pul ſit prælata: quamvis ſimul in unum & conte eſſe valeas, & activus, legislatoris exemplo *n*, q aſcendebat in montem, ut ibi gloriam Domini jori cerneret libertate: nunc verò deſcendeb

a *Vide auth. de jud. §. 1. cap. 9. & l. ſi quis. §. prohibentur. ff. de edendo. Oſeæ 4. 1. Cor. 7.* b *Vide l. ſed Iulianus. §. quod dicit. ff. ad Sc. Maced. & l. ex pluribus. de reg. jur.* c *Ezech. 3.* d *Act. 13.* e *Ioan. 10.* f *1. Cor. 8.* g *Matt. 15.* h *Matth. 18.* i *1. Tim. 3.* k *Exod. 20.*

a *B. Thom. 2. 2. q. 108. Artic. 4. & Alfonſ. Caſtr. lib.* *hær. pun. cap. 10.* b *ſic vocat eum qui ex ſcorto natus eſt,* *vetus interpres. Vide Cardinalem Paleotum in lib.* c *al. in uno vaticana ita: defungendo manum tuam, &c.* d *Matth. 5.* e *Ioann. 3.* f *2. Corint. 3.* g *Philip. 1.* *ann. 15.* i *al. quod ſi.* k *Sap. 10.* l *Luc. 10.* m *Gen.* n *Exod. 24.*

ſtra, ut cum utilitate majori neceſſitatibus populi provideret a quapropter facilius indulgetur ut aſcendat monachus ad præſulatum, quàm præſul ad monacharum deſcendat. [ 6 *& infra.* ] Monemus itaque ut laborem paſtoralis regiminis non recuſes, ne fortaſſis ad pedes ſuos cum Maria ſperneret te accipere qui ſibi b apud te diverſenti ſpreviſſes cum Martha ſolicita miniſtrare: [ 7 *& infra.* ] Quia verò in poſtulando cedendi licentiam *nimis diutius* inſtitiſti, *ecce* tibi te duximus relinquendum, ut diſtinctis cauſis, propter quas cedere oporteat, ſi propter aliquam cauſam utilem & honeſtam in hujuſmodi propoſito perſeveres, de clementia noſtra cedas: alioquin cedendi licentiam auctoritate Apoſtolica tibi ſcias eſſe penitus interdictam: quoniam ſi pennas habeas, quibus ſatagas in ſolitudinem avolare, ita tamen ſtrictæ ſunt nexibus præceptorum, ut liberum non habeas abſque noſtra permiſſione volatum.

*[ 1 In officio paſtorali ad divinum officium acceſſiſti, præparaſſe ad tentationes animum crederemus, aut prævidiſſe prudenter, nequaquam in humana fragilitate conſiſtentes, varios anguſtiarum languores, quos te ſciebas in ipſo officio perpeſſurum, poſſe nos abſque magno Dei adjutorio ſuſtinere: formidaremus utique, ne parvulos tuos poſtmodum ad petram allidere neglexiſſes, eosq; tantum ut permiſeris invaleſcere, ut ipſorum, ſuggerentium tibi ſuſcepti miniſterii ceſſionem, inſtantiæ vix jam valeas repugnare. Verum quoniam (ſicut credimus) cùm te ſcires eſſe contra ſpiritualis nequitias pugnaturum, armaturam Dei, qua poſſes ſtare contra inſidias tentatoris, ab Apoſtolo monitus, induiſti, & inexpertus non ignoraſti ſolicitudinis paſtoralis anguſtias, quas forſitan expertus abhorres: neſcimus cur tam inſtanter ſuſceptum velis regimen utiliter delinquere, quod ad ſuſcipiendum utiliter, non deberes utpote irritare.]*

*[ 2 In multis enim offendimus omnes, & ſi dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt, quia miſericordia illum excuſat, qui miſerabiliter ſe accuſat.]*

*[ 3 Cùm autem plerunque vitia ſeu virtutes mentis minus providis mentiantur, ſubtiliter advertere te oportet, utrum reſignandi propoſitum, quod tam ferventer geſtare videris in pectore, dignum ſit Dei odio vel amore. Si enim propter cauſam aliquam præmiſſarum cedere poſtulares, tam ſuper cauſa quàm ſuper ejus affectu pariter doleremus: ſed ne ſub improvida pietatis amictu ad reſignandum deteſtabilis impietas te impellat, conſiderare te volumus & alias eſſe cauſas, propter quas malè quis petit, & pejus appetit hujuſmodi officium reſignare. Si enim ex puſillanimitate, fortaſſis ut laborem deponat, vel perſecutionem effugiat, aut ex vanitate (quod abſit) ut plenius vacet ociis, ſeu liberius indulgeat voluptatibus, curam vult aliquis deſerere paſtoralem, ab ea non meretur abſolvi, quamvis propter hujuſmodi vanitatem, tanquam qui mortaliter peccat, ea reddat ſe indignum, ſed ſatagere debet ut vanitate depoſita, ſatisfaciat de peccato. Aliam verò cedendi cauſam omninò credimus deteſtandam. Si quis autem à Pontificali velit diſcedere dignitate, ut gloriam captet humanam, tanquam qui eligat in domo Dei abjectus eſſe magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum, vel ut non amittat humanum favorem quem per hypocriſin adquiſivit, ſive quòd ejus ſimulatio revelari jam incipit, ſive quòd fervor ipſius ex qualibet cauſa tepeſcit, nec vult videri quòd malus fuerit vel fiat, & ideò ſub religionis prætextu ſuam vult contegere pravitatem, ut quaſi deſerens Martham, amplexetur Mariam, & Lyæ faſtidiens lippitudinem, Rachelis concupiſcat pulchritudinem. Quòd autem ſi propterea velit cedere, quod tempore proſperitatis arridente fortuna viſus eſt laudabiliter miniſtrare, quoniam omnia ſibi proſperè ſuccedebant: ſed adverſitatis tempore imminente veretur ne ſi quolibet caſu ſiniſtra contingant, ipſius negligentiæ imputentur: planè ſi propter hoc petit cedere, nautæ ſe poterit improvido comparare, qui cùm mari ſub tranquillitate tacente non cum multo labore navis exercuerit gubernaculum, ipſum tempeſtate ſurgente deſerit, & devenire patitur in profundum. Illam quoque cedendi cauſam penitus deteſtamur, ſi fortè cedere velit Epiſcopus ut vel alter ſibi ſuccedat vel obtentu precis vel affectu carnali, velut cum pejor ſibi ſucceſſerit, ipſe velut optimus extollatur. Illud autem quaſi nefas reſpuimus & damnamus, quod propter occupationes mundanas & ſolicitudines ſeculares non valeat ſine crimine Pontificale officium exercere, cùm multos ſanctos eccleſia veneretur, qui ſpiritualia ſimul & temporalia miniſtrarant. Verumtamen læva debet eſſe ſub capite & dextra in amplexu: ſed illud te advertere volumus diligenter, ne fortè per hoc velis tuæ diſpoſitionis propoſitum effici vel ex illis, de quibus dicitur per Prophetam: Filii Effren. i. ar. et. m. ſa. con. ſ. in die belli, cum potius pro domo domus Iſrael murum debes te opponere aſcendentibus ex adverſo, quia juxta ſententiam veritatis non qui cœperit, ſed qui perſeveraverit, ſalvus erit. Cavens attentè ne maculam in gloria tua ponas, non ſolum apud homines, ſed etiam apud Deum: quoniam ſub hoc pallio te non poteris occultare, nedum apud Deum, qui renes rimatur & corda, ſed nec etiam apud homines qui ex veriſimilibus talia ſuſpicantur. Illud quoque prudenter attendas, quia juxta ſententiam ſapientis, Spiritus Sanctus diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe à cogitationibus, quæ ſine intellectu conſiſtunt. Si verò pro tuenda eccleſiæ libertate difficultatis onus incurrere pertimeſcis, non ideò deſerere debes præſulatus honorem, conſiderans diligenter ne fortè tenteris juſto judicio ab illo qui malorum eſt interpretator, ut probetur utrum ſatisfacere velis in eo in quo forſan deliquiſti. Qui verò contemnit aut negligit ſatisfacere pro delicto, theſaurizat ſibi iram in die iræ, cùm revelabit Dominus abſcondita tenebrarum. Ecce quidem admovimus tibi ſpeculum ut teipſum contempleris in ipſo, & tuam conſcientiam perſcrutatus, agnoſcas ex qua cauſa cedendi licentiam poſtules importunè. Nos enim (novit altiſſimus) ignoramus quare in tali propoſito perſeveres, quoniam nec etiam infirmitas corporis, nec longanimitas temporis, nec defectus ſcientiæ, nec malitia plebis, nec irregularitas perſonæ te reddit ineptum, nec conſcientiam ſævi criminis te fateris habere.]*

*[ 4 Quia igitur diverſas tibi cauſas ſuper hac cauſa diſtinximus, & propter quam cauſam cedere deſideres, ignoramus, te ipſum tibi duximus committendum, ut de propria mentis tribunali te judicans, videas ſi ſic poſſis reſignandi deſiderio ſatisfacere, ut gregis tibi commiſſi curam ſine culpa valeas declinare. Si enim cedendo proficere appetis tibi ſoli, profectui tuo ſine dubio tantum ſubtrahis, quantum quod impendere poteras aliis, non impendis, quia tunc majora animæ tuæ lucra conquireres, cùm ſine tua ſalute ſalutem plurimorum procurares, potioris enim eſt meriti ſecum Deo quàm plurimos lucrifacere, quàm ſalutem propriam quærere ſine illis, quorum ſalus ad ejus curam noſcitur pertinere.]*

*[ 5 Sed eſto quòd multum hactenus laboraſti & bonum certamen certaveris, cum eodem Apoſtolo poſſis dicere, tamen ut corona juſtitiæ tibi derelicta reponatur, curſum te decet perfecti operis conſummare. Quantumlibet enim in anguſtiarum laboribus qui comitantur officium paſtorale, noctes tibi laborioſas enumeras, & tanquam fatigatus cervus umbram quietis affectas: quantumlibet inter me ſqualores & anguſtias patriæ dilectione traharis, & velut emeritus mercenarius operis tui fidem anxius præſtoleris, expedit tamen tibi virtutem in infirmitate perficere, ac pugnam tuam perſeverantia coronare: ſciens quòd cùm apud extraneum defixeris manum tuam, cùm animas tibi ſuſcepti gregis in tuam animam ſuſcepiſti, non ſic tibi debes portum quietis appetere, ut navigantes hactenus tecum filios ſine remigii adjutorio patiaris in hoc mari magno & ſpatioſo cum timore naufragii fluctuare.]*

*[ 6 Fraternitatem tuam & exhortamur attentius per a. ſ. m. q. illam vocem Davidicæ imprecationis abhorrens, tibiq;*

a Vid. l. in emptione. cum gloſſ. in verbo, refert. D. de ad. ed. & gloſſ. in l. poſſeſſione, cod. tit. b *ſi ſibi apud,*

*formidans eam per effectum operis adaptari, quæ dies operis impii paucos fieri, ut & Epiſcopatum ejus accipiat alter, imprecatur.*]

[7 *Illud quoque te debet fortiùs miniſtrandi propoſito ſtabilire, quòd hactenus in eccleſia tibi commiſſa laudabiliter miniſtraris: ſiquidem (quod abſit) alius te cedente minus utilis ſumeretur ad ipſam, profectò non parum ab ipſa quiete quam appetis, turbaberis, cùm ubi bene miniſterium tuum exercueris, non abſque dolore cerneres inutilis miniſtri defectum, fieretq́; ut tantùm in contemplationes artes ibi deperiſſe cognoſceres, quantum eccleſia cui præſides, non ſine tua confuſione per te ſubtractum eſſe videres.*]

CAP. XI.

*Epiſcopus qui propter crimen renunciavit Epiſcopatui, & ad religionem tranſivit, ad Epiſcopatum readſumi non poteſt. Secus ſi renunciavit propter perſecutionem, infirmitatem, defectum ſcientiæ, ſimoniam ipſo ignorante commiſſam, aut aliam ſimilem cauſam.*

Idem a *Epiſcopo Faventin. in Archiepiſcopum Raven. electo.*

POſt tranſlationem *b* tuam ad eccleſiam Ravennaten. cùm præpoſitus & canonici Faventin. in I. eorum concanonicum liberam eligendi auctoritatem unanimiter contuliſſent *c*, ipſe *d* I. ſancti Pridiani Lucanen. canonicum olim Epiſcopum *e* Sarta. in Faventin. Epiſcopum poſtulandum elegit. Porrò à ſancti Fridiani priore ſuper hoc requiſito & obtento conſenſu *f*, præpoſitus & alii poſtulationem eandem adprobari à nobis humiliter petierunt. Verùm poſtulationi hujuſmodi videbatur concilii Conſtantinopolitani capitulum obviare, in quo ſtatutum eſt, ut quicunque de Pontificali dignitate ad monachorum vitam & pœnitentiæ locum deſcenderit, nequaquam ulterius ad Pontificatum reſurgat. Vnde contra dictum concilium (cùm ſit unum ex quatuor principalibus, quæ ſicut quatuor Evangelia eccleſia catholica veneratur) nullatenus videbatur eorum *g* poſtulatio admittenda: cæterùm ſpeciales quidam caſus inveniuntur, in quibus (prædicto concilio non obſtante) is, qui vitam monachalem elegit, rurſum licitè poteſt ad Epiſcopatum adſumi, ſi enim quiſquam perſecutionis rabie ſæviente, vel præpediente invalitudine corporis, cùm proficere nequeat in regimine paſtorali, de ſuperioris auctoritate ad monaſticam vitam deſcendat, perſecutionis vel ægritudinis impedimento ceſſante, ad Epiſcopalem poterit reſurgere dignitatem. Item ſi quis propter literaturæ defectum, (ne tanquam cæcus cæco ducatum *h* præbeat) locum regiminis auctoritate Apoſtolica deſerendo, ad ocium ſe contulerit monachale, ac per exercitium lectionis, ſcientiæ repererit margaritam, proculdubio poterit denuò vocatus à Domino cathedram reaſcendere paſtoralem. Rurſus, ſi quis cupiditate parentum (eo tamen penitus ignorante) fuerit Epiſcopatum adeptus, & hoc comperto Epiſcopatum de licentia ſuperioris dimittens, obſervantiam elegerit regularem, etſi ad Epiſcopatum eundem redire poſtmodum nequeat, juxta canonicas ſanctiones, ad alium tamen poterit licitè readſumi. Quanquam autem in his & conſimilibus caſibus is, qui Epiſcopatu dimiſſo monaſticam vitam elegit, reſurgere valeat ad officium paſtorale, nihil tamen in his contra *a* præſcriptum intelligitur concilium attentari, quod in eo loquitur caſu, cùm propter aliquod crimen epiſcopatum quis deſerens, ad vitam monaſticam pœnitentiæ cauſa deſcendit. Vnde quidam in eo caſu loqui dixerunt capitulum ſuprà dictum, cùm quis pro crimine, de quo convictus fuerat vel confeſſus, ab epiſcopali dignitate depoſitus in monaſterio extitit ad pœnitentiam agendam incluſus: vel cùm aliquis propter grave crimen, pro quo epiſcopatum retinens pœnitentiam dignè agere non valebat, cedendi obtenta licentia vitam monachalem elegit. Aliis adſerentibus ſic intelligendum eſſe capitulum memoratum, ut per ſe reſurgere nequeat, id eſt, repetere quaſi debitum, quod tali modo dimiſit: quanquam eligi poſſit, præſertim, ſi locum tantùm, & non ordinem reſignavit. Cùm ergo nobis conſtare nequiverit, ob quam cauſam prædictus I. epiſcopatui olim ceſſerit, mandamus, quatenus ſi tibi conſtiterit, quòd propter aliquam expreſſis cauſis, ſeu conſimilibus, idem I. epiſcopatui ceſſerit memorato, tu auctoritate noſtra (dummodo neceſſitas vel utilitas id expoſcat) licentiam ei tribuas aſcendendi ad regimen eccleſiæ Faventinenſis, maximè ſi verum ſubnititur, quod dictus I. loco tantummodo ceſſerit memorato, & non ordini, vel etiam dignitati *k*. tunc enim eſſet vehementiſſimè præſumendum, quòd non propter crimen aliquod ab ipſo commiſſum, ſed cauſa pœnitentiæ ad vitam migraverit regularem: præſertim cùm Apoſtolica ſedes poſt ceſſionem multo minùs, quàm ante permiſiſſet eidem tali crimine irretito, in pontificali ordine miniſtrare: alioquin (cùm durum nimis extiterit, omnino tam ſolenne conſilium hujuſmodi poſtulationis admittere) præpoſito & canonicis memoratis injungas, ut aliam perſonam ſibi idoneam eligant in paſtorem.

CAP. XII.

*Qui petiit cedendi licentiam, ex quo illam obtinuit, cedere compellitur.*

Idem *in concilio generali.* c

QVidam *d* cedendi licentiam cum inſtantia poſtulantes, ea obtenta, cedere prætermittunt. Sed cùm in poſtulatione hujuſmodi, aut eccleſiarum commoda, quibus præſunt, aut ſalutem *e* videantur propriam attendiſſe (quorum neutrum ſuaſionibus aliquorum quærentium quæ ſua ſunt, ſeu etiam levitate *f* qualibet nolumus impedire) eos ad cedendum decernimus compellendos.

CAP. XIII.

*Non renunciat juri ſuo, qui gratia adverſarii ſe ſubtrahit.*

Honorius III. *majoris eccleſiæ decano & magiſtro R. Cantori ſancti* g *Dionyſii Leodienſis.*

VEniens ad ſedem Apoſtolicam I. Subdiaconus propoſuit, quòd cùm bonæ memoriæ I. Papa p. n. abbati de Emenco *h*, & majoris eccleſiæ ac ſancti Pauli cantoribus Treverenſ. ſuis dederit literis in mandatis, ut ſi nihil canonicum obviaret, præbendam in eccleſia ſancti Florentini *i* in Confluentia, quàm Iacobus canonicus ipſius eccleſiæ reſignavit, ſublato appellationis obſtaculo aſſignarent [1 & infrà.] Cumque judices Apoſtolicum vellent adimplere mandatum, quidam

a *al. Idem H. Epiſcopo in Archiepiſco. &c.* b *cap. 5. eod. tit. in 3. compil.* c *Vid. l. item. §. 1. D. quod cujuſcunq. un. & in auth. de quæſtor. §. 1. collat. 7.* d *id eſt, Ioachim.* e *aliter Sarnatenſ.* f *l. ob æs. C. de act. & obligat.* g *alit. eadem poſt.* h *Vide text. in l. 2. cum gloſſ. in verb. venit. & ibi Bart. D. de decurion.*

a *Intellectus concilii C. P. jubentis ne qui ex Epiſcopo monachus factus eſt, ulterius Epiſc. fiat.* b *Vid. l. jubemus ...* c *Lateran. ... in verb. promiſſa. C. de ſacr. eccle.* d ... *eod. tit. in 4. compil.* e *al. aut ad ſalutem.* f *Vid. l. ... §. 1. D. ad l. Aquil. & l. 1. §. ſciendum. D. de ... adil.* g *al. ...* h *Vincto Trecenſ.* i *al. Florini. al. Florinenſ.*

oppoſuerunt canonici eccleſiæ memoratæ, dicentes Subdiaconum antedictum renunciaſſe juri, quod ſibi ex ipſis literis competebat. Dicto igitur Subdiacono hoc negante, jam dicti canonici ad hoc probandum teſtes aliquos produxerunt: per quos, cùm videretur probatum ipſum ſe gratiæ capituli commiſiſſe, duo judices prædictorum ſententialiter decreverunt, eundem non poſſe uti literis ſupradictis, pro eo, quòd idem adverſarii ſe gratiæ commiſiſſet, per quod viſus eſt renunciaſſe juri ſibi ex ipſis literis *a* competenti. A qua ſententia idem appellans, in *b* vigiliam Epiphaniæ terminum ſuæ appellationis prefixit. Ad quem *c* cùm veniſſet, P. de Collemedio, capellanum noſtrum ſuper hoc ſibi conceſſimus auditorem. Sed cùm ejus adverſarius non acceſſerit, per duos menſes & amplius expectatus, nec ullus compareret pro eo ſufficiens reſponſalis, tandem quidam literas habens ad contradicendum & impetrandum coram eodem comparuit: qui cùm ad tractandum cauſam minus ſufficiens videretur, idem auditor ſententiam prædictorum judicum ſententialiter (juſtitia exigente) caſſavit. Nos igitur ratam & firmam habemus capellani ſententiam memorati.

[ 1 *Eidem I. literas ipſas prædicto Decano & aliis oſtendente, idem Decanus de reſignatione fortè pœnitens occultavit literas ſupradictas, deinde eidem I. præfatis literis reſtitutis eas nominatis judicibus ut exequerentur mandatum apo. præſentavit.*]

### CAP. XIV.

*Si prælatus ab obedientia ſubditos abſolvit, non propter hoc prælaturæ renunciat.*

Idem *Archiepiſcopo Treverenſi.*

LEctæ coram *d* nobis. ſ. t. literæ, continebant, quòd Abbas ſancti *e* Petri Tulenſ. tibi humiliter eſt confeſſus, quòd cùm adeò gravi ægritudine laboraret, quòd de vita deſperaretur ipſius, ad cujusdam æmuli ſui conſilium, de quo ipſe (cùm non crederet eum æmulum) confidebat, monachos ſuos ab obedientia, in qua ſibi tenebantur, abſolvit, vocato diœceſano Epiſcopo, ut abbatiam in ejus manibus reſignaret: quod *f* tamen uſus conſilio ſaniori non fecit: & eidem Abbati poſtmodum reſtituto ſanitati univerſi & ſinguli de conventu obedientiam & reverentiam requiſiti ab eo, in capitulo promiſerunt. *g* [ 1 *& infrà.*] Nos autem ex tali facto eundem Abbatem ſuo reſignaſſe regimini non videmus

[ 1 *Idem tamen ſuper eo quod ſic fecerat dubitans, à te ut ſuper hoc ſalutiſua conſuleres poſtulavit: propter quod, cùm habito prudentum conſilio diverſi diverſa ſentirent, tu noſtrum conſilium, an idem Abbas ex hoc reſignaverit, requiſiſti.*]

### CAP. XV.

*Abbas exemptus, ſine licentia Papæ renunciare non poteſt.*

[Gregorius IX. *Agathenſi & Viicenſi Epiſcopis.* h ]

DIlecti filii conventus monaſterii ſancti G. *i* immediatè ad Ro. pertinentis eccleſiam, intimaverunt, quòd Abbas eorum ſentiens ſe inſufficientem oneri regiminis Abbatiæ, ceſſit in manibus eorundem: ipſi *k* quoque G. monachum ſancti Victoris elegerunt canonicè in Abbatem. [ 1 *& infrà.*] Cùm igitur dictus Abbas cedere ſine licentia noſtra nequiverit, nos tam electionem, quàm ceſſionem prædictas decernentes irritas & inanes, mandamus, quatenus Abbatem ipſum loco ſuo reſtitui faciatis: quo integrè reſtituto, vice noſtra recipiatis ceſſionem ipſius.

[ 1 *Supplicantes ut eorum parcentes laboribus & expenſis, electionem ipſorum faciamus in illis partibus confirmari.*]

a *Vid. l. ſi quis in conſcribendo. cum ibi not. C. de pact.* b *Dilectum, deeſt in antiquis.* c *al. ad quam.* d *Hoc caput ſubjiciebatur ſequenti, in antiq.* e *al. Apriculi.* f *qui.* g *Vide l. ſpurrius. de in jus voc. & l. ſi pœnituerit. de divort.* h *Falsò Gregorio IX. tribuitur, ſic autem reſtituenda eſt inſcriptio ex antiq. lib. Idem Agathenſ. & Nicen. Epiſc. & Archidiac. Agathenſ.* i *Vicholmu deſertis al. V.* k *In multis antiquis, ipſiq; G. S. Victoris ſibi elegerunt.*

## DE SVPPLENDA NEGLIGENTIA PRÆLATORVM.

### TITVLVS X.

### CAP. I.

*Si diœceſanus requiſitus benedicere nolit Ciſtercienſem Abbatem, ipſe monachos ſuos benedicere poterit.*

Alexander III. *Ciſtercienſibus.*

STatuimus præterea *a*, ut ſi Epiſcopus tertiò cum humilitate ac devotione (ſicut convenit) requiſitus, ſubſtitutos Abbates veſtros benedicere fortè renuerit: eisdem Abbatibus liceat proprios monachos benedicere, & alia, quæ ad officium hujuſmodi pertinent, exercere, donec ipſi Epiſcopi ſuam duriciam recogitent *b*, & Abbates benedicere non recuſent.

### CAP. II.

*Regulares in ſuos uſus convertere non poſſunt eccleſias, in quibus jus obtinent patronatus: & ſi intra tempus Lateranenſis concilii, quando vacant, non præſentent rectores ad eas, ſuperior ordinabit eaſdem.*

Clemens III. *c*

SIcut nobis *d* tua fraternitas intimavit, monachi quidam & canonici regulares eccleſias, quæ ad præſentationem eorum pertinent, in tuo epiſcopatu habentes, propriis uſibus deputare nituntur: nec volunt ad eas cùm vacaverint, vocare perſonas: quin potius occaſione conceſſionis quorundam Epiſcoporum, vicarios in eis pro ſua inſtituunt & deſtituunt voluntate, admiſſos ita penſionibus onerantes, quòd nec eccleſiis competenter poſſunt in paupertate nimia deſervire *e*, nec Epiſcopo in epiſcopalibus reſpondere, neque hoſpitalitatem (ſicut convenit) tranſeuntibus impertiri. Nolentes autem, ut ſtatus eccleſiæ debitus & antiquus, per inſolertiam *f* alicujus ſubvertatur: mandamus, quatenus (niſi à juriſdictione tua exemptæ ſint eccleſiæ ſupradictæ) prædictos exceſſus ſtudeas rationabiliter emendare. Et niſi prædictæ perſonæ intra tempus *g* Lateranenſis concilii conſtitutum, ad vacantes eccleſias tibi perſonas idoneas præſentaverint, extunc tibi liceat (adpellatione remota) in eisdem ordinare rectores, qui eis præeſſe noverint & prodeſſe, ita tamen quòd ex hoc nullum patronis præjudicium in poſterum generetur.

### CAP. III.

*Supplet ſuperior inferioris negligentiam in beneficiis conferendis, ſi tempus Lateranenſis concilii lapſum ſit: & collatio per inferiorem poſtea facta, non valet.*

Innocentius III.

LIcet magiſter *h* H. & R. procurator R. de ſancto *i* Cadimundo, ſuper Archidiaconatu Richemundiæ diutius litigaverint *diutius* coram nobis: [ 1 *& infrà.*] Ne igitur jus noſtrum negligere videamur, qui alios in ſua juſtitia confovemus: mandamus, quatenus

a *Cap. 1. eod. tit. in 2. compil.* b *Vide l. liberorum. §. 1. D. de iis qui not. inf. & l. chorus. §. fin. D. de leg. 3.* c *al. Cœleſtinus.* d *Ca. 2. eod. tit. in 2. compil.* e *Gloſſ. in l. ſocietatem. Pro ſoc. & Bald. in l. accepta. C. de uſur.* f *inſolentiam.* g *Conc. Lat. ſub Alex. III. cap. 8. Vide inf. de conceſſ. præb. c. ij.* h *cap. 3. eod. tit. in 4. compil.* i *Eadmundo.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſi vobis conſtiterit Archidiaconatum Richemundiæ vacaſſe per annum (tempore ſemeſtri, quo vel ad Archiepiſcopum, vel ad capitulum donatio pertinebat, non à vacatione, ſed à notitia computato) cùm pro eo, quòd Eboracen. Archiepiſcopus alium ſuperiorem non habet, ex tunc fuerat ad nos donatio devoluta, utrique ſuper eo ſilentium imponatis.

[ 1 *Tamen poſtmodum noſtris eſt auribus intimatum, quòd neutri fuerat conceſſus intra tempus in Lateranen. concilio definitum.*]

CAP. IV.

*Si is, ad quem ſpectas beneficii collatio, lapſo tempore Lateranenſis concilii conferat, non valet collatio, niſi de miſericordia toleretur.*

Idem *magiſtro P. de Caſtro novo, & R. monacho Fontis frigidi Apoſtolicæ ſedis legato.*

LIteras *a* veſtræ diſcretionis accepimus, quòd cùm in quibusdam eccleſiis legationi veſtræ ſubjectis quædam beneficia & dignitates tanto tempore vacaviſſent, quòd tam prælati, quàm capitula ſecundùm tenorem Lateranenſis *b* concilii eſſent jure inſtituendi privati: poſtquam adventus veſter innotuit, in beneficiis illis perſonas minus idoneas inſtituere præſumpſerunt: [ 1 *& infrà.*] Diſc.v. mandamus, quatenus ſi beneficia & dignitates noveritis perſonis idoneis adſignatas, & eas *c* de patientia permittatis ab ipſis pacificè poſſideri: alioquin perſonas amoventes prorſus ab ipſis, eas de perſonis idoneis auctoritate noſtra ſuffulti, non differatis quantocyus *d* ordinare.

[ 1 *Unde cùm receperitis conſilium à juriſperitis, ut tales inſtitutiones ab his quorum non intererat, & qui propria culpa jure inſtituendi ſe privaverant factas auc. ap. caſſaretis, in hoc noſtrum prius decreviſtis conſilium habere. Nos igitur.*]

CAP. V.

*Is, ad quem primo loco ſpectabat collatio beneficii, lapſo tempore Lateranenſis concilii, conferre non poterit.*

Idem *Epiſcopo Samo.* e

DIlecto filio P. ti. ſancti Marcellini *f* Presbytero cardi. S. & R. procuratoribus *dilectorum filiorum* P. & G. apud ſedem Apoſtolicam conſtitutis, auditore conceſſo. [ 1 *& infrà.*] Quia nobis conſtitit à Salamantino decano & ejus ſequacibus, poſt elapſum ſex menſium ſpacium, intra quod Epiſcopus & capitulum (prout communiter ſpectabat ad eos) procedere ad electionem cantoris neglexerant, electionem ſupradicti P. minus canonicè celebratam, eandem decernimus irritam & inanem: & appellationem à decano & ſuis fautoribus interpoſitam, factum Archiepiſcopi (ad quem jam erat eligendi auctoritas devoluta) nequiviſſe aliquatenus impedire. [ 2 *& infrà.*] Mandamus, quatenus niſi dicto G. aliquod canonicum obviet, electionem de ipſo factam, ſublato *g* appellationis obſtaculo, confirmetis.

[ 1 *Idem S. propoſuit coram eo, quòd cùm in Salamantin. eccleſia, in qua cantoris electio ad Epiſcopum & ad capitulum communiter pertinet, cantoria vacante Salamantinum capitulum, quia ſæpius Epiſcopum monuiſſet, ut ad celebrandam cantoris electionem, cum eo conveniret, eodem Epiſcopo in ſemeſtre tempus facere id negligente, capitulum cupiens uti jure ſuo in eccleſia memorata capitulo ſicut moris eſt.. dil. fi. P. ejuſdem loci canonicum in cantorem elegit, ne quid in ejuſdem electionis præjudicium fieret appellando, quam ſupradi. S. auc. ap. petiit confirmari, ac electionem quam ven. f. n. Compoſtolanus Archiepiſc. poſt app. hujuſmodi de G. clerico multis criminibus irretito, ac tunc temporis vinculo excommunicationis aſtricto, minus canonicè celebratam caſſari fecit. Dictus verò R. propoſuit ex adverſo quòd emerſo vi. menſium ſpacio, ita quod ad Epiſcopum & capitulum, cantoris electio pertinebat, decanus & quidam alii [illegible] mant. Epiſcopo Archid. & nonnullis aliis canonicis qui [illegible] aderant, in civitate inconſultis, non conſueta hora, nec in capitulo [illegible] xta morem, ſed in eccleſia potius quibuſdam Laicis [illegible] & inordinatè nimis eligere præſumpſerunt: & cum jam [illegible] chiepiſcopo qui eos propter hoc convocaverat, adire [illegible] buiſſent, ipſe intelligens auctoritatem eligendi, juxta Lateran. [illegible] ſtatutum ad ſe devolutam, ſupradictum G. in cantorem [illegible] eundem fecit de cantoria corporaliter inveſtiri. [illegible] tem Decanus & ſui complices nobis mentione de [illegible] gerendo, quòd Epiſcopus noluiſſet qui monitus ſæpius [illegible] ſes eligere noluerat, qui in eccleſia detrimentum [illegible] ab eodem Decano, cum majore parte capituli [illegible] liato, alium inſtituerat in cantorem ad Decanum Archid. & [illegible] chiepiſcopo. Abulen. noſtras literas impetravit, quarum [illegible] ſuprad. G. eiſdem inhibuit ne per prædictas literas procederent [illegible] tra eum, cùm in eiſdem de ſua electione facta per Archiepiſcopum nulla mentio haberetur, & tum propter hoc, tum [illegible] ma citatione ad loca remota, peremptoriè citatus [illegible] ſam quia judices quoſdam ex electorib. d. p. conſanguinitate [illegible] contingebant ad ſed. ap. appellarunt. ſed judices [illegible] lamantin. eccleſiam accedentes ſuprad. p. in cantoria [illegible] res ſervanda, contra juſtitiam induxerunt. Cùm igitur [illegible] & aliis coram eodem cardinali procuratores Epiſcopi [illegible] litigaſſent, & ipſo nobis fideliter retuliſſet quæ propoſita [illegible] ram ipſo.*]

[ 2 *Quia verò contra perſonam ipſius G. quædam [illegible] rant de quibus non potuit fieri plena fides.*]

---

DE TEMPORIBVS ORDINATIONVM, ET QVALITATE *a* ORDINANDORUM.

*TITVLVS XI.*

CAP. I.

*Diebus Dominicis, vel Sabbatho Pentecoſtes, ſacri ordines [illegible] lio, quàm Papa conferri non debent.*

Alexander III. [*Baton.*] *Epiſcopo.* b

SVbdiaconos *c* autem nulli niſi Romano Pontifici liceat diebus dominicis ordinare. Quamvis [illegible] crandi Deo dicatas virgines, & minores ordines [illegible] diebus habeant licentiam celebrandi. Sabbato [illegible] dem Pentecoſtes non liceat alicui ſacros ordines [illegible] re, cùm in ſequenti ſeptimana (recepta Spiritus ſancti gratia) celebrentur.

CAP. II.

*Non valet conſuetudo, quòd extra ſtatuta tempora [illegible] conferantur.*

Idem *Epiſcopo Herfurdenſi.* d

SAnè ſuper eo, quod moris eſſe dixiſti in eccleſiis quibusdam Scotiæ, verùm & *e* Valliæ in dedicationibus eccleſiarum vel altarium extra jejunia quatuor temporum clericos ad ſacros ordines promovere: [illegible] camus, quòd conſuetudo illa (utpote inſtitutioni eccleſiaſticæ inimica) eſt penitus improbanda: & [illegible] tudo & antiqua conſuetudo terræ eſſet, taliter [illegible] ti non deberent permitti in ſuſceptis ordinibus [illegible]

---

a *c. 2. eod. tit. in 4. compil.* b *ſub Alex. 3. c. 28.* c *al. eaſdem.* d *al. quanto citius.* e *al. Zamoren.* f *in multis antiquis Marcelli.* g *ſubmoto.*

a *al. & ordine præficiendorum.* b *al. Londonenſ. [illegible] non. al. Arth.* c *c. 1. eod. tit. in 1. compil. Poſt [illegible] lex. 3. p. 26. ca. 23.* d *al. Herfordienſi.* e *in vet. [illegible] lia. verum Vuallia provincia nomen in Britania [illegible] in 3. coll.*

ſtrare: nam apud nos ſic ordinati deponerentur, & ordinantes privarentur auctoritate ordinandi.

CAP. III.

*Minores ordines conferri poſſunt diebus feſtis. Sacri verò conferri debent in quatuor temporibus, vel Sabbatho ſancto, vel Sabbatho de paſſione.*

Idem *eidem.*

DE *a* eo autem, quòd quæſiviſti, an liceat extra jejunia quatuor temporum aliquos in oſtiarios *b*, lectores, exorciſtas, vel acolythos, aut etiam Subdiaconos promovere: Taliter reſpond. quòd licitum eſt Epiſcopis, dominicis & aliis feſtivis diebus, unum aut duos ad minores ordines promovere. Sed ad Subdiaconatum, niſi in quatuor temporibus, aut Sabbatho ſancto, vel Sabbatho ante dominicam de paſſione, nulli Epiſcoporum, præterquam Romano Pontifici, licet aliquos ordinare.

CAP. IV.

*Criminoſus occultus moneri poteſt, ne promoveatur ad ordines: ſed prohiberi non debet.*

Idem. *c*

EX tenore tuarum literarum *d* accepimus, quòd N. clericus adeò deliquit, quòd ſi peccatum ejus eſſet publicum, degradaretur *e* ab ordine quem ſuſcepit, & amplius non poſſet ad ſuperiores ordines promoveri. Verum quoniam peccatum ipſum fore occultum dixiſti, mandamus quatenus pœnitentiam ei condignam imponas, & ſuadeas, ut parte pœnitentiæ peracta, ordine ſuſcepto utatur: quo contentus exiſtens, ad ſuperiores amplius non aſcendat. Veruntamen quia peccatum occultum *f* eſt, ſi promoveri voluerit, eum non debes aliqua ratione prohibere.

CAP. V.

*Religioſus contra prohibitionem prælati ſui ordinari non debet.*

Lucius III. *Archiepiſc.* g *Turonenſi.*

AD aures *h* noſtras pervenit, quòd religioſi quidam ad ſuperiores deſiderant ordines promoveri, ſed prælati eorum deſideriis contradicunt. Tuæ igitur quæſtioni taliter reſpond. quòd honeſtius & tutius eſt ſubjectis debitam præpoſitis obedientiam impendendo in inferiori miniſterio deſervire, quam cum præpoſitorum ſcandalo, graduum adpetere dignitatem: nec eſt in hac parte ſubjectorum deſiderium confovendum: quoniam eſſe poteſt, quod prælati eorum commiſſa ſecreta noverint, ex quibus conſtat eis, quòd ſalva conſcientia nequeant ſublimari: quia non in ſublimitate graduum, ſed in amplitudine *i* charitatis, requiritur regnum Dei.

CAP. VI.

*Metropolitanus ab omnibus ſuffraganeis conſecratur. Suffraganeus verò à tribus, Metropolitano jubente.*

Idem. *k*

SI Archiepiſcopus *l* obierit, & alter fuerit ordinandus, omnes Epiſcopi ejuſdem provinciæ ad ſedem Metropolitanam conveniant, ut ab omnibus ordinetur. Reliqui verò comprovinciales Epiſcopi (ſi neceſſe fuerit) cæteris conſentientibus, à tribus juſſu Archiepiſcopi poterunt ordinari: ſed melius eſt, ſi ipſe cum omnibus eum, qui dignus eſt, elegerit, & cuncti pariter pontificem conſecraverint.

CAP. VII.

*Dicit idem quod in præcedenti.*

Ex concil. Arelaten. *a*

NEc Epiſcopi ſine Metropolitani permiſſu, nec Metropolitanus ſine tribus [vel duobus] Epiſcopis comprovincialibus præſumat Epiſcopum ordinare, ita ut alii Epiſcopi comprovinciales admoneantur epiſtolis, ut ſe ſuo reſponſo ſignificent conſenſiſſe. Quòd ſi inter partes aliqua dubitatio fuerit, majori numero Metropolitanus *in electione* conſentiat.

CAP. VIII.

*Ordinatus extra tempora, ſuſpenditur, donec diſpenſetur cum eo: & ordinans punitur.*

Vrbanus III. *Archiepiſcopo Piſano.*

CVm quidam: & infrà. Epiſcopum, qui die, quo non debuit, ordines celebravit, canonica diſciplina corrigere, & ordinatos à ſuſceptis ordinibus tamdiu reddere debes expertes, donec apud nos reſtitutionis gratiam conſequantur.

CAP. IX.

*Græci à Latinis ordinari non debent: nec econtrà, ſi in ritu ordinandi ſunt diverſi.*

Cœleſtinus III. *Hidronenſi* b *Archiepiſcopo.*

CVm ſecundùm *c* regulas eccleſiaſticas [1 *& infrà.*] Quia [verò] (ſicut dicitur) in partibus Calabriæ Latini à Græcis, & Græci à Latinis ſecundùm alterutrius inſtitutionis obſervantiam ordinantur, nolumus decætero commixtiones & conſuetudines rituum in ordinibus obſervari.

[1 *Et ſanctorum inſtituta pontificum ſ… i ſunt ordines in certis temporibus conferendi, quidam Græci Epiſcopi ritus ſui & conſuetudinis obſervantiam in Latinos clericos exercentes, eos ad ſacros ordines paſſim provehunt, qui non ſunt præterquam in iv. temporibus conferendi. Sanè ſicut præſentium latoris Io. relatione cognovimus, cùm ipſe à quodam domino cui ipſe ſervierat, & ut in capellæ ſua divina officia celebraret, cuidam Græco Epiſcopo foret præſentatus, idem Epiſcopus Cathamen eum in ſacerdotem promovit; quem poſtmodum diœceſ. Epiſcopus ab executione officii taliter ſuſcepti ordinis credidit ſuſpendendum: quæ utiq; conſuetudo conſuetudini eccleſiaſticæ inimica & deteſtabilis eſt & penitus improbanda, & niſi multitudo, & antiqua conſuetudo eſſet in cauſa, ſic ordinati non deberent permitti in ſuſceptis ordinibus miniſtrare: nam apud nos ſic ordinati deponerentur, & ordinantes auctoritate ordinandi de cenſura canonum privarentur. Verùm quia nos plenam de Græcorum obſervantia notitiam habere non poſſumus, nec eſt nobis certum utrum conſuetudo ſic ſe habeat.*]

CAP. X.

*Si monachus unius ordinis, in ſecundo ordine, ad quem tranſivit, recipit ſacerdotium, ad primum ordinem rediens, in eo liberè miniſtrabit.*

Innocentius III. *Abbati & conventui Cariloci.* d

EX parte *e* veſtra, noſtro fuit Apo. reſeratum, quòd quidam monachus veſter, ſe ad nigros monachos transferens, & habitum eorum aſſumens, ad ſacerdotii ordinem in ipſo habitu eſt promotus. Vnde quia dubitaſtis, utrum in aſſumpto taliter ordine, miniſtrare

a *Poſt conc. Later. ſub Alex. 3. part. 26. ca. 25. & ca. 3. eod. tit. in 1. compil.* b *Vide Magiſtr. ſent. lib. 4. diſt. 24. Adde conc. Tolet. ſeſſ. 23. de reſor. c. 2.* c *VV. Albanen. Epiſcop. in prima editione.* d *Poſt conc. Lateran. ſub Alex. iii. p. 50. c. 3. & ca. 5. eod. tit. in 1. comp.* e *Alias ita: à jam ſuſcepto ordine degradaretur.* f *Adde quando dicatur peccatum occultum & manifeſtum in l. cum fratrem. per Bald. C. de his quibus ut ind.* g *al. Turonenſi Archid.* h *Poſt concil. Lateran. ſub Alex. 3. p. 26. c. 21. & c. 4. eod. tit. in 1. compil.* i *plenitudine.* k *Burcha. l. 1. c. tribuit Aniceto, ut Ivo l. 3. tit. 2. c. 3. Pannor. Al. Aniceto, ut Ivo p. 1. c. 119. Decr.* l *Vide Anaclet. Pap. epi. 2. & Grat. diſt. 64. c. 1. 4. & diſt. 66. c. 1. & 1. canon. Apoſtol. & c. 9. in 1. compil. tit. de elect.*

a *Conc. Arelat. 2. c. 5. Burch. lib. 1. ca. 27. Ivo p. 5. c. 138. & c. 4. tit. de elect. in 1. compil. & concord. conc. Nicenum cap. 4. diſtinct. 64. can. 1. 7. & 8. apud Grat.* b *al. Hydrontin.* c *ca. 1. eod. tit. in 2. compil.* d *al. Rari loci.* e *ca. 2. eod. tit. in 3. comp.*

debeat: Mandamus, quatenus (niſi canonicum aliud obviet) ipſum monachum, officium ſacerdotis liberè exequi permittatis.

### CAP. XI.

*Si Græcus Epiſcopo Latino ſubjectus ordinatur ſine Latini licentia à Græco, interdicitur ſibi executio: Si verò de licentia, tunc toleratur.*

Idem *C. Presbytero a cardinali, apoſtol. ſed. legato.*

QVod *b* translationem pontificis: [ 1 *& infrà.*] Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd cùm clericus Græcus, Epiſcopo Latino ſubjectus à Græco pontifice ordinatur: niſi de mandato vel licentia ſui Epiſcopi fiat, interdicenda eſt ei ordinis executio ſic ſuſcepti, tanquam ab alieno pontifice ſine mandato vel licentia ſui Epiſcopi ordinato. Si verò de mandato vel licentia ſui præſulis, à Græco pontifice, ſecundùm morem Græcorum fuerit ordinatus, licet culpandus ſit Epiſcopus Latinus, qui clericos ſuos à Græco facit antiſtite ordinari, quamdiu tamen talis mos ab eccleſia toleratur, impediri non debet ab executione ordinum taliter ſuſceptorum.

[ 1 *Super eo verò quod nos conſulere voluiſti, quòd multi Græcorum clerici conſiſtentes, in diœceſibus Latinorum ab Epiſcopis Græcis non in quatuor temporibus, interdum omnes ordines ſimul, nonnunquam partem recipiunt, qui poſtmodum prohibentur à Latinis Epiſcopis celebrare.*]

### CAP. XII.

*Ordinatus à Papa, ſine licentia Papæ, ad ſuperiores ordines non promovetur.*

Idem *Mutinenſi Epiſcopo.* c

CVm *d* in diſtribuendis: & infrà. Meminimus à nobis fuiſſe ſimpliciter *e* poſtulatum, & clementer indultum, ut quia præfatus A. eccleſiæ Romanæ Subdiaconus erat, mandaremus ipſum per Bononienſem Epiſcopum promoveri.

### CAP. XIII.

*Duo ſacri ordines non poſſunt conferri eidem uno die, vel duobus continuato jejunio.*

Idem *eidem & magiſtro* f *H. Subdiacono noſtro.*

LIteras veſtras *g* recepimus ſuper inordinata ordinatione Immolenſis electi, quem Bonon. Epiſcopus præcedenti Sabbatho in Diaconum, & ſequenti die dominico (continuato jejunio) in Presbyterum ordinavit. In quo, quantum uterque deliquerit, evidenter intelligit, qui prudenter attendit. Si enim utrumq; ordinem eodem die conferre illi non licuit, pari non licuit ratione unum ordinem uno die, & alium *h* altero, (jejunio continuato) *i* conferri: cùm propter continuationem jejunii fictione canonica ſive manè diei dominicæ trahatur ad Sabbathum, ſive veſpera Sabbathi ad diem dominicam referatur, profectò manè cùm veſpera, ſeu veſpera cùm manè ad eundem diem pertinere dicetur. *k* nam ſi quantum ad hunc neceſſitatis articulum pertinet, manè ad unum diem, & veſpera referatur ad alium, cur eſſet continuatio jejunii neceſſaria, cùm & Sabbatho ante cœnam, & dominica ante prandium intelligantur eſſe jejuni.

Præfatum itaque Bonon. Epiſcopum (ut puniatur in quo deliquit) à collatione ordinum, Diaconii ſcilicet & Presbyterii, alterum verò ab executione officii ſacerdotalis tandiu volumus manere ſuſpenſos, donec [illegible] aliter diſponamus.

### CAP. XIV.

*Ordinans puerum tredecim annorum in Diaconum, ſuſpenditur à collatione ordinum: & ordinatus ab ipſius executione uſq; ad ætatem legitimam.*

Honorius III. *Epiſcopo & Archidiac. Legion.*

VEl non eſt compos *a* ſui Epiſcopus Conventren. [illegible] nimis videtur à ſe ſcientiam repuliſſe, qui M. [illegible] latorem præſentium adhuc *b* xiii. annorum contra ſacrorum canonum inſtituta inordinatè in Diaconum [illegible] citur ordinaſſe, in ludibrium ordinis clericalis. [ 1 [illegible]] Dignitati veſtræ mandamus, quatenus ſi rem inveneritis ita eſſe, prædictum Epiſcopum à collatione ordinum ſuſpendentes, ipſum ut eidem M. quem ab executione officii *c* Diaconi uſque ad ætatem legitimam in [illegible] ſuſpendimus ordinantis, provideat in eccleſiaſtico beneficio competenti, per cenſuram eccleſiaſticam compellatis.

[ 1 *Quod utiq; ſi nobis plenè conſtaret, quantumcunq; [illegible] promtiores ad veniam quàm ad debitam ultionem, qualiter hoc [illegible] garemus in ipſo, quòd ex pœna culpa notoria redderetur, & [illegible] ta ejus ignominia efficeret alios in ſimilibus cautiores. [illegible] autem hoc relinquere indiſcuſſum.*]

### CAP. XV.

*Epiſcopus conferens eidem una die plures ſacros ordines, [illegible] de mandato Metropolitani hoc fecerit, ab ordinandi poteſtate ſuſpenditur.*

Idem *Leton.* d *& Cal. ab.*

DIlectus *e* filius *f* G. Humilien. canonicus [illegible] dudum apoſtolatui reſeravit, quòd Humilien. eccleſia ſuo viduata paſtore, canonici ipſum [illegible] elegerunt: qui cùm eſſet circa ſacros ordines [illegible] tus, Archiepiſcopus *g* Caſſalenſ. metropolitanus [illegible] Epiſcopo Trecen. mandavit, ut eum uno & eodem die, ad tres ſacros ordines promoveret: quod ille (non [illegible] proprio, ſed *h* ipſius Archiepiſcopi mandato) [illegible] Cùm ergo nobis conſtiterit ſupradictum Epiſcopum [illegible] pluribus deliquiſſe, tum quia ſine mandato Archiepiſcopi (ut ipſe confeſſus extitit) ad hujuſmodi ordinationem inordinatè proceſſit: tum quia ſi de mandato Archiepiſcopi conſtaret, cùm illi hujuſmodi diſpenſatio [illegible] none minimè ſit permiſſa, ipſi obtemperare non [illegible] bet in hac parte: tum etiam quia reatum perjurii [illegible] variavit, jurando priùs, quòd Archiepiſcopus id [illegible] rat, & poſtea quòd illud non mandaverat in judicio [illegible] fitendum: ipſum tamdiu ab ordinandi ſuſpendimus poteſtate, donec noſtram meruerit gratiam [illegible] re.

### CAP. XVI.

*Ordinatus ad ſacros extra tempora ſtatuta, ordinem [illegible] poſt pœnitentiam cum eo diſpenſat Epiſcopus.*

Gregorius IX. *Archiepiſcopo Bracarenſi.*

COnſultationi tuæ taliter reſpond. quòd eos, qui extra tempora ſtatuta ſacros ordines receperunt, characterem non eſt dubium recepiſſe: quos pro tranſgreſſione hujuſmodi (primò eis pœnitentia impoſita competenti.) ſuſtinere poteris in ſuſceptis ordinibus miniſtrare.

### CAP. XVII.

*Occultus crimino ſus, præter homicidam, poſt pœnitentiam [illegible]*

---

a *Idem C. titulo S. Laurentii Presbytero, &c. ut eſt in 3. compil. & in c. 3. ſup. de uſu & auctoritate pall.* b *C. 3. eod. tit. in 3. compil.* c *& Magiſtro Vberto. ut eſt in 3. compil.* d *C. 4. eod. tit. in 3. compil.* e *humiliter.* f *Huberto canon. Modecienſi, al. H. Theologo noſtro, Modocien. canonico.* g *Ca. 5. eod. tit. in 3. compil.* h *Alias ita: & alium in alio.* i *Vide Gloſſ. l. 1. in verbo, ſeparatim. De uſufr. acc. & Inſtit. de leg. §. ſi in eadem. in glo.* k *Vide l. Titius. & ibi Bart. de lib. & poſt. & in l. hac verba. De verb. ſig.*

a *Nota ex hoc textu, quòd per opera alicujus [illegible] tio mentis ejuſdem.* b *vet. xii.* c *al. Diaconus.* d *al. [illegible] nenſ. & Salabrienſ. abb. al. Leon. & Salebrienſ. abb. Al. [illegible] Sal. abb. Al. de Leom. & Sabbar. abbatib.* e *[illegible] compil.* f *omnes manuſcr. ita ferè habent. [illegible] milit.* g *Calacenſ.* h *C. Barbata: ſed ipſ. Archiep. ut [illegible] confeſſus extitit mandato.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*tiam, in ſuſceptis miniſtrat, & ad ſuperiores aſcendit : ante pœnitentiam monetur, ut etiam in ſuſceptis non miniſtret.*

Idem.

QVæſitum eſt de ſacerdotibus, vel aliis clericis, qui per *a* reatum adulterii, perjurii, homicidii, vel falſi teſtimonii, bonum conſcientiæ rectæ perdiderunt : & ſi. Reſpondemus, quòd ſi propoſita crimina ordine judiciario comprobata, vel aliàs notoria non fuerint, non debent hi (præter *b* reos homicidii) poſt pœnitentiam *c* in jam ſuſceptis, vel ſuſcipiendis ordinibus impediri : qui ſi non pœnituerint, monendi ſunt, & ſub interminatione divini judicii obteſtandi, ut in teſtimonium ſuæ damnationis, in ſuſceptis etiam ordinibus non miniſtrent.

## DE SCRVTINIO IN ORDINE *d* FACIENDO.

### TITVLVS XII.

### CAP. I.

*Epiſcopus interrogatus in ſcrutinio Epiſcopi ordinandi, poteſt reſpondere illum dignum, ſi non novit illum indignum.*

EX parte *e* tua fuit propoſitum [ 1 & ỹ.] F. t. t. reſ. quòd cùm aliquem in Diaconum vel Presbyterum promovemus, prior Diaconorum, qui nobis adſiſtit, dicit : Poſtulat ſancta mater eccleſia hunc Diaconum vel Subdiaconum, ad onus presbyteratus vel diaconatus aſſumi : & nobis interrogantibus, ſi eum cognoverit eſſe dignum, idem reſpondet, quòd quantum humana fragilitas noſſe ſinit, & ſcit, & teſtificatur illum ad hujuſmodi onus officii eſſe dignum. Vnde in tali reſponſione aliquem peccare non credimus, dummodo contra conſcientiam nõ loquatur *f*: quia non ſimpliciter illum adſerit eſſe dignum, ſed in quantũ humana fragilitas noſſe ſinit : cùm illum, quem indignum eſſe non novit, dignum debeat æſtimare. Hujuſmodi ergo reſponſione ſecurè uti poterit, niſi forte de indignitate tibi conſtiterit conſecrandi. Si autem illum indignum eſſe cognoſcis, metropolitano (prius quàm ad hujuſmodi ſcrutinium veniatur) ſecretè ſtudeas nunciare, vel intimare *g*: quamvis nos interrogationem hujuſmodi non in conſecratione Pontificis, ſed in ordinatione Diaconi vel Presbyteri faciamus.

[ 1 *Quæſiſti præterea per ſe. ap. edoceri, cùm Epiſcopi ad conſecrationes Epiſcoporum ab Archiepiſcopo vel etiam ab alio evocentur, & ipſi electum metropolitano offerant conſecrandum, dicentes, Reverende pater, poſtulat ſancta mater eccleſia hunc electum in Epiſcopum conſecrari, & interrogante Archiepiſcopo ſi ſciant illum eſſe dignum, reſpondeant quod illum ſciunt & credunt pariter eſſe dignum, & te in reſponſione hujuſmodi, ne offenderes hominem, Deum exiſtimas offendiſſe quandoq; præter, quandoq; contra conſcientiam reſpondens, cùm electi converſatio aut minus tibi cognita aut penitus ignota, qualiter in hujuſmodi intterogationibus ſecura conſcientia valeas reſpondere. ad quod.*]

## DE ORDINATIS AB EPISCOPO, QVI RENVNCIAVIT EPISCOPATVI. *h*

### TITVLVS. XIII.

### CAP. I.

*Epiſcopus qui renuntiavit loco tantùm civitatis, conferre poteſt ordines ſicut prius. Si verò & dignitati, cum ordinato per eum ad minores, vel ignoranter ad ſacros diſpenſat Epiſcopus ſuus; cum inordinato verò, ſcienter ad ſacros non diſpenſat.*

Alexander III. *Toletano Archiepiſcopo.*

REquiſivit *a* à nobis tua fraternitas, utrum clerici, qui poſt renunciationem *b* factam à prædeceſſore tuo ordines receperunt, in ipſis debeant remanere [ 1 & ỹ.] Reſpondemus igitur diſtinguendo, utrum renunciavit loco tantùm, an loco ſimul & dignitati. Nam in primo caſu ordines (ſicut antea) rogatus ab Epiſcopo aliquo, poterit de ratione conferre. In ſecundo verò caſu, diſtinguendum putamus, utrum ſacros *c* contulerit, an minores. Si enim à tali ordines uſque ad Subdiac. aliquis acceperit, quia & hujuſmodi ordines à non Epiſcopis quandoque conferuntur, & in illis deſervire poterit, & ad majores (ſi idoneus fuerit) promoveri. Sanè ſi ab eodem ſacros ordines ſcienter quis receperit, quia indignum ſe fecit, executionem officii non habebit, ubi autem non ſcienter *d*, poterit ( niſi craſſa & ſupina fuerit ignorantia) diſcretus pontifex diſpenſare.

[ 1 *Aut ad majores de jure canonum promoveri. Nos igitur quia nobis non plenariè de veritate conſtat, non poſſumus ſuper hoc breviter reſpondere.*]

### CAP. II.

*Breve eſt.*

Gregorius IX.

CVm clericis, qui ab excommunicato Epiſcopo ignoranter ordines receperunt, per ſuos poterit Epiſcopos diſpenſari.

## DE ÆTATE, ET *e* QVALITATE, ET ORDINE PRÆFICIENDORVM.

### TITVLVS XIV.

### CAP. I.

*Non ſummatur.*

Ex concilio Pictavenſi. *c. decrevit.*

VT Abbates, *f* Decani & præpoſiti, qui Presbyteri non ſunt, Presbyteri fiant, qui Archidiaconatus tenent, Diaconi : qui verò Archipresbyteratus, Presbyteri *fiant*, aut amittant honorem. Quòd ſi aliqua juſta cauſa prohibente Presbyteri aut Diaconi eſſe non potuerint, prælationes amittant.

### CAP. II.

*Eccleſia diſpenſativè minori conceſſa, non per laicos, ſed per clericos regi debet, donec ille perveniat ad ætatem.*

Alexander III. *Cantuarienſi Archiepiſcopo.*

EX *g* ratione : [ 1 & ỹ. ] Accepimus *autem* quòd *h* Conventren. Epiſcopus, pueris, qui ſunt intra decennium conſtituti, in archidiaconatu R. Archidiac. Ciſtren. *i* eccleſias plures conceſſit, quæ non per clericos, ſed per laicos diſponuntur. Vnde quoniam non debet hoc aliquatenus tolerari : mandamus, quatenus prædictum Epiſcopum ſuper his corripias, & clericis idoneis adminiſtrationes, & cuſtodiam præſcriptarum eccleſiarum, donec prædicti pueri ad congruam veniant ætatem (laicis amotis) committas. Eidem Epiſcopo prohibens, ne de cætero eccleſias, niſi perſonis, quæ ætatem & ſcientiam habeant, regendas concedat. Quòd ſi ſecus egerit, ei debitam pœnam infligens, inſtitutionem & conceſſionem ipſius, omninò *k* viribus carere decernas.

---

a *al. propter.* b *Gloſſ. in verbo homicidium, in authent. de* ... c *al. ita: poſt pœnitentiam injunctam.* d *al. in ordinibus.* e *c. 1. De ſcrut. fac. in 3. compil.* f *Vide l. Presbyteros, cum m. C. de his qui ad eccl. confug.* g *In omnib. manuſcr. deſunt hæc 2. verba.* h *In nonnullis antiquis ita : renunciante Epiſcopatum: & in multis habetur hic tit. De reordinatis ab Epiſcopo qui renunciavit epiſcopatus, vel excommunicato.*

a *Poſt conc. Lateran. ſub Alex. III. part. 26. c. 18. & c. un. eod. tit. in comp.* b *al. reſignationem in uno.* c *In C. Bart. ſacros ordines &c.* d *Vid. l. indebiti. C. de cond. indebiti. l. ſed & ſi quis. §. fin. ff. ſi quis caution.* e *Al. qualitate ordinandorum & ordine, &c.* f *Cap. 1. eod. tit. in 1. compil.* g *Ca. 3. eod. tit. in 1. compil. & poſt conc. Lateran. ſub Alex. III. p. 25. c. 1.* h *Eboracenſis.* i *Ceſtrenſis.* k *In quibuſdam impreſſis legitur, omnibus : ſed in manuſcr. omninò.*

*[ 1 Tibi commiſſa dignitatis, & conſideratione legationis, ad univerſas eccleſias tua legationis aciem ſolicitudinis tua extendere debes: & qua enormiter ſeu contra juſtitiam facta fuerint, paſtorali cura corrigere & emendare, quatenus de commiſſis ovibus coram patrefamiliàs plenam reddere rationem, & tibi pro labore & ſolicitudine tua merces copioſa cumuletur in cœlis.*

## CAP. III.

*Regimen eccleſia minori xiv. annis committi non debet.*

Idem *Cantuarien. Archiepiſcopo, & ejus ſuffraganeis.*

INdecorum *a* eſt, ut hi debeant eccleſias regere, qui non noverunt gubernare *b* ſeipſos: cùm ad eccleſiarum regimen tales perſonæ ſint admittendæ, quæ diſcretione præemineant, & morum fulgeant honeſtate. Nolentes itaque ſuſtinere, ut parvulis eccleſiæ regimen committatur: mandamus, quatenus nemini intra annum xiv. conſtituto perſonatum cujuslibet eccleſiæ concedere præſumatis: Sciturі pro certò, quòd ſi contraire præſumpſeritis, quod inde feceritis, irritabimus, & inobedientiam veſtram graviter puniemus.

## CAP. IV.

*Ad regimen eccleſiarum non debet inſtitui indignus ſcientia, moribus, vel ætate: & qui habet duas eccleſias, alteram dimittere cogitur, niſi cauſa ſubſit.*

Idem.

EAm te *c* decet: [ 1 & ȷ̄. ] Arctius inhibemus, ne perſonas, qui in eccleſiis tui epiſcopatus ad curam animarum fuerunt ordinandæ, in ipſis inſtituas, nec aliqua occaſione vel etiam literarum noſtrarum obtentu inſtitui patiaris, quæ ſcientia, moribus, & ætate, concilii non congruant inſtitutis. Sed etiam habentes plures eccleſias, quæ ex uno non pendeant, tibi liceat app. poſtpoſita cogere ad unam ipſarum, quam maluerint, dimittendam, niſi ita fuerint tenues in ſubſtantia, quòd proprios ſacerdotes non poſſint convenienter alere. *d*

*[ 1 In ordinandis eccleſiis tua diœceſis curam habere, ne ullus in eis contra decreta qua in Lateran. conc. edidimus, vel etiam contra antiquas ſacrorum canonum ſanctiones clericus ordinetur, ſed tales in ipſis ſatagas ponere, qui commiſſi ſibi gregis curam commodè gerere poſſint, & exemplo boni operis ad virtutes alios invitent. Inde eſt quòd præſentibus literis tibi.]*

## CAP. V.

*Is qui nondum eſt in ſacris, ſi aliàs eſt idoneus, ad regimen parœcialis eccleſia diſpenſativè poteſt adſumi.*

Idem. *e*

PRæterea *f* licet ad *g* regimen parœcialis eccleſiæ non debeat aliquis, niſi Subdiaconus ſit ad minus, admitti. Diſpenſativè tamen in minoribus ordinibus conſtituti conſueverunt *h* adſumi. Dum tamen tales ſint quòd infra breve tempus poſſunt in Presbyteros ordinari.

## CAP. VI.

*Propter neceſſitatem & utilitatem eccleſia, compelluntur clerici ipſius recipere ordines, ſuis beneficiis non adnexos.*

Idem. *i*

QVæris à nobis, quid agendum ſit de clericis tuæ juriſdictioni commiſſis, qui cùm beneficiis eccleſiaſticis *k* multis abundent, à te commoniti nolunt ad majores *l* ordines promoveri, ſe tale *m* quid ſecretò commiſiſſe dicentes, quod eos ſalva conſcientia ordinari non ſinit. Cùm igitur ſuper hoc caſu videantur ſacri canones diſcordare (cùm quidam dicant eos minimè compellendos, alii verò contrarium *a* adſeverent) omnis contrarietatis vinculum præſenti pagina enodamus.

Statuentes, ut ſi prædicti clerici perceptione majorum ordinum propter occulta ſua peccata ſe indignos eſſe fatentur, inferiores in eccleſia, quorum ſit vita probabilis, præferantur eisdem. Et niſi fortè illi, qui ordinari pro jam dicta cauſa recuſant, in aliis eccleſiæ ſervitiis valde utiles fuerint, auferantur eis beneficia, & aliis canonicè conferantur. Quòd ſi pro ſola voluntate renuerint ordinari, & ſuaſerit utilitas eccleſiæ aut neceſſitas, ipſos (dummodo idonei ſint) ad majores ordines recipiendos, per amiſſionem locorum, & beneficiorum ſubtractionem appellatione ceſſante compellas.

## CAP. VII.

*Eventus mortalitatis infirmi, non impedit promoveri eum medicum peritum, ſolicitum, & traditiones artis obſervantem.*

Clemens III. *R. canonico.* b

AD aures *c* noſtras te ſignificante pervenit, quòd cùm in arte Phyſica eruditus ſis, pluribus juxta ipſius artis traditionem exhibuiſti cum diligentia medicinam, licet pluries in contrarium ſucceſſerit: & quibus petitis adhibere medelam, medicinis perceptis, mortis periculum incurrerunt: verùm quia ad ſacros ordines deſideras promoveri, ſuper eo nos conſulere voluiſti. Tibi breviter reſpon. quòd ſi ſuper præmiſſis, conſcientia tua te remordeat, ad majores ordines de noſtro conſilio non aſcendas.

## CAP. VIII.

*Qui ſtetit per annum in ſuſpenſione, privatur beneficio, quod prius habebat, & quod interim acquiſivit.*

Celeſtinus III.

CVm bonæ *e* memoriæ Clemens Papa præ. n. I. Baren. & quosdam alios Baran. clericos vocaviſſet, ut ad præſentiam ipſius accederent, H. archi. ſuo, quem graviter læſerant, reſponſuri: quia venire juxta mandatum Apoſtolicum contempſerunt, in eos fecit ſententiam ſuſpenſionis promulgari: in quadriennio *f* permanentes, quidam ex ipſis ſuſpenſi aliud beneficium eccleſiaſticum ſunt adepti. Et quia utrum beneficia ſic recepta poſſint rationabiliter retinere, nos conſulere voluiſti.

Reſpondemus, quòd non licet eis illa, quæ habebant beneficia, vel quæ poſtmodum ſunt adepti, aliquatenus retinere. Vnde Baranen. Archiepiſcopo dedimus in mandatis, ut eos pro tanta pertinacia, & contemptu Apoſtolico *g*, beneficiis quæ habent, non differas ſpoliare.

## CAP. IX.

*Subdiaconus in Epiſcopum eligi poteſt.*

Innocentius III. *Mutinenſi Epiſcopo.*

A Multis multoties an Subdiaconus in Epiſcopum eligi valeat hæſitatur. Si quidem Vrbanus Papa primus *h* decrevit, ut nullus in Epiſcopum, niſi in ſacris ordinibus religiosè vivens inventus fuerit, eligatur. Sacros (inquit) ordines diaconatum dicimus, & Presbyteratum: hos ſiquidem ſolos primitiva eccleſia legitur

a *Cap. 4. eod. tit. in 1. compil. & poſt conc. Lateranen. par. 25. c. 1.* b *Vi. l. omnes. C. de his qui ven. at. impe. & in l. fi. C. de juriſd. om. jud.* c *Cap. 5. eod. tit. in 1. compil.* d *In antiquis legitur, habere.* e *Exonienſi Epiſcopo.* f *Cap. 6. eod. tit. in 1. compilat.* g *al. presbyteratum.* h *al. admitti.* i *Brigien. Epiſcopo, al. Bragan.* k *multum, in omnibus manuſcr.* l *Al. ſacros.* m *Vt verbi gratia homagium vel ſimoniam in ordin.*

a *Al. aſſeverant.* b *al. Cantori. R. Canonico Cremonenſ.* c *Cap. 2. eod. tit. in 2. compil.* d *In antiquis exemplar. quod in arte p. er. pluri b. juxta ipſ. artis traditiones.* e *Cap. 3. eod. tit. in 2. compil.* f *factum narrat, quia idem ſi per annum ſuſpen.* g *Vide l. 1. Si quis jus dic. non obt. & l. 1. ff. de poſtu. 90. diſt. ſi quis extra.* h *Extat diſt. 60. ca. nullus in Epiſc. vide Pam. lib. ſ. tit. de elect. ſum. pontif. c. 3.*

habuiſſe

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[illegible] Subdiaconis verò (quia etiam ipſi miniſtrant altaribus) opportunitate exigente concedimus in Epiſcopos eligi, ſi tamen *a* præclaræ ſcientiæ, ac religionis exiſtant, quod ipſum non ſine Romani pontific. vel Metropolitani licentia fieri permittimus. In quibus verbis innuitur, quod Vrbanus ad ſtatum primitivæ eccleſiæ ſe referens (in quo ſubdiaconatus ordo ſacer minimè dicebatur) inſtituit, ut de Subdiacono (niſi utilitatis cauſa, & tunc etiam de permiſſione Metropolitani, vel Romani Pontificis) non poſſit electio celebrari. Verùm cùm hodie ſubdiaconatus inter ſacros ordines computetur, ſicut Vrbanus Papa II. ſub his verbis *b* expreſſit. Erubeſcant impii, & intelligant judicio Spiritus Sancti eos, qui in ſacris ordinibus presbyteratu, diaconatu, ſubdiaconatu ſunt poſiti, ſi caſtè non vixerint, excludendos ab omni eorundem graduum dignitate. Et iterum. *c* Nemo ad ſacrum ordinem permittatur accedere, niſi aut virgo, aut probatæ caſtitatis exiſtat, & qui uſque ad ſubdiaconatum unicam, & virginem habuit uxorem. Et ad ſimilitudinem Diaconi & Presbyteri Subdiaconus debet continentiam obſervare: ſicut & in ſexta ſynodo *d* conſtitutum eſt, ut *e* ſi quis eorum, qui ad clerum accedunt, nuptiali jure mulieri voluerit copulari, hoc ante ſubdiaconatus ordinem faciat. Et beatus *f* Gregorius ſtatuiſſe legitur, ut nullum facere ſubdiaco. præſumant Epiſcopi, niſi qui ſe caſtè victurum promiſerit *g*. Nos volentes ſuper hoc articulo diſceptationis materiam amputare, ſtatuimus, ut Subdiaconus in Epiſcopum valeat liberè eligi, ſicut Diaconus vel Sacerdos.

## CAP. X.

*Irregularis, & in minoribus poteſt diſpenſativè in Abbatem inſtitui.*

Idem *tit. S. Crucis Presbytero Cardinali.*

Tuam in Domino diligentiam commendamus, quam ſuper monaſterio ſancti Quirici reformando dignoſceris adhibere. Mandamus, quatenus ſi non potes eidem monaſterio de perſona idonea melius providere, in monachum illum, quem literis tuis de honeſtate ac induſtria commendaſti, per quem ſtatus ejuſdem loci creditur reformandus (nullum prorſus habens reſpectum ad petitionem illicitam, quam quidam laici faciebant, ſed eius duntaxat proviſionis officio) inſtituas in Abbatem: ita videlicet, quòd ad ſacros ordines non aſcendat: cum inſtante neceſſitatis articulo poſſit in Abbatem aſſumi, etiam in minoribus ordinibus conſtitutus, & laici memorati non ſint conſanguinitate, vel affinitate conjuncti monacho memorato, ut ex ipſorum petitione debeat contra eum aliqua ſiniſtra ſuſpicio ſuboriri.

## CAP. XI.

*Abbas, ſi eſt Presbyter, & eſt benedictus, conferre poteſt ordinem clericalem.*

Idem *Rothomagen. Archiepiſcopo.*

Cùm contingat *i* interdum, quòd laici ad monaſteria convolantes, à ſuis Abbatibus tonſurentur: quæſiſti, an clericatus ordo in tonſura hujuſmodi conferatur. Super hoc tibi t. reſpon. quòd cùm in 7. ſynodo ſit ſtatutum *k*, ut lectores per manus impoſitionem licentia ſit unicuique Abbati in proprio monaſterio ſolummodo faciendi, dummodo ipſis ab Epiſcopo (ſecundùm morem præficiendorum Abbatum) manus impoſitio facta noſcatur, & conſtet eum exiſtere ſacerdotem: per primam tonſuram, juxta formam eccleſiæ datam, à talibus clericalis ordo confertur.

## CAP. XII.

*Si canonicus regularis factus monachus, juſta de cauſa ad canonicam reverſus, ibi poſtea præficiatur, licitè tenere poterit prælaturam.*

Idem.

Intelleximus *a* quòd cùm in monaſterio tuo fueris laudabiliter converſatus, ad monaſterium ſancti Innocentii talis ordinis acceſſiſti: ubi cùm aliquandiu in ipſo ordine permanſiſſes, demum ad cor reverſus, de Metropolitani & aliorum conſilio ad primam domum redire curaſti: in qua tandem ſub regularis obſervantiæ diſciplina taliter Deo & hominibus placuiſti, quòd per tuorum exigentiam meritorum fratres tui præfecerunt te unanimiter in Abbatem. Ne igitur occaſione moræ, quam in præſcripto monaſterio contraxiſti (quaſi conſcientia tua te remordeat) in ſuſceptæ adminiſtrationis cura tepeſcas, attendens quòd cautum eſt in canone, *b* ne quis canonicus regularis, niſi fortè publicè lapſus ſit (quod abſit) efficiatur monachus: & ſi factus fuerit, ad canonicatus ordinem revertatur, ultimus in choro manendo, cucullam ad memoriam delaturus.

Diſcretioni veſtræ *c* mandamus, quatenus circa curam tibi commiſſam ſolicitudinem exercere ſtudeas indefeſſam, & taliter ſequentia bona continuare prioribus, quòd dignum à Deo poſſis meritum expectate.

## CAP. XIII.

*Ordinatus ad ſacros ſine titulo, ab ordinatore juſtè petit beneficium.*

Idem.

Accepimus *d*, te noſtris auribus intimante, quòd quidam clerici, qui ad ſacros ordines ſine titulo ſunt promoti, te ad eccleſiam Bracaren. ſuper beneficiis obtinendis infeſtant: [ 1 & infrà.] Licet igitur in ordinationibus clericorum illam tu ac prædeceſſores tui diligentiam debueritis adhibere, ut minus idonei non ordinarentur à vobis, ac ideò poſt promotionem eorum exceptionem nõ poteris prætendere contra illos, niſi fortè poſtquam promoti fuerint, reddiderint ſe indignos: ex ſuperabundanti tamen quando ſcribere pro talibus nos oportet, facimus in literis noſtris apponi, ut ſi ordinatus, pro quo ſcribimus, idoneus habeatur, & eccleſiaſtico beneficio non indignus, ei ab ordinatore vel ſucceſſore ipſius competens beneficium tribuatur: cùm & ſi tecum de jure agere vellemus, te poſſemus meritò ad proviſionem eorum compellere, quos à te vel prædeceſſoribus tuis ordinatos fuiſſe conſtaret, eò præſertim quòd ad obtinendum eccleſiaſticum beneficium eos debes idoneos reputare, quos ad ordines ſuſcepiſti. Vnde graviter ſuſtinere non debes, ſed nobis potius devotè inclinare teneris, ſi illos examinari per alios facimus, quos ſine examinatione non credimus ordinatos, antequam ad proviſionem eorum te compellere velimus. Mandamus igitur, quatenus eis, pro quibus te contigerit recipere noſtra mandata in forma communi, in majori eccleſia, vel aliis diœceſibus Bracaren. providere non tardes. *e* Exceptiones autem, ſi quas contra tales propoſueris, præcipimus audiendas.

[ 1 *Quibus etiam de cunctis reditibus eccleſiæ tuæ tunc com-*

a [illegible]. b *Refertur etiam in Pann. l. 3. tit. de cont. cler. cap.* [illegible]. c *32. diſt. cap. nemo. & Pannor. ibid. ca. 104.* d *32. diſt.* [illegible]. e *Cap. 6. & Pann. ibid.* f *l. 1. epiſt. 42. ad* [illegible] *Siciliæ.* g *Vide 32. diſ. ante triennium.* [illegible] *cum not. per Bart. §. utrum placuiſſet. d. origine ju-* [illegible] *informandus.* i *c. 1. eo. tit. in 4. comp.* k *diſt. 69.* [illegible]

a *Cap. 2. eod. tit. de qualitate ord. in 4. compil.* b *19. q. 3 mandamus.* c *In Cod. Barb. ita, Diſcre. tua taliter reſpondemus, quocirca, &c.* d *Cap. 3. eod. tit. de qualit. ord. in 4. compilatione.* e *Vide l. ſi cui fundus. ff. de fun. inſtruct. & l. illi cum illo. ff. de uſufr. lega.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*modè miniſtrare non poſſet, præſertim cùm mandemus eiſdem in eccleſiis provideri, qui nec meritis, neq; ſcientia, aut etiam in parochialibus eccleſiaſtica beneficia promerentur, ne dum in eccleſia Bracarenſi, quorum vita & ſcientia nobis eſt penitus ignorata: de quibus ſi certitudinem haberemus, nec in majoribus eccleſiis ei, nec in minoribus præciperemus provideri, & licet idoneis in tuis capellis & in aliis parochialibus eccleſiis extra civitatem velut juxta mandatum Apoſtolicum providere, cùm omnibus in majori providere non poſſis: ipſi tamen proviſionem in eccleſiis eiſdem recipere inde dignantur. Iudices quoq; & monitores ſeu executores ad quos literas noſtras deportant, exceptiones tuas legitimas, quas in eorum proponis præſentia, non admittunt, unde poſtulabas à nobis, ut tibi provideremus benignius in hac parte.*

### CAP. XIV.

*Minus idoneus in ſacerdotem promoveri vel ad regimen animarum aſſumi non debet.*

Idem *in concilio generali.* a

CVm ſit ars *b* artium regimen animarum, diſtrictè præcipimus, ut Epiſcopi promovendos [in] ſacerdotes diligenter inſtruant & informent, vel per ſeipſos, vel per alios idoneos viros ſuper divinis officiis eccleſiaſticisque ſacramentis, qualiter ea ritè valeant celebrare. Quoniam ſi de cætero rudes & ignaros ordinare præſumpſerint, (quod quidem facilè poterit deprehendi) & ordinatores & ordinatos ultioni gravi decernimus ſubjacere. Sanctius *c* enim eſt (in ordinatione maximè *d* ſacerdotum) paucos bonos, quàm multos malos habere miniſtros: quia ſi cæcus cæcum ducit, ambo in foveam *e* dilabuntur.

### CAP. XV.

*Defectus ſcientiæ dejicit jam promotum.*

Honorius tertius, *capitulo Bremen.* f

QVamvis multa propoſita fuerint contra Epiſcopum Calinenſem, quia tamen confeſſus eſt coram nobis, ſe nunquam de Grammatica didiciſſe, nec etiam legiſſe Donatum, & per evidentiam facti uſque adeò de illiteratura & inſufficientia ſua conſtat, quòd contra Deum eſſet & canonicas ſanctiones, tantum in Epiſcopo tolerare defectum, ipſum à pontificalis officii executione, & ab adminiſtratione *g* Calinen. eccleſiæ penitus duximus amovendum.

## DE SACRA VNCTIONE.

## *TITVLVS XV.*

### CAP. I.

*Eccleſia Græcorum in ordinationibus & conſecrationibus ſervare debet unctiones, quas ſervat eccleſia Romana. Epiſcopus autem cùm conſecra..., inungitur chriſmate in capite & manibus: quod ſi fuerit prætermiſſum, per tres Epiſcopos eſt ſupplendum.*

Innocentius tertius. *h*

CVm *i* veniſſet ad Apoſtolicam ſedem *k* [Bracarenſis Epiſcopus, qui in conſecratione ſua ſanctam non acceperat unctionem, quoniam apud vos non conſueverunt pontifices cùm conſecrantur inungi, nos quod illi defuerat, mandavimus in ipſo ſuppleri, facientes caput ejus & manus per Alban. Epiſcopum, (adſiſtentibus ei duobus Epiſcopis, ſecundùm morem eccleſiaſticum) ſacro chriſmate deliniri: [*& infra.*] Scire te volumus duas eſſe ſpecies unctionis: exteriorem, quæ materialis eſt, & viſibilis: & interiorem quæ ſpiritualis eſt & inviſibilis. Exteriore viſibiliter inungitur corpus, interiore inviſibiliter inungitur cor. De prima Iacobus Apoſtolus ait: Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros eccleſiæ, & orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei ſalvabit infirmum. De ſecunda Ioannes Apoſtolus ait: Vnctionem, quam accepiſtis ab eo, maneat in vobis: & non neceſſe habetis, ut aliquis doceat vos, ſed ſicut unctio ejus docet, de *a* omnibus. Vnctio viſibilis & exterior, ſignum eſt interioris & inviſibilis unctionis. Vnctio verò inviſibilis, & interior, non ſolùm eſt ſignum, ſed etiam ſacramentum: quia ſi dignè ſumitur, vel agit, vel auget abſque dubio quod deſignat. Ad exhibendum autem exteriorem & viſibilem unctionem, benedicitur oleum, quod dicitur catechumenorum vel infirmorum: & conficitur chriſma, quod ex oleo fit & balſamo, myſtica ratione. Per oleum enim nitor conſcientiæ deſignatur: juxta quod legitur: Prudentes *b* virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus. Per balſamum, odor *bonæ* famæ exprimitur: propter quod dicitur *c*: Sicut balſamum aromatizans, odorem dedi. Hoc ergo chriſmate ungi debet Epiſcopus non tam in corpore, quàm in corde: ut & interius nitorem conſcientiæ, quantum ad Deum, & exterius habeat odorem *bonæ* famæ, quoad proximum. De nitore conſcientiæ dicit Apoſtolus *d*: Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ: nam omnis *e* gloria filiæ regis ab intus. De odore famæ idem Apoſtolus ait: Chriſti bonus odor ſumus in omni loco, & aliis ſumus odor vitæ in vitam, aliis odor mortis in mortem. Debet enim Epiſcopus bonum habere teſtimonium, & ab his, qui ſunt intus, & ab his, qui ſunt foris, ut [illegible] nam trahat: & qui audit, dicat, veni. Hoc unguento caput & manus Epiſcopi conſecrentur. Per caput enim mens intelligitur, juxta illud *g*: Vnge caput tuum, & faciem tuam lava. Per manus opera *h* intelliguntur, juxta illud *i*: Manus meæ diſtillaverunt myrrham. Manus igitur *k* inunguntur oleo pietatis, ut Epiſcopus operetur bonum ad omnes, maximè autem ad domeſticos fidei. Caput autem ungitur balſamo charitatis, ut Epiſcopus diligat Deum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente ſua, & proximum ſuum ſicut ipſum. Caput inungitur propter auctoritatem & dignitatem, & manus propter miniſterium & officium. Caput enim ungitur, ut oſtendatur illius repræſentare perſonam, de quo dicitur per Prophetam: ſicut unguentum in capite *ejus, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron.* Caput enim viri Chriſtus, caput Chriſti Deus: qui de ſe dicit: Spiritus Domini ſuper me, eo quòd unxit me, evangelizare pauperibus miſit me. Manus Epiſcopi inunguntur, ut oſtendatur accipere poteſtatem benedicendi & conſecrandi. Vnde cùm eas conſecrator inungit, conſecrare, inquit, & ſanctificare digneris Domine manus iſtas, per iſtam unctionem & per benedictionem noſtram, ut quæcunque conſecraverint, conſecrentur: & quæcunque benedixerint, benedicantur in nomine Domini.

[ I *Hoc enim catholica eccleſia tenet, non ſolùm ex præcepto divino, verumetiam Apoſtolorum exemplo. In Exodo quippe legitur præcepiſſe Moyſi Dominus, ut Aaron & filios ejus ungeret quatenus ſacerdotio fungerentur: & Anacletus Papa, origine Græcus, qui à B. Petro fuit in Presbyterum ordinatus, & poſtea in apoſtolatus officio* [illegible]

a *Conc. Lat. ca. 27.* b *Cap. 4. eo. tit. in 4. compil.* c *Satius, al. ſanius.* d *al. ſacerdotii Matth. 25.* e *vel cadunt, vet.* f *al. Brivienſ.* g *Al. Calanitenſem. al. Talmen.* h *Patriarcha Conſtantinopolitano.* i *Ca. un. eo. tit. in 3. comp.* k *Brandiribaren. & rectius quàm Bracarenſis. agit n. hic de quodam Epiſcopo Græco: Bracarenſis epiſcopatus in Hiſpania eſt. al. Bramemben. al. Bramurb. al. Bratulenſ.*

a *In multis impreſſis adduntur hæc duo verba,* [illegible] *malè: nec ſunt in manuſcrip.* b *Matth. 25.* c *Eccli. 24.* d *2. Cor.* e *Pſalm. 24.* f *2. ad Tim. 1.* g *Matth. 6.* h *deſignantur.* i *Cant. 5.* k *al. unguntur al. ungantur.* l *1. Cor. 11.* m *Luc. 4.* n *al. ad evangelizandum.*

[...]ſuſſit, tradidit in ordinatione ſua, ungendos eſſe Epiſcopos, mo[...] Apoſtolorum & Moyſi, quia omnis ſanctificatio in Spiritu San[cto] conſiſtit, cujus inviſibilis virtus ſancto chriſmati eſt permixta. Vnde.]

*Tractat de unctione Regum, & de differentiis in unctione inter Reges & Pontifices. Panor.*

Vnde in veteri Teſtamento non ſolùm ungebatur ſacerdos, ſed etiam Rex & Propheta: ſicut in libr. Reg. *a* Dominus præcepit Heliæ. Vade & revertere in domum tuam per deſertum in Damaſcum: cumque perveneris illuc, unges Hazabel in Regem ſuper Syriam: & Iehu filium Namſi unges in Regem ſuper Iſrael. Heliſæum autem filium Saphat, qui eſt de Abel-meula, unges Prophetam pro te. Sed ubi Ieſus *b* Nazarenus (quem unxit Deus Spiritu Sancto, ſicut habetur in Actib. *c* Apoſt.) unctus eſt oleo *d* pietatis præ conſortibus ſuis: qui ſecundum Apoſtolum eſt caput eccleſiæ, quæ eſt corpus ejus: Principis unctio à capite ad brachium eſt translata: Princeps ex tunc non ungatur in capite, ſed in brachio, ſive humero, vel in armo, in quibus Principatus congruè deſignatur: juxta illud, quod legitur *e*: Factus eſt Principatus ſuper humerum ejus, &c. Ad quod etiam ſignificandum, Samuel fecit poni armum ante Saul *f*, cui dederat locum in capite ante eos, qui fuerant invitati. In capite verò Pontificis ſacramentalis eſt delibutio *g* conſervata, quia perſonam capitis in Pontificali officio repræſentat. Refert autem inter Pontificis, & Principis unctionem: quia caput Pontificis chriſmate conſecratur, brachium verò Principis oleo delinitur: ut oſtendatur quanta ſit differentia inter auctoritatem Pontificis, & Principis poteſtatem.

*Tractat de Chriſtianorum omnium unctione.*

Quia verò Chriſtus fecit nos in ſanguine ſuo Deo noſtro regnum & ſacerdotes (propter quod *h* Apoſtolus *i* ait: Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium) idcirco in novo Teſtamento non ſolùm Reges & ſacerdotes unguntur, ſed etiam omnes Chriſtiani, bis ante baptiſmum, ſcilicet oleo benedicto: primùm in pectore, deinde inter ſcapulas: & bis poſt baptiſmum, ſcilicet chriſmate ſancto, primùm in vertice, demum in fronte. In pectore namque baptizandus inungitur, ut per *k* Sancti Spiritus donum abjiciat errorem & ignorantiam, & ſuſcipiat fidem rectam, quia *l* juſtus ex fide vivit. Inter ſcapulas, ut per Spiritus Sancti gratiam excutiat negligentiam & torporem, & bonam operationem exerceat: quia fides *m* ſine operibus mortua eſt: ut per fidei ſacramentum ſit munditia cogitationum in pectore, & per operis exercitium ſit fortitudo laborum. In ſcapulis, quatenus fides per dilectionem, ſecundùm Apoſtolum *n* operetur. In vertice verò baptizatus inungitur, ut ſit paratus omni petenti de fide reddere rationem: quia per caput intelligitur mens, juxta quod legitur *o*: Oculi ſapientis in capite ejus, cujus ſuperior pars eſt ratio, & inferior eſt ſenſualitas. Vnde bene per verticem, quæ eſt ſuperior pars capitis, intelligitur ratio, quæ eſt ſuperior pars mentis. In fronte ungitur baptizatus, ut liberè confiteatur, quod credit: quia corde *p* creditur ad juſtitiam, ore verò ſit confeſſio ad ſalutem: memor ejus quod Dominus ait *q*: Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, &c. Ante baptiſmum ergo ungitur oleo benedicto: & poſt baptiſmum chriſmate ſancto, quia chriſma ſoli competit Chriſtiano. Chriſtus *r* enim à chriſmate dicitur, vel potius à Chriſto dicitur chriſma: non ſecundùm nominis formam, ſed ſecundùm fidei rationem. A Chriſto verò Chriſtiani dicuntur, tanquam uncti deriventur ab uncto: ut omnes concurrant in odorem illius unguenti, cujus nomen oleum eſt effuſum.

*Tractat de unctione chriſmatis poſt baptiſmum, quæ dicitur confirmatio.*

Per frontis chriſmationem, manus impoſitio deſignatur: quæ alio nomine dicitur confirmatio: quia per eam Spiritus Sanctus ad augmentum datur & robur. Vnde cùm cæteras unctiones ſimplex ſacerdos, vel Presbyter valeat exhibere, hanc non niſi ſummus ſacerdos *a*, id eſt, Epiſcopus debet conferre: quia de ſolis Apoſtolis legitur (quorum vicarii ſunt Epiſcopi) quòd per manus impoſitionem Spiritum Sanctum dabant: quemadmodum actuum Apoſtolorum lectio manifeſtat. Cùm audiſſent, inquit *b*, Apoſtoli qui erant Hieroſolymis, quia recepiſſet Samaria verbum Dei, miſerunt ad eos Petrum & Ioannem: qui cùm veniſſent, oraverunt pro ipſis, ut acciperent Spiritum Sanctum: nondum enim in quenquam illorum venerat, ſed baptizati tantùm erant in nomine Domini Ieſu, tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum Sanctum: cujus adventus per unctionis miniſterium deſignatur: quia columba *c* in qua Spiritus Sanctus ſuper Chriſtum in baptiſmo deſcendit, ad veſperam in cataclyſmo *d* revertens, ramum retulit virentis olivæ, cujus utique ſacramentum David *e* Propheta prænoſcens, exhilarandam faciem in oleo prædicavit.

*Tractat de conſecratione altaris. Abbas.*

Vngitur præterea, ſecundùm eccleſiaſticum morem, cùm conſecratur altare, cùm dedicatur templum, cùm benedicitur calix, non ſolùm ex mandato legis divinæ, verumetiam exemplo beati Sylveſtri, qui cùm conſecrabat altare, illud chriſmate perungebat: præcepit enim *f* Dominus Moyſi, ut faceret oleum unctionis, de quo ungeret teſtimonii tabernaculum, & arcam teſtamenti, menſamque cum vaſis. Verùm unctionis ſacramentum *g* aliud quidem efficit, & figurat, tam in novo, quàm in veteri Teſtamento, unde non judaizat eccleſia, cùm unctionis celebrat ſacramentum, ſicut antiqui mentiuntur, qui neque ſcripturas, neque Dei novere virtutem. Monemus igitur ut illum in ordinandis Presbyteris, & conſecrandis Epiſcopis morem ſerves, & facias obſervari, quem Apoſtolica ſedes obſervat: [1 *& infrà.*] *h* Licet Romanus Pontifex non utatur baculo paſtorali: tum propter hiſtoriam, tum propter myſticam rationem: tu tamen ad ſimilitudinem aliorum Pontificum poteris eo uti.

[1 *Quæ diſponente Domino cunctorum fidelium mater eſt & magiſtra. Mittimus tibi per cardinalem prædictum Pontificalia ornamenta, caligas & Sandalia, amictum & Albam, cingulum & ſuccinctorium, oratorium & manipulum, tunicam & Dalmaticam, chirothecas & annulum, planetam & mithram. Pallium verò per dilect. fi. Io. capellanum n. antea miſeramus, &c.*]

## DE SACRAMENTIS *i* non iterandis.

### *TITVLVS XVI.*

### CAP. I.

*In ordinato in Subdiaconum ſine manuum impoſitione, & confirmato non chriſmatis, ſed olei unctione, non fiet iteratio, ſed ſupplebitur prætermiſſum.*

a 3. Reg. 19. b *al. Ieſus venit Na. &c.* c *Act. 10.* d *deeſt* [...] *pietatis, in antiquis.* e *Eſa. 9.* f *1. Reg. 9.* g *al. delinitio: ſed recentibus literis: in cæteris delibutio.* h *Petrus deeſt in manuſcrip.* i *Apocal. 1. 1. Petr. 2.* k *Hebr. 10.* l *Abac. 1.* m *Iac. 2.* n *Gal. 5.* o *Eccleſ. 2.* p *Rom. 10.* q *Matt. 10. & Marc. 8.* r *Aug. tract. 133. ſuper Ioann.*

a *Epiſc. enim ordinarius eſt miniſter hujus ſacramenti. concil. Trid. ſeſſ. 7. de confir. c. 3.* b *Act. 8.* c *Matth. 3. Marc. 1. Luc. 3.* d *Gen. 8.* e *Pſal. 108.* f *Exod. 30.* g *In C. Bar. aliud quidem efficit, & aliud figurat, &c.* h *Et licet.* i *In quibuſdam Cod. ita: de ſacramentis iterandis vel non. Vnus ita: De ſacramentis iterandis vel non iterandis.*

Innocentius III. *a*

PAſtoralis *b* ( *& infrà.* ) Præterea nos conſulere voluiſti, an permitti debeat miniſtrare, qui ſine impoſitione manuum fuerit ad ordinem Subdiaconatus aſſumptus. Et ſi confirmationis ſacramentum in eo debeat iterari, qui per errorem fuit non chriſmate, ſed oleo delinitus. Ad quod breviter duximus reſpondendum, quòd in talibus non eſt aliquid iterandum, ſed cautè ſupplendum, quod incautè fuerat prætermiſſum.

CAP. II.

*Prohibet ſepultos à ſchiſmaticis exhumari, veſtimenta cum quibus celebrarunt, iterum benedici: & altaria, in quibus celebrarunt, iterum conſecrari.*

Honorius III. *Archiepiſc. London.* c *& ejus ſuffragan.*

A Nobis humiliter quæſiviſtis, quid fieri debeat de mortuorum corporibus, qui tempore ſchiſmatici & reprobi VValdemarii à ſchiſmaticis ſunt *d* ſepulti: & de indumentis ſacerdotalibus, cùm quibus, nec non de altaribus, in quibus degradati Presbyteri celebrarunt. Nos autem inquiſitioni veſtræ breviter reſpond. quòd non credimus ob hoc duntaxat ſepultos hujuſmodi exhumandos, aut debere indumenta talia iterum benedici, vel reconſecrari altaria ſupradicta.

CAP. III.

*Si in ordinatione Presbyteri, vel Diaconi manus impoſitio fuerit prætermiſſa, ſtatutis temporibus ſupplebitur.*

Greg. IX. *Archiepiſcopo London.* e

PResbyter & Diaconus cùm ordinantur, manus impoſitionem tactu corporali (ritu ab Apoſtolis introducto) recipiunt: quod ſi omiſſum fuerit, non eſt aliquatenus iterandum, ſed ſtatuto tempore ad hujuſmodi ordines conferendos cautè ſupplendum, quod per errorem extitit prætermiſſum *f*. Suſpenſio *g* autem manuum debet fieri, cùm oratio ſuper caput effunditur ordinandi.

## DE FILIIS PRESBYTERORVM ordinandis, vel non. *h*

### *TITVLVS XVII.*

CAP. I.

*Illegitimus non ordinatur, niſi ut religioſus fiat: nec tunc præficitur, id eſt, ad prælaturam non habilitatur.*

Ex concilio Pictavien.

VT filii *i* Presbyterorum, & cæteri ex fornicatione nati, ad ſacros *k* ordines non promoveantur. Niſi aut monachi fiant, vel in congregatione canonica regulariter viventes *l*: prælationes verò nullatenus habeant. Sed neque ſervi: niſi à Dominis ſuis libertati donentur.

CAP. II.

*Illegitimus filius ſacerdotis, qui hoc tacito per reſcriptum Apoſtolicum paternam eccleſiam impetravit, removetur ab illa.*

Alexander III. *Lincon. electo.*

AD præſentiam noſtram accedens R. Presbyter, tacito, quòd eſſet filius ſacerdotis, impetravit à nobis ut in eccleſia, in qua pater ejus miniſtravit, exiſteret capellanus. Ideoque mandamus, quatenus, ſi tibi conſtiterit, quòd memoratus R. ſit in ſacerdotio genitus, & quòd *a* pater in eadem eccleſia miniſtravit: non obſtantibus prædictis literis noſtris ipſum amoveas ab eadem.

CAP. III.

*Non poteſt filius ſacerdotis eccleſiæ paternæ præeſſe, hoc dicit cum ſequent.*

Idem.

PRæſentium *b* auctoritate jubemus, ut filios ſacerdotum in eccleſiis paternis miniſtrare, vel eas quolibet occaſione obtinere nullatenus patiaris: ſed ipſos ab eccleſiis, in quibus patres eorum miniſtraſſe noſcuntur, ſtudeas penitus amovere.

CAP. IV.

*Idem dicit.*

Idem *Vigorenſ. Epiſcopo.*

COnquerente *c* nobis M. clerico: [ 1 *& infrà* ] fra. t. mandamus, quatenus, ſi publicum eſt, & notorium patrem R. clerici habuiſſe in prædicta eccleſia perſonatum, filium ejus ibidem miniſtrare, aut ejuſdem eccleſiæ perſonatum habere nullatenus patiaris: & ſi jam inſtitutus eſt ibi, eum inde non differas amovere.

[ 1 *Auribus noſtris innotuit, quod cum B. Presbyter eccleſiæ B. Mariæ de umg. tanquam perſona diutius habuiſſet, & patrem ejuſdem idem M. Richard. poſſeſſori & Domino fundi* [illegible] *præſentatus, R. filius ejus Presbyteri in ſacerdotio genitus* [illegible] *tionem ipſius clerici niſus eſt impedire, ad habendum* [illegible] *dem omnibus modis aſpirat. Quoniam igitur* [illegible] *canonicæ obviat ſanctioni, ut filii ſacerdotum debeant* [illegible] *cedere in eccleſiis, nos ad enormitatem iſtam eradicandam* [illegible] *volentes & diligenter intendere.*]

CAP. V.

*Epiſcopus, qui ſcienter contulit filio ſacerdotis paternam* [illegible] *am, exinde eum removere non poteſt.*

Idem *(London) Epiſcopo* d.

VEniens *e* ad præſentiam noſtram R. clericus nobis propoſuit, quòd cùm illum ad capellam [illegible] quam ei conceſſiſti, in Presbyterum ordinaſſes, ipſum poſtea ſpoliaſti, eo quòd pater ejus in præſcripta eccleſia miniſtravit. Ideoque frat. t. mandamus, quatenus ſi tibi innotuerit quando eam ſibi dediſti, quod pater ejus Presbyter in dicta eccleſia miniſtraſſet, ipſam ei reſtituas, & in pace dimittas, amoto alio, ſi quem inſtituiſti forſitan in eadem. Verùm ſi hoc ignorans feciſti *f*, cum ad eccleſiam ipſam eum in Presbyterum ordinaſti, [illegible] ſibi reſtituas, donec in alia eccleſia ſibi provideas [illegible] honeſtè valeat ſuſtentari.

CAP. VI.

*Gratiam continet, & h.d. Ex quo filius ſacerdotis eſt* [illegible] *non debet carere beneficio. Ioan. Andr.*

Idem *Oxonenſ. Epiſcopo* g.

PRopoſuit *h* nobis R. lator præſentium, quòd cùm ad eccleſiam de Saleb, à Domino fundi fuiſſet præſentatus, tu curam animarum noluiſti ſibi committere, pro eo quòd eſſet filius ſacerdotis. Cùm igitur indignum eſt, ut ipſe poſtquam eſt in Subdiaconum ordinatus, omninò debeat eccleſiaſtici beneficii proviſione carere: mandamus, quatenus aliquem [illegible] Presbyterum cum aſſenſu ejuſdem clerici [illegible] deas, qui eccleſiæ ſerviat ſupradictæ, ita quòd [illegible]

a *Helienſi Epiſcopo.* b *Require ex c. paſtoralis. inf. de off. & pot. jud. del. cap. 1. eod. tit. in 3. compil.* c *Archiepiſco. Lugdunen. &c.* d *In Cod. Bar. adduntur hæc 2. verba, utrum debeant exhumari.* e *al. Lugdon.* f *Vide leg. qui teſtamento. ff. de excu. tuto.* g *al. impoſitio. al. interpoſitio.* h *In uno manuſcr. de filiis Presbyt. non ordinandis, nec in paternis eccleſiis tolerandis. In alio ita: De filiis Presbyterorum & aliis illegitimè natis ordinandis, vel non.* i *Cap. 1. eod. tit. in 1. comp.* k *gradus.* l *vivant.*

a *Concil. Trident. ſeſſ. 25. in decret. de reform.* [illegible] *ſancivit.* b *Poſt Concil. Lateranen. ſub Alex. 3. p. 19.* [illegible] *cap. 3. eod. tit. in 1. compilat. & concil. Trident.* [illegible] c *Poſt Conc. Lateranen. ſub Alex. III. p. 19.* [illegible] *tit. in 1. compil. conc. Tol. 9. c. 10.* d *Lugdunenſ.* [illegible] *Lateran. ſub Alex. III. p. 19. c. 5. & cap. 6.* [illegible] f *Vide leg. 2. ff. de ju. & fa. igno. & l. ſi* [illegible] g *Idem R. Exonienſi Epiſc.* h *Poſt conc. Lat. ſub Alex. III. p. 19. c. 6. & cap. 7. eod. tit. in 1. compil.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

R. medietatem omnium beneficiorum prædictæ eccleſiæ, eidem in ſuo ordine ſerviendo, pacificè debeat obtinere. Non enim ſolus Presbyter miſſarum ſolennia, vel alia divina officia poteſt ſine miniſtri ſuffragio celebrare.

## CAP. VII.

*Filius præeſſe poteſt eccleſiæ, cui pater præfuit mediatè.*

Idem *Archiepiſcopo Cantuarienſ.* a

EX tranſmiſſa conqueſtione G. clerici percepimus, quòd ad Abbatis de Caſtris præſentationem, in quodam beneficio eccleſiæ de N. *b* eum in præſenti recipere diſtuliſti, eo quod pater ejus in præfata eccleſia miniſtravit, quo defuncto media interceſſit perſona, cui prædictum beneficium eſt collatum. Ideoque mandamus, quatenus ſi eſt ita, prænominatum Guil. ad præfatum beneficium admittere non poſtponas, non ideò minus obſervato apoſtolici reſcripti decreto, quod ſucceſſionem in eccleſia Dei hæreditariam deteſtatur.

## CAP. VIII.

*Filius præeſſe poteſt eccleſiæ, in qua pater ſine titulo miniſtravit.*

Idem *Vigorenſ. Epiſcopo.*

COnſtitutus in præ. no. G. clericus, ſupplici nobis inſinuatione monſtravit, quòd cùm capellam de Storten. canonicè fuiſſet adeptus, & eam pluribus annis pacificè poſſediſſet, R. miles ipſum ea ſine judicio ſpoliavit. Cumque memoratus clericus exinde apud te depoſuiſſet querelam, objectum fuit ei, quòd pater ſuus in capella miniſtravit eadem: [ 1 *& infrà.*] F. tuæ mandamus, quatenus ſi tibi *c* conſtiterit, quòd idem clericus à capella fuerit prædicta per potentiam laicalem ejectus, & quòd pater ejus præfatæ capellæ perſona ſeu perpetuus vicarius non fuerit (licet in eadem nomine ejuſdem C. quandoque miniſtraverit) ipſam ſibi cum reditibus perceptis reſtituere non omittas.

[ 1 *Ideoq; præfatam capellam nondum potuit rehabere. Quia verò ad noſtrum ſpectat officium, inſolentiam laicorum contra viros eccleſiaſticos debita ſeveritate compeſcere.*]

## CAP. IX.

*Tunc conceſſum eſt à Papa ut poſſit diſpenſare cum filiis ſacerdotum circa eccleſias paternas immediatè tenendas, cum aliquo diſpenſat, ob per literas juſtitiæ poſtea contra eum impetratas, removeri non poteſt.*

Idem *Eboraten. Archiepiſcopo.*

EX tua nobis *d* parte eſt propoſitum, quòd cùm olim ad tuam conſultationem ſuper filiis ſacerdotum tales à nobis literas recepiſſes, ut eos poſſes in eccleſiis, quas patres eorum nullo mediante poſſederant, ſuſtinere, quos probatæ vitæ & *e* ſanæ converſationis cognoſceres, vel quos longo tempore illas tenuiſſe *f* conſtaret: quidam ad judices literas impetraverunt, ut ſi conſtaret eos eſſe filios ſacerdotum vel clericorum, qui in proximo ante eos eccleſias tenuerunt, ſuprà his imponatur eis app. ceſſante ſilentium, & eccleſias iſtas ipſis adſignent; quamvis in eis ſe oſtendere nequeant per Epiſcopos inſtitutos. Super quo tib. t. reſpond. quòd ſi per priores literas cum aliquibus clericis diſpenſaſti, diſpenſationem tuam poſteriorum literarum intuitu nolumus irritari. Alios verò clericos laica donationis ſolummodo in eccleſiis ſine auctoritate Pont. ſui inſtitui, aut inſtitutos remanere auctoritate Apoſtolica prohibemus.

a Idem venerabilibus fratribus. R. Cant. Archiepiſcop. totius Angliæ primatibus. & Apoſt. S. Legato, & R. Vigoren. Epiſcopo, ſic habet 1. collectio. b al. de H. vide Anton. Aug. in notis veteris collectionis. c Quatenus ſi conſtiterit quod præd. clericus. d Poſt concilium Lateranen. ſub Alexand. 3. part. 19. cap. 10. eod. tit. in 1. compil. al. cap. 3. ut eſt in Tarrac. veteri. e alit. bona. f al. tenuiſſe.

## CAP. X.

*Si manifeſtum eſt, quòd filius in eccleſia immediatè ſucceſſit patri, ſine aliqua teſtium receptione ab illa removebitur.*

Idem *Cantuarien. Archiepiſcopo & ejus ſuffraganeis.*

QVoniam *a* eſt ſacris canonibus prohibitum: [ 1 *& infrà.*] Præcipimus, quatenus ſi manifeſtum & publicum fuerit, patres *b* in eccleſiis perſonatus geſſiſſe, filios ab eiſdem (ſi etiam eas adepti ſunt) penitus excludatis: nec ad earum gubernationem ulterius adſumantur. Nolumus enim ut cauſa in judicium deducatur, vel teſtes etiam admittantur, ſi hoc manifeſtum exiſtat.

[ 1 *Ne quis hæreditario jure eccleſiaſtica beneficia poſſidere præſumat, nec hi qui in ſacerdotio ſunt geniti, niſi probatè vixerint, in clauſtro monachorum vel canonicorum regularium ad ſacros ordines debeant promoveri: vobis.*]

## CAP. XI.

*Filius etiam legitimus removetur ab eccleſia, in qua immediatè ſucceſſit patri vicario vel rectori.*

Idem *Cantuarien. Archiepiſcopo.*

AD extirpandas *c* ſucceſſiones: [ 1 *& infrà.*] F. tuæ mandamus, quatenus, ſi qui filii Presbyterorum provinciæ tuæ teneant eccleſias, in quibus patres eorum tanquam perſonæ vel vicarii nulla perſona media miniſtrarunt: eos (ſive geniti ſint in ſacerdotio, ſive non) ab eiſdem eccleſiis non differas amovere.

[ 1 *A ſanctis Dei eccleſiis ſtudio totius ſolicitudinis debemus intendere, & etiam ad hoc decet nos vigilem curam exhibere, ne circa miniſterium ſuſcepti regiminis videamur minus diligentes exiſtere, ſi id vitium in eccleſiis vel negotiis eccleſiaſticis, & viris permittimus pullulare. Hinc eſt quòd.*]

## CAP. XII.

*Filius Epiſcopi legitimè natus, promoveri poteſt ad ordines: & in paterna eccleſia beneficiari.*

Clemens III. *Caſſel. Archiepiſcop.* d.

AD hæc *e* ex parte tua noſtris auribus eſt relatum: *& infrà.* Quòd à nobis. fr. tua inquiſivit, an à Pontificibus generati valeant ad ſacros ordines promoveri, ſi ſcientia fuerint & morum honeſtate probabiles. Sciat fr. t. quòd ſi ex legitimo ſunt matrimonio procreati, nec aliud canonicum obviat, licitè poſſunt ad ſacros ordines aſcendere, & in eiſdem eccleſiis, in quibus præſunt vel præfuerunt genitores eorum, beneficium obtinere.

## CAP. XIII.

*Non poteſt filius eſſe vicarius illius eccleſiæ, in qua pater proximus fuit rector.*

Idem *f.*

MIchaël *g* Presbyter de ſancto Germano tranſmiſſa nobis conqueſtione monſtravit, quòd cùm eccleſiam ſancti I. de Corona *h* tuæ diœc. canonicè ſit adeptus, M. filius Antonii, qui proximò antè ipſius eccleſiæ habuit perſonatum, ad ſe vicariam ipſius adſerit pertinere: [ 1 *& infrà.*] F. tuæ mandamus, quatenus ſi conſtiterit tibi ipſum *i* M. fuiſſe filium Antonii, qui ejuſdem eccleſiæ habuit proximò perſonatum, ei ſuper eadem vicaria, perpetuum ſilentium imponere non poſtponas.

[ 1 *Quia igitur in eccleſia ſucceſſiones, & in prælaturis & dignitatibus eccleſiaſticis ſtatutis canonicis damnantur.*]

## CAP. XIV.

*Illegitimè genitus etiam de uxore, ſine diſpenſatione ad ordines vel beneficia promoveri non poteſt.*

a Cap. 11. eod. tit. in 1. compil. b al. patres eorum. c Cap. 1. eod. tit. in 2. compilat. d Aliàs Cæſan. al. Caſſien. Epiſcopo. al. Cuſſelben. al. Caſſiano Arch. e C. 3. eod. tit. in 2. comp. f Celeſtinus 3. g Cap. 4. eod. tit. in 2. compil. h Coronen. al. Torou. i al. N. ipſum filium fuiſſe, &c.

Idem.

LIteras: [ 1 *& infrà.* ] Intelleximus *a:* quòd H. in ſacerdotio genitus, de uxore legitima natus & conceptus, adfectavit à pueritia miniſtrare Domino in officio clericali. Verùm licet à filiis paterna incontinentia modis omnibus propellenda noſcatur: ſi tamen aliàs dignus inventus fuerit, permittimus ipſum ordinari in clericum, & ad eccleſiaſticum beneficium (unde commodè ſuſtentari valeat) promoveri.

[ 1 *Dilectionis veſtræ accepimus, nomen latoris præſentium & ejus originem continentes.*

## CAP. XV.

*Illegitimus in eccleſia paterna præbendari non debet.*

Innocentius III.

CVm decorem domus Dei: *& infrà.* Filiis canonicorum præbendas in eiſdem eccleſiis conferri non ſinatis, quarum *b* ſunt canonici patres eorum. Cùm indecorum ſit, ut in altaris officio illegitimus filius impudico patri miniſtret *c*, in quo unigenitus Dei filius æterno patri pro ſalute humani generis victimatur.

## CAP. XVI.

*Si illegitimus, maximè filius ſpurius inſtituatur in eccleſia, in qua inſtitutus eſt pater, inſtitutio non valet, & inſtituens à ſuis beneficiis ſuſpendatur.*

Idem *in concilio generali* d.

AD abolendam *e* peſſimam (quæ in pluribus inolevit eccleſiis) corruptelam: Firmiter inhibemus, ne canonicorum filii, maximè ſpurii, canonici fiant in ſecularibus eccleſiis, in quibus inſtituti ſunt patres eorum. Et *f* ſi fuerit contra præſumptum, decernimus non valere. Qui verò tales (ut dictum eſt) canonicare præſumpſerint, à ſuis beneficiis ſuſpendantur.

## CAP. XVII.

*Alius, quàm Papa non diſpenſat, ut filius in eccleſia paterna immediatè ſuccedat.*

Honorius tertius *g.*

DIlectus filius G. præpoſitus ſanctæ M. tranſmiſſa nobis petitione monſtravit, quòd cùm Vergilius Presbyter quandam eccleſiam, curam animarum habentem, quam nullo medio habuit pater ejus, obtineat, ipſum monuit, ut reſignaret eandem: ſed idem adſerens quòd H. Remen. *h* Archiepiſcopus tunc Apoſt. ſed. leg. diſpenſavit cum eo, id efficere contradicit.

Quocirca mandamus, quatenus non obſtante diſpenſatione aliqua, quæ à ſede Apoſtolica non manaverit, quod canonicum fuerit (appellatione poſtpoſita) ſtatuatis.

## CAP. XVIII.

*Illegitimus abſque diſpenſatione Papæ ad dignitatem, vel perſonatum, vel beneficium curatum, promoveri non poteſt.*

Gregorius IX. *Turon. Archiepiſcopo* i.

NImis in tua provincia eccleſiæ deformatur *k* honeſtas, ex eo, quòd filii ſacerdotum & alii non legitimè nati, ad dignitates & perſonatus *l*, & alia beneficia curam animarum habentia, ſine diſpenſatione ſed. Apoſt. promoventur. Quocirca mandamus, quatenus prædictis perſonis à perſonatibus, & dignitatibus, & hujuſmodi beneficiis prorſus amotis, ea perſonis idoneis conferri facias per illos, ad quos collationem ipſorum de jure noveris pertinere. Et ne id de cætero præſumatur, diſtrictius inhibemus.

a *Capit. 5. eod. titul. in 2. compil.* b *alit. quorum.* c *Vide no. per B. in l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtit. & ſubſt. ſub condi. fac.* d *cap. 31.* e *Concordat. concilium Trident. ſeſſ. 25. de reform. & habetur, cap. 1. eod. tit. in 4. compil.* f *alit. ſed.* g *Decano Morienſi, & in aliquot vetuſtis legitur, Innocent. III.* h *In multis antiquis legitur. G. Rhemenſ.* i *Aliàs Archidiac.* k *al. diffamatur.* l *Vide ff. de alt. & ciba. lega. l. pe. & l. ſi libri. ff. de don.*

## DE SERVIS NON ORDINANDIS, & eorum manumiſſione.

### TITULUS XVIII.

## CAP. I.

*Servus ante plenam manumiſſionem ordinari non debet.*

Ex concilio Toletano.

INſtruendi *a: & infrà.* Forte dicet aliquis: Ce[illegible] cus fieri non permittitur, niſi ante clericatum in[illegible] nuitatis dignitate potiatur. Re vera verum [illegible] Et ideò quòd infirmari *b* vel vituperari poteſt, [illegible] veri debet.

*Non ſolùm autem qui ad clericatus ordinem promovendi [illegible] in eccleſia manumittendi ſunt: verùm etiam hi quos [illegible] remedio animæ ſuæ emancipari vult, quia ſic ſcriptum eſt [illegible] Francorum.*

[ *Sunt præterea Laici ut ſciant quia nullatenus [illegible] mittere poſſunt proprios ſervos, quos Dominicis [illegible] conſueverunt, niſi in ſacra eccleſia ordine [illegible] enim clerici extra eccleſiam libertatem aſſequi poſſunt, [illegible] mundana extranei ſunt, & quibus interdicitur, [illegible] dicium procedant, quomodo à ſeculari judicio à jugo [illegible] ſolvuntur? Sed.* ]

## CAP II.

*Servus ſine licentia Domini ordinatus deponitur, & [illegible] reſtituitur.*

Ex eodem *c.*

DE ſervorum ordinatione: [ 1 *& infrà.* ] Statuimus, ut nullus Epiſcoporum deinceps ad ſacros [illegible] eos promovere præſumat, niſi prius à Dominis [illegible] tem fuerint conſecuti. Et ſi quilibet ſervus fugiens Dominum ſuum, qualibet calliditate aut fraude ad [illegible] pervenerit eccleſiaſticos, decretum eſt ut deponatur, [illegible] ejus Dominus eum recipiat.

[ 1 *Quia paſſim ad gradus eccleſiaſticos indiſcretè [illegible] tur, placuit omnibus cum ſacris canonibus concordari.* ]

## CAP. III.

*Servus ab eccleſia manumiſſus ordinari poteſt: & quod [illegible] quirit, poſt ſuum obitum, erit eccleſiæ manumittentis: [illegible] cuſat, vel contra eam teſtificatur, libertate & ordine [illegible]*

Ex eodem *d.*

DE famulis eccleſiæ conſtituere Presbyteros & Diaconos per parœcias liceat, ita tamen ut [illegible] numiſſi ſtatum recipiant libertatis. Quicquid [illegible] talibus extiterit debitum, aut quolibet modo [illegible] eis in perſonas extraneas tranſmittere non liceat, [illegible] omnia ad jus eccleſiæ, à qua manumiſſi ſunt, poſt [illegible] obitum debeant pertinere.

Quibus (ſicut cæteris eccleſiæ libertis) accuſandi [illegible] teſtificandi adverſus eccleſiam aditus præcludatur: [illegible] quod ſi aſpiraverint, non ſolùm libertatis beneficio [illegible] reant, ſed etiam honoris gradu, quem non dignitate [illegible] turæ, ſed neceſſitate temporis promeruerunt.

## CAP. IV.

*Dominus in ſervo, quem manumittit, poteſt [illegible] retinere.*

Ex concilio apud Alichi *e.*

a *Al. inſtituendi.* b *alit. infamari.* c *Burchard. [illegible] decr. cap. 31. Ivo part. 6. cap. 131. Grat. diſt. 54. cap. [illegible] titul. de ſerv. non ordin. cap. 1. & poſt concil. [illegible] 3. part. 50. cap. 56. & c. 2. eod. tit. in compil. [illegible] variam inſcriptionem invenies: nam alias [illegible] Matiſcenſi, al. Toletano.* d *Addi poteſt 4. c. 73.* e *[illegible] vern. alit. Atheum. alit. Althen. al. Archi. [illegible] locum appellare Altheim, ut lib. 1. cap. 161. & [illegible] cap. 302. decret. ex conc. apud Altheim habito [illegible] radus interfuiſſe dicitur.*

Nullus

NVllus *a* [ 1 *& infrà.* ] Si quis de ſervis ſuis quemquam donaverit libertate, & ipſum in Presbyterum fecerit ordinari, ille autem poſtea in ſuperbiam elatus, Domino ſuo canonicas horas pſallere noluerit, accuſatus apud Epiſcopum, qui ordinaverit eum, degradetur.

*[ 1 Clericus ad gradum Presbyteris promoveatur, niſi ordine mmmet, ut ſcriptum in canonibus habetur. Si enim propter Dei dilectionem.]*

CAP. V.

*Spurii, vel ſervi, ordinari non debent.*

Alexander III. *Archiepiſc. Turon.*

COnſuluit: *& infrà.* Conſ. t. t. reſpon. quòd neque ſpurios, neque ſervos ordinare debes: & ſi memor es, in conſecratione tibi dictum fuit, vide ne quemlibet ſervilis conditionis ad ordines promovere præſumas.

CAP. VI.

*Manumiſſus ab eccleſia ut fiat clericus, & ipſi eccleſia perpetuò ſerviat in divinis, ad aliam eccleſiam ſe transferre non poteſt: ſecus ſi pure fuerit manumiſſus. Vel ſic: ſecus ſi fuerit manumiſſus ut ſerviat. h. Andr.*

Innocentius III. *Varienſi Epiſcopo* b.

EO libentius *c*: *& infrà.* Adjeciſti aliam quæſtionem, an illorum filii, qui eccleſiæ ſervili conditione tenentur, traditi à parentibus militiæ clericali cum ſuorum conniventia Dominorum, ut in eadem eccleſia debeant deſervire, aſſequentes propterea libertatem, poſt tempus ea relicta poſſint ad aliam ſe transferre? In quo credimus diſtinguendum, utrum eo tenore fuerint manumiſſi & obligati *d* ordini clericali, quòd manumittenti eccleſiæ, dum vixerint, deberent impendere famulatum in obſequiis divinorum: & tunc transferendi ſe ad aliam, eſt eis licentia deneganda: vel manumiſſi extiterint abſolutè, ſicque libertatem habeant ad aliam tranſeundi.

CAP. VII.

*Ius, quod eſt de ſervo facto Diacono, etiam de Subdiacono debet dici.*

Idem.

MIrantur non modicum, cùm *e* certum ſit in conſtitutionibus antiquorum, quando *f* ſervi in gradus eccleſiaſticos ordinati, debeant in ſervitutem vel non debeant revocari: *& infrà.* De Subdiaconali ordine, quia de eo non fit mentio in Patrum ſtatutis expreſſè, videtur nobis, quòd & is cum Diaconali gradu privilegio gaudet eodem. Nam licet ſacer ordo non reputaretur in eccleſia primitiva, tamen à conſtitutione Gregorii atque Vrbani ſecundùm moderna tempora ſacer gradus eſſe minimè dubitatur.

CAP. VIII.

*Natus ex patre ſervo & libera matre, liber eſt, & licitè promovetur.*

Gregorius IX. *Archiepiſcopo Neapolitano.*

DIlectus filius G. Diaconus propoſuit: quòd I. miles ea occaſione quòd patrem ipſius hominem ſervum eſſe proponit (licet mater ſua, cujus debet imitari *g* conditionem, & libera eſſe noſcatur) ne promoveatur in Presbyterum impedire præſumit. Quocirca mandamus, quatenus ſi tibi conſtiterit de præmiſſis, eundem militem ab hujuſmodi impedimento *h* ceſſare compeſcas.

a Ex cap. 3. eod. tit. in 1. compil. b *aliàs, Varinenſi, aliàs Vannenſi.* c *Cap. 1. eod. titul. in 2. compilatio.* d *In omnibus manuſcriptis, ablata: In uno ſolo obligati, ſed i. & g. velut ſuperabundantia erant notata.* e *cautum.* f *aliàs, quomodo.* g *vide 2. libro Pomponius. 5. idem ſcribit. De rei vindic.* h *vox, ceſſare, deeſt.*

# DE OBLIGATIS AD RATIOcinia ordinandis, vel non.

## TITVLVS XIX.

### CAP. VNICVM.

*Obligatus ratiociniis, depoſito onere & reddita ratione, ordinari poteſt: prius verò non.*

Ex concilio Carthag. *a*

MAgnus Epiſcopus Auguſt. dixit: *Quid dilectioni veſtræ videtur,* procuratores, actores, executores ſeu curatores pupillorum ſi debeant ordinari. Gratus Epiſcopus dixit: Si poſt depoſita onera & reddita ratiocinia actus vitæ ipſorum fuerint comprobati in omnibus, debent cum laude Dei (ſi poſtulati fuerint) honore munerari: ſi enim ante libertatem negotiorum vel officiorum fuerint ordinati, eccleſia infamatur. Vniverſi dixerunt: Rectè ſtatuit ſanctitas veſtra, ideoque iſta eſt noſtra ſententia.

# DE CORPORE VITIATIS ordinandis, vel non.

## TITVLVS XX.

### CAP. I.

*Presbyter, qui in duello digiti partem amiſit, ex diſpenſatione ſui Epiſcopi poteſt in ſuo ordine miniſtrare.*

Alexander III. *b*

DE Presbytero Campaniæ, qui duellum ſpontè obtulit, & oblatum ſuſcepit, & in eo partem digiti amiſit: reſpondemus, quòd cùm ipſe non perdiderit tantum de digito, quin ſine ſcandalo poſſit ſolenniter celebrare, ſatis potes poſt peractam pœnitentiam cum eo miſericorditer agere, & permittere ipſum in ſuo ordine miniſtrare, licet ejus exceſſus gravis admodum extitiſſet.

### CAP. II.

*Habens in oculo maculam, quæ non inducit magnam deformitatem, etiam ad Epiſcopatum poterit promoveri.*

CVm de tua electione quæſtio mota fuiſſet: [ 1 & ſ. ] Tibi, quòd in oculo maculam habeas, & filius canonici fueris, eſt objectum: Vnde Cantuarienſ. Archiepiſcopo dedimus in mandatis, ut pro eo quòd canonici filius diceris, in promotione tua ex multa diſpenſatione procedat. De macula verò *c* Archiepiſcopo prædicto mandavimus, ut cum conſilio ſuffraganeorum ſuorum quod exinde viſum fuerit exequatur, in quo tibi ex maxima diſpenſatione curavimus providere.

*[ 1 Qui ſunt in quibuſdam eccleſiis Anglicanis electi in præſentia noſtra & noſtrûm fratrum.]*

### CAP. III.

*Sectus in cunabulis, licitè promovetur.*

Clemens III. *Varien. Epiſcopo.*

EX parte Bartholomæi monachi petitorium *d* fuit noſtro Apoſtolatui præſentatum, quòd cùm ipſe in cunabulis ſectus fuerit, poſtmodum ſub regula & Abbate devotè Deo militans, in Diaconatus ordinem eſt promotus: [ 1 *& infrà.* ] Sanè cùm ſecundùm ſtatu-

a *Concilium Carthaginenſe primum, cap. 8. ut refert Burchardus lib. 2. dec. cap. 36. Ivo p. 6. c. 137. Gratianus diſt. 54. cap. 3. ubi falsò tribuit concil. Maguntinenſi.* b *Salernitano Archiepiſcopo ex ea collectione, quæ eſt poſt Lateranenſ. part. 26. c. 4. 5. & 6. vide concilium Tridentinum, Seſſione 25. de reformatione, cap. 19. Adde beatum Thomam, & ibi Cajetanum 2. 2. quæſtion. 95. ad articulum 3. & pleniſſimè per Bernardum Vaſquium controverſiarum illuſtrium cap. 12. & 49.* c *aliàs, veri in oculo.* d *Cap. 1. eod. titul. in 2. compilatione.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ta Niceni concilii ad clericatus ordinem prohibeantur accedere, & ſic etiam in clero fuerint, debeant ceſſare, qui ſe ipſos ſani abſciderint, vel adfectaverint ut ab aliis *a* abſcindantur: non credimus ei impedimentum adferre, quò minus poſſit provehi, qui in cunabulis ſectus fuit, quia non videtur hoc eo tempore adfectaſſe, quo judicium animi non habebat: præſertim cùm in canonibus Apoſtolorum *b* ſit manifeſtè ſancitum, quòd eunuchus, ſi per inſidias hominum fact[us], vel ita natus ſit, aut etiam in perſecutione ſint ei amputata virilia, & dignus eſt, poſſit in Epiſcopum promoveri.

[ 1 *Unde ſuppliciter petiit facultatem ſibi à ſed. Apoſt. indulgeri, ut ſit ei licitum in Presbyterum ordinari.*]

CAP. IV.

*Sacerdos, qui ſine cauſa virilia ſibi fecit abſcindi, credens inde mereri, de diſpenſatione Epiſcopi ſuum officium, præter altaris miniſterium, poterit exercere.*

Idem *Ravennæ. Archiepiſcopo.*

SIgnificavit *c* nobis R. Archipresbyter ſancti Stephani, quòd B. Presbyter (credens ſe obſequium præſtare Deo) fecit ſibi virilia amputari: *& infrà.* Quocirca mandamus, quatenus ſi jam dictum Presbyterum aliàs Deo *d* dignum inveneris, ei ſacerdotale officium abſq; altaris miniſterio auctoritate noſtra fretus & tua, prout videris expedire concedas.

CAP. V.

*Sacerdos, qui ex juſta cauſa fecit ſibi virilia abſcindi, poteſt ut prius ſacerdotale officium exercere.*

Innocentius III. *e*

EX parte M. Presbyteri fuit *f* propoſitum, quòd cùm ſibi ſentiret lepræ periculum imminere, de conſilio medici virilia fecit ſibi abſcindi, ut poſſet à tam gravi infirmitatis vitio liberari: [ 1 *& infrà.*] Quoniam igitur canones ſanctorum Patrum hunc à ſacri altaris adminiſtratione non prohibent, mandamus, quatenus ſi eſt ita, & memoratus M. eſt aliàs idoneus, ut ſui miniſterii officium exequatur, liberam ei tribuas facultatem.

[ 1 *Et ut provideremus ei ſuper executione ſui officii, à nobis humiliter poſtulavit.*]

CAP. VI.

*Mutilatus manu, ſi promotus fuerit in Abbatem, ab abbatia deponitur.*

Idem *Mileten.* g *Epiſcopo.*

EXpoſuiſti *h* nobis, quòd prædeceſſor tuus H. in Abbatem promovit, neſciens quòd ipſe eſſet manu altera mutilatus: [ 1 *& infrà.*] Nos igitur fr. t. reſpond. quòd cùm pro tam enormi defectu ad ſacros non poſſit ordines promoveri, & in promotione ſua id tacuerit fraudulenter, ab Abbatiæ officio eſt non immeritò amovendus.

[ 1 *Quia verò ipſe Abbas noſcitur ſiniſtra carere, quid ſuper hoc agendum ſit, noſtra voluiſti reſponſione edoceri.*]

CAP. VII.

*Carens ungula pollicis, dummodo ſit fortis in pollice, licitè ad ſacerdotium promovetur.*

Honorius III. *Epiſcopo Engoliſmen.*

THomas monachus propoſuit, quòd cùm in annis puerilibus eſſet conſtitutus, quædam barra ferrea ſuper dextræ ſuæ pollicem fortuitò cadens, ungulam avulſit ab eo. Quocirca mandamus, quatenus ſi ad frangendum Euchariſtiam ſit in pollice ipſo potens, [illegible] canonicum non obſiſtat, propter deformitatem hujuſmodi non dimittas, quin eum ad ordinem promoveas ſacerdotis.

## DE DIGAMIS NON ordinandis.

*TITULUS XXI.*

CAP. I.

Ex concilio Aurelianenſi *a*.

VT bigami *b*, pœnitentes, vel repudiatarum mariti, ad ſacerdotium non (aſcendant.)

CAP. II.

*Cum bigamo, qui ordinatus eſt ad ſacros, non diſpenſ[atur] ordinator privabitur poteſtate ordinandi, niſi cum eo fuerit diſpenſatum.*

Lucius III. *c Spalen. Archiep.*

SVper eo *d* quod tua fraternitas de digamis [illegible] vit: Reſpondemus quòd ordinatores eorum poteſtate & officio ordinandi, & ordinati ſi ad ſacros ordines fuerint promoti, eis ideò ſunt privandi: quia digamis contra Apoſtolum diſpenſare non licet, [illegible] beant ad ſacros ordines promoveri, vel in eis promoti fuerint remanere. In ordinatore autem p[illegible] diſpenſatio adhiberi, ut ordinandi poteſtate & [illegible] non privetur.

CAP. III.

*Digamus uxore vivente, vel mortua, non ordinatur.*

Cæleſtinus III.

DE bigamis *e* Presbyteris, & viduarum [illegible] ſancimus omnino, ut nec viventibus uxoribus, [illegible] defunctis, ad divinorum debeant celebrationem [illegible] ti: maximè cùm à doctrina ſit Apoſtoli, & [illegible] bus eccleſiæ alienum.

CAP. IV.

*Qui mortua uxore promotus ad ſacros, cum ſecunda [illegible] contraxit & cognovit, digamiæ pœnam incurrit, [illegible] digamus.*

Innocentius III. *Ratiſbo. Epiſcopo f.*

NVper à *g* nobis: *& infrà.* Tertius & [illegible] ticulus videbatur habere non modicum [illegible] nis: quoniam cùm in matrimoniis contrahendis [illegible] ris effectus, ſed animi deſtinatio attendatur, [illegible] comitatur infamia, qui duas ſimul uxores habe[illegible] partim ad factum convenit retorqueri: ſicut [illegible] legitur de Presbytero, qui non legalibus nuptiis [illegible] netur: eadem cenſura tales videntur inter digamos [illegible] putandi. Licet obviet ex adverſo, quòd opinioni [illegible] veritas præferenda, & quòd juxta præmiſſa, qui [illegible] uxorem habuit, foret digamus reputandus: quod [illegible] tingeret, ſi quis de facto contraheret cum [illegible] bus de jure non poſſet matrimonialiter copulari. [illegible] autem in hac quæſtione t. reſpon. quòd cùm [illegible] di clericis, qui quantum in ipſis fuit, [illegible] res ſibi matrimonialiter conjunxerunt, tanquam [illegible]

a *Vide l. ſed & quæſitum. §. 1. cum not. ff. de liber. & poſthum. & l. ſpadonem. ff. de verborum ſignific.* b *diſt. 60. cap. Eunuchus.* c *Idem ſancivit Innocent. I. epiſt. ad Felicem Nucerianum Epiſcopum, ca. 1. Refert Burchardus l. 2. concord. concil. Nicen. c. 1. ſed hic additur diſpenſatio.* d *Vox, Deo, in antiquis deeſt.* e *Pariensi Epiſc. aliàs, Pariſienſi Epiſc.* f *Cap. 1. eod. tit. in 3. compilatione.* g *aliàs, Miltenſ. aliàs, Meldenſ.* h *Ca. 2. eodem titul. in 3. compilatione.*

a *Concil. Aurel. 3. cap. 6. Idem concil. Aurel. [illegible] locis eadem eſt ſententia, ſed diverſis verbis conſcripta. [illegible] Burchardus lib. 2. cap. 33. Ivo part. 6. cap. 134. [illegible] canon. 2. & concil. Trident. Seſſione 23. in decret. de reformatione cap. 17.* b *Ex cap. 2. eodem titul. in 2. compilatione. [illegible] legitur digami.* c *Aliàs, Spaletenſ. aliàs, [illegible] lent. aliàs, Spoletenſ. aliàs, Spolctano. aliàs, [illegible]* d *[illegible] eod. titul. in 2. compilatione. 1. ad Timotheum, cap. [illegible]* e *[illegible] eod. tit. in 2. compilatione.* f *Aliàs, Rothomagenſ. aliàs, [illegible] menſ. Epiſcopo.* g *Cap. 1. eod. tit. in 3. compilatione, [illegible] num Sotum in quarto Sententiarum, diſtinctione 27. [illegible] articulo 3.*

pratia

gamis a non liceat diſpenſari, licet in veritate digami non exiſtant, non propter ſacramenti defectum, ſed propter adfectum intentionis b cum opere ſubſecuto.

### CAP. V.

*Qui contraxit cum virgine, licet prius ab alio fuerit deſponſata, digamus non cenſetur.*

Idem *Metenſi Epiſcopo.*

DEbitum paſtoralis officii: c [ 1 *& infrà.*] F. t. *ita* duximus reſpondendum, quòd cùm duo ſint in conjugio, videlicet conſenſus animorum, & commixtio corporum, quorum alterum ſignificat charitatem, quæ conſiſtit in Spiritu inter Deum & juſtam animam, ad quod pertinet illud quod dicit Apoſtolus: Qui adhæret Deo, unus Spiritus eſt cum eo: reliquum vero deſignat conformitatem, quæ conſiſtit in carne inter Chriſtum & eccleſiam, ad quod pertinet illud quod Evangeliſta teſtatur, verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis: profecto conjugium d illud, quod non eſt commixtione corporum conſummatum, non pertinet ad illud conjugium deſignandum, quod inter Chriſtum & eccleſiam per incarnationis myſterium eſt contractum, juxta quod Paulus exponens illud quod dixerat protoplaſtus: Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea: & propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una: ſtatim ſubjungit, hoc autem dico magnum ſacramentum *in Chriſto & eccleſia. Cùm ergo propter ſacramenti defectum inhibitum ſit, ne digamus, aut maritus viduæ præſumat ad ſacros ordines promoveri, quoniam nec illa eſt unius unici, nec iſte unus unius: profectò ubi deficit inter hujuſmodi conjuges commixtio corporum, non deeſt hujuſmodi ſignaculum ſacramenti. Vnde is, qui mulierem ab alio viro ductam, ſed minimè cognitam duxit uxorem: quia nec ipſe carnem ſuam diviſit in plures: propter hoc impediri non debet, quin poſſit ad ſacerdotium promoveri.

[ 1 *Secundus autem tuæ dubitationis articulus continebat, an is qui mulierem ab alio viro traductam, ſed nondum cognitam matrimonialiter ſibi copulavit, valeat ad ſacerdotium promoveri. Licet autem is, qui ab alio viro relictam duxit in conjugem, ſive cognita fuerit ab illo, ſive incognita manſerit, videatur duxiſſe viduam in uxorem, utpote cujus vir erat mortuus, quando duxit eandem: ſicut & ille bigamus eſſe videtur, qui cum duabus legitimè contraxit uxoribus, ſive neutram, ſive alteram tantum cognovit, quia per carnis duarum uxorum. Nos autem.*]

### CAP. VI.

*Qui plures habuit concubinas, ex eo digamus non eſt.*

Idem *Lugdonenſ.* e *Archiepiſcopo Apoſtol. ſedis legato.*

QVia circa f minima: g *& infrà.* Sanè poſtulaſti per ſed. Apoſt. edoceri, ſi Presbyteri plures h concubinas habentes, bigami cenſeantur. Ad quod duximus reſpondendum, quòd cùm irregularitatem non incurrant digamiæ, cùm eis tanquam ſimplici fornicatione notatis, quoad executionem ſacerdotalis officii poteris diſpenſare.

a *Hic, tanquam, non eſt expreſſivum veritatis, ſed ſimilitudinarium: juxta illud. Exiſtis tanquam ad latronem.* b *vide leg. ſi mancipionem. D. de minor. l. ſi equo. de leg. ſecund.* c *Quæ hic deſunt, recipies in cap. 4. de baptiſmo, & cap. 2. eodem titul. in 3. compilatione. 1. Corinth. 6. Ioann. 1.* d *Vide Magiſt. Sentent. & ibi Doll. lib. 4. diſtinctione 27. Geneſ. 2. Epheſ. 5.* e *Idem D. Archidiac. Lundun. A. S. L.* f *Cap. unic. eod. tit. in 4. comp.* g *al. maxima.* h *In uno vetuſtiſſimo exemplari, ita; Pluries ſuſcepiſti. 1. ad Timoth. 3.*

### CAP. VII.

*Subdiaconus qui cum vidua contraxit, & eam cognovit, digami pœnam incurrit, licet digamus non ſit.*

Idem.

A Nobis fuit: *& infrà.* Ille autem, qui in Subdiaconatus ordine conſtitutus facto tantùm (quia de jure non potuit) duxit viduam in uxorem, profectò digamus non exiſtit: ſed nec viduæ poteſt in veritate dici maritus, cùm inter ipſum & illam non fuerit vinculum maritale contractum: cum eo tamen contra doctrinam Apoſtoli tanquam cum marito viduæ diſpenſare non licet, non propter ſacramenti defectum, ſed adfectum intentionis cum opere ſubſecuto.

## DE CLERICIS PEREGRINIS.

### TITVLVS XXII.

### CAP. I.

*Vltramarini & valde remoti ordinationem ſuam probare debent per quinq. Epiſcoporum ſigilla.*

Alexander III. a *Cenoman. Epiſcopo.*

TVa b nos duxit fraternitas conſulendos, quid ſit agendum de clericis, qui in remotis regionibus ordinati, literas eorum oſtendunt, à quibus ſibi proponunt manus impoſitas; & utrum Epiſcoporum ſigilla ſint, quæ repræſentant, incertum exiſtit. Tuæ igitur conſultationi reſpondemus, tutius eſſe ut in his ſtatuta Patrum veterum obſerventur, quàm novum aliquid ſtatuatur: ſtatutum autem eſt de tranſmarinis, ut ad minus quinque Epiſcoporum ſuper ordinatione ſua teſtimonio muniantur: quod in aliis (ſi similiter c ſunt incogniti) credimus obſervandum: ita tamen ut in ſuſpenſione aliquanto tempore habeantur, in quo plenius de actibus inſtruantur ipſorum: ſed & de inferioribus ordinibus inquiri oportet, quia poſſet contingere, ut aliquibus prætermiſſis ſaltum feciſſent. His autem peractis, ſi digni inventi fuerint, circa eos poterit diſpenſari.

### CAP. II.

*Clericus peregrinus, qui jurat ſe ordinatum, niſi aliter probet, in illo ordine non ſuſcipietur, nec ad ſuperiores promovebitur.*

Innocentius III. *Conſtantinop. Patriarchæ.*

IN quatuor [ d *& infrà.*] Vtrum clericos ad te ſine ſuorum ordinatorum literis venientes, & offerentes juramentum, quòd ſint in quovis eccleſiaſticorum ordinum conſtituti, debes ad ſuperiores ordines promovere: Inquiſitioni t. t. r. quòd niſi de ipſorum ordinatione canonica, per idonea tibi conſtiterit argumenta, eos nec in illis ſuſcipere, nec ad majores debes ordines promovere, præſertim antequam converſatio eorum fuerit adprobata.

### CAP. III.

*Peregrinus de cujus ordinatione non conſtat, non permittitur celebrare in publico, ſed in occulto ſic.*

Idem *Patriarchæ Hieroſolymitano.*

TVæ fraternitatis: e [ 1 *& infrà.*] Vtrum clericos, qui ad partes Hieroſol. ſine commendatitiis literis ve-

a *In multis Alexandr. IV. ſed falſa eſt inſcriptio. nam cùm hæc compilatio facta eſt, nondum erat Alexander quartus.* b *Cap. unic. eodem titul. in prima compilatione. & habetur integrum poſt concil. Lateranenſ. ſub Alexandro tertio, partec. 26. capit. 20.* c *aliàs, ita: qui ſimiliter: al. ita, ſi ſimiliter ſunt in eo incogniti.* d *Tota hæc præfatio extat infrà, cap. Inter. 4. de majoritate & obedientia. Ideo hic non adſcribo, quod de ſimilibus admonitum volo, vide Cap. 1. eod. tit. in 3. compil.* e *Cap. 2. eod. tit. in 3. compil.*

niunt, permittere debeas celebrare divina. [ 2 *& infrà.*] Reſpondemus, quòd niſi legitimè tibi conſtiterit, ſive per literas, ſive per teſtes, de illorum ordinatione canonica, qui penitus ſunt ignoti, non debes ipſos permittere in *a* tuis plebibus celebrare: ſed ſi forſitan eorum aliqui ſecretò ex devotione celebrare voluerint, poteris ſuſtinere.

[ 1 *Diſcretio poſtulavit per ſedem Apoſt. edoceri.*]

[ 2 *Cum plerique eorum de quorum canonica ordinatione non conſtat, ſtatim ut veniunt, præſumunt non expetita licentia celebrare. Nos autem tuam in Domino ſolicitudinem commendantes ſuper primo articulo. ſ.t.*]

CAP. IV.

*Inferiores prælati ſine diœceſanorum conſenſu, in eccleſiis ſuis peregrinos non poſſunt inſtituere.*

Honorius III. *Regin. Epiſcopo.*

TE nobis proponente didicimus, quòd quidam prælati eccleſiarum tuæ juriſdictionis, in eccleſiis ſibi commiſſis ſine conſcientia *b* tua clericos de alienis Epiſcopatibus *c* inſtituere non verentur. Attendentes igitur id eis nulla ratione licere, cùm ſit honeſtati contrarium *d*, & à ſanctorum Patrum inſtitutionibus alienum: [ 1 *& infrà.*] Inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quòd tibi licet eos exinde removere, niſi aliquos ex diſpenſatione in eiſdem eccleſiis duxeris dimittendos.

[ 1 *Ad exemplar fe. re. Alex. P.P. p.n. auct. Apoſt. tibi indulgemus, ut ſi qui clerici de alienis Epiſcopatibus in eccleſiis tuæ juriſdictionis ſine conſcientia & aſſenſu tuo ſunt vel fuerunt in poſterum inſtituti.*]

## DE OFFICIO ARCHIdiaconi.

### *TITVLVS XXIII.*

CAP. I.

*Ponit quæ ſpectant ad officium Archidiaconi.*

Ex libro Romani ordinis.

VT Archidiaconus *e* poſt Epiſcopum ſciat ſe vicarium eſſe ejus in omnibus, & omnem curam in clero (tam in urbe poſitorum, quàm eorum, qui per parœcias habitare noſcuntur) ad ſe pertinere, ſive de eorum converſatione, ſive honore *f* & reſtauratione eccleſiarum, ſive doctrina eccleſiaſticorum, vel cæterarum rerum ſtudio: & delinquentium rationem coram Deo redditurus eſt. Et ut de tertio in tertium annum, ſi Epiſcopus non poteſt, parœciam univerſam circumeat, & cuncta, quæ emendatione indigent, ad vicem ſui Epiſcopi corrigat & emendet.

CAP. II.

*Non ſummatur, ſed ponit quædam quæ ſpectant ad officium Archidiaconi.*

Ex concilio Toletano.

OFficium *g* verò Archidiaconi eſt Evangelium quando voluerit legere, vel alicui de Diaconis præcipere: & quando Epiſcopus miſſam canit, ad juſſionem illius induant ſe levitæ veſtimentis ſacris: qualiter cum Pontifice ad miſſam *h* procedant: [ 1 *& ſ.*] Omne eccleſiaſticum officium providendo, lectiones aut reſponſoria in matrice eccleſia dare debet, & auſcultare, in tantum ut nullus Evangelium, aut Epiſtolam, reſponſoria, vel quamlibet in eccleſia lectionem legat & cantet, donec auſcultetur ab ipſo. Acolythos *i* quoq; ipſe ordinet, quis eorum candelabra, quis thuribulum [illegible] ferre, quiſve minorum in eccleſia aliqua officia [illegible] debeat.

[ 1 *Omnemq́, querimoniam ſeu cauſam vel juſtitiam [illegible] tericam vel Diaconorum vel Subdiaconorum ipſe debeat [illegible] ordinare. Ideò verò ſtrenuus, providus, cautus, vicem ſui Epiſc[illegible] agens totius Epiſcopatus curam habeat, &c.*]

CAP. III.

*Cuſtodia vaſorum eccleſiæ ſpectat ad Archidiaconum.*

Gregorius III. *Archidiacono Salonitano* a.

EA quæ contra: *& infrà.* Scire verò te volumus, quòd à te diſtrictè quæſituri ſumus, quia vel propriæ eccleſiæ, vel ea quæ de diverſis eccleſiis [illegible] ſunt collecta, non ſub omni ſolicitudine & fide [illegible]tur. Quòd ſi quid ex eis, vel negligentia, vel cujuſque fraude deperiit, tu hoc reatu aſtringeris, qui per Archidiaconatus ordinem cuſtodiæ ejuſdem eccleſiæ [illegible] deputaris.

CAP. IV.

*Archidiaconus ſine mandato Epiſcopi, non committit curam animarum, id eſt, non habet inſtitutionem authorizabilem.*

Alexander III. *Elien. Archidiacono.*

CVm ſatis *b* ſit abſurdum: [ 1 *& infra.*] Quia [illegible] igitur obtentu alicujus conſuetudinis, non [illegible] contra ſanctorum Patrum conſtitutiones venire [illegible] ad tuum non ſpectat officium vindicare. Mandamus [illegible] nemini ſine licentia & mandato Epiſcopi curam [illegible]mas committere animarum.

[ 1 *Et à ſanctorum Patrum inſtitutionibus alienum [illegible] diaconus auct. propria debeat cuilibet eccleſiarum committere, ægrè nimis ferimus, quòd tu ſine mandato Epiſcopi [illegible] animarum committis.*]

CAP. V.

*Archidiaconus de jure communi non poteſt [illegible] And. de Burc.*

Idem *Vigorienſi Epiſcopo p.c. cauſa quæ.*

ARchidiacono *c* non videtur de eccleſiaſticis [illegible]tione licere (niſi auctoritas Epiſcoporum [illegible]) in aliquos ſententiam promulgare.

CAP. VI.

*Archidiaconus ſemel in anno (niſi neceſſitas exigat [illegible]) [illegible]tat ſuam provinciam, id eſt, parœciam.*

Idem *Epiſcopo Conventren. & Abbati Ceſtrenſ.*

MAndamus *d* quatenus prohibeatis Ceſtr[illegible] [Ar]chidiacon. ne ad eccleſias ſui Archidiaconatus [vi]ſitandas, niſi ſemel in anno accedat. Niſi fortè [illegible] [cau]ſa emerſerit, propter quam ipſum oporteat [illegible] eccleſias ſæpius viſitare.

CAP. VII.

*Dicit primò quod ſit officium Archidiaconi: [illegible] lud relevetur Epiſcopus. Et ſecundò dicit Decanus [illegible] ſcopum & Archidiaconum eligendos & amovendos, [illegible] ces communiter gerant.*

Innocentius III.

AD hæc nos *e* dicimus *f.* *& infrà.* Sanè [illegible]

---

a *Deeſt dictio, in.* b *aliàs, ſcientia, id eſt, facultate aut licentia.* c *aliàs, partibus.* d *vide leg. quod vulgo. ff. de ſtatu hom. & l. ſi cum dies. §. compromiſſio. ff. de arbitr.* e *Cap. 2. eodem tit. in 1. compilat.* f *aliàs, onere.* g *Cap. 3. eodem tit. in 1. compilatione.* h *Vt verbi gratia bini honeſtè & demiſſo vultu.* i *Quis ordo ſit Acolythorum in eccleſia tradit Magiſter Sentent. libr. 4. diſt. 24. §. quarto loco.*

a *Gregorius epiſtol. 10. libr. 1. Regiſtri & cap. 1. eod. tit. [illegible] pilat. Aliàs, Salernitano Archiepiſc. aliter, Archidiacono [illegible] Diacono Salonitano. in aliis Epiſc. al. Archidiac. Salonitano [illegible] tius. vide lib. 2. epiſtol. 16. regiſtri, ex qua eſt apud Gratianum [illegible] ſtinct. 74. canon. 8. & lib. 1. epiſt. 19. vide diſt. 74. can. 1.* b *[illegible] eod. tit. in 1. compilat. & poſt concil. Lateranen. ſub Alexandro [illegible] partic. 26. cap. 2.* c *al. Archidiaconis cap. 5. eod. tit. [illegible] compil. & habetur poſt concil. Lateranenſ. ſub Alexandro [illegible] partic. 36. cap. 4.* d *Habetur poſt concil. Lateranenſ. ſub Alexandro III. part. 2. cap. 11. vide concil. Tridentin. ſupr. [illegible]* e *Cap. 1. eod. tit. in 4. compilat.* f *in antiquis legitur [illegible] Dominus. al. docuimus.*

tur fraternitatis devotio, quid ad officium Archidiaconi debeat pertinere, & in quibus per ipſum cura epiſcopalis ſolicitudinis debeat relevari: & nos prout poſſumus reſpondemus. Archidiaconus (ſecundùm ſtatuta B. Iſidori) imperat Subdiaconis & levitis: parœciarum ſolicitudo & earum ordinatio ad ipſum pertinet: & audire debet *a* jurgia ſingulorum: Archipresbyteri, qui à pluribus Decani nuncupantur, ejus jurisdictioni ſe noverint ſubjacere. Secundùm vero Romani ordinis conſtitutionem major poſt Epiſcopum, & ipſius Epiſcopi vicarius reperitur: omnem ſolicitudinem & curam, tam in clericis, quàm in eccleſiis eorum (prout melius ſecundùm Deum noverit) impendendo, cùm ſuper his ſit redditurus rationem in diſtricti examinis judicio. Item in epiſtola B. Clementis Papæ p.n. oculus Epiſcopi Archidiaconus appellatur, ut loco Epiſcopi per Epiſcopatum proſpiciens, quæ corrigenda viderit, corrigat & emendet: niſi adeò fuerint ardua negotia, quæ abſque maioris ſui præſentia nequeant terminari. In quadam verò noſtra conſtitutione jam alia vice nos meminimus expreſſiſſe, quòd inſtitutio corporalis, tam ſuper beneficiis, quàm etiam dignitatibus ad ipſum debeat pertinere, examinatio etiam clericorum ſi fuerint ad ſacros ordines promovendi: & hoc idem in collationibus beneficiorum credimus obſervandum, ut qui beneficiis eccleſiaſticis præficiendi fuerint, à ſuo prius examinentur Archidiacono, & per ipſum poſtmodum Epiſcopo præſententur.

Subſequenter poſtea quæſiviſti, utrum decani rurales, qui pro tempore ſtatuuntur, ad mandatum tuum ſolum, vel Archidiaconi, vel etiam utriuſque inſtitui debeant vel deſtitui, ſi fuerint amovendi. Ad hoc breviter reſpondemus, quòd cùm ab omnibus, quod omnes tangit, adprobari debeat, & commune eorũ decanus officium exerceat, communiter eſt eligendus, vel etiam amovendus.

## CAP. VIII.

*Archidiaconus non dat commendatitias ad ordines.*

Idem.

Significaſti *b*: & infrà. Interdicas Archidiacono tuo ne ſine conſcientia tua & auctoritate literas ſuas promovendis concedat. Et eis etiam diſtrictè *c* prohibeas, ne ad ordines audeant convolare. Qui ſi contra prohibitionem tuam venire præſumpſerint, executionem *d* eis ordinum ſuſceptorum totaliter interdicas.

## CAP. IX.

*Archidiaconus examinat & præſentat ordinandos, & ponit prælatos in ſede.*

Idem *Mediolanen. Archiepiſcopo.*

Ut noſtrum: *e* [& infrà.] Nec fuit *f* ſufficienter probatum, quòd cancellarius ex officio ſuo exerceat ſpiritualia memorata, cùm ea potius de jure communi ad Archidiaconi ſpectent officium: repræſentare *g* videlicet ordinandos Epiſcopo, & illos examinare, ponere Abbates & Abbatiſſas in ſede.

## CAP. X.

*Archidiaconi in monaſteriis juriſdictionem non habent, niſi quantum tribuit eis generalis vel ſpecialis conſuetudo.*

Honorius III. *Abbati Ariminen. Trecen. diœceſis, & Archidiacono & Decano S. Stephani Trecen.*

Dilecto filio: & infrà. Ad petitionem Archidiaconi Senon. conquerentis, quòd Abbas & conventus monaſterii ſancti Petri Senonen. procurationem *a* annuam, & quædam alia, ratione ſui Archidiaconatus ad ipſum ſpectantia, exhiberi ſibi contra juſtitiam denegabant: Abbati ſancti Criſpini & collegis ejus dedimus in mandatis, ut audirent cauſam, & fine debito terminarent. Coram quibus petiit prædictus Archidiaconus ut *b* cùm monaſterium intra metas ſui Archidiaconatus ſit ſitum, Abbas & monachi ſibi obedirent in his, quæ pertinent ad juriſdictionem, correctionem, & viſitationem, ad jus (ut dicebat) archidiaconale ſpectantes, videlicet ut coram ſe conquerentibus reſponderent, citati etiam venirent ad ejus præſentiam: & ejus mandata *c* honeſta & ſancta ſecundùm Deum, de correctione exceſſuum, & aliis, quæ Archidiaconi ſolent & poſſunt rationabiliter injungere, audituri, & (ſalva ſua regula, & Abbatis ſui debita obedientia) ſervaturi. Petiit inſuper ne de cætero facerent aliquos de Senonen. *d* ballivia, eo prætermiſſo, coram officiali Senonen. Archiepiſcopi conveniri, adſerens illos priùs debere conveniri ſub ipſo, quàm coram officiali prædicto: ſpecialibus ipſius Archiepiſcopi & hominum, ac familiæ ſuæ cauſis duntaxat exceptis: [ 1 *& infrà.*] Ideoque diſcr. v. manda. quare, per majores eccleſiæ Senonenſ. canonicos, qui habere debent de hujuſmodi conſuetudine notitiam pleniorem, ſuper his ſolicitè veritatem inquiratis: & niſi vobis conſtiterit præfatum Archidiacon. vel prædeceſſores ipſius de pacifica ſic obtenta conſuetudine juriſdictionem aliquam in ipſo monaſterio, vel in hujuſmodi Abbatiis hactenus habuiſſe, præfatum monaſterium ab ejus impetitione penitus abſolvatis, perpetuum ſuper hoc ipſi Archidiacon. ſilentium imponentes. Si verò de præmiſſis conſtiterit per eoſdem, eandem juriſdictionem duntaxat adjudicantes eidem in monaſterio prædicto, quam ipſum vel prædeceſſores ſuos in monaſterio ipſo, vel in eiſdem Abbatiis habuiſſe conſtiterit: ſuper aliis perpetuum ei ſilentium imponatis.

[ 1 *Lite ergo ſuper præmiſſis coram præfatis judicibus legitimè conteſtata, & auditis ab eiſdem hinc inde propoſitis, iidem judices de utriuſque partis aſſenſu cauſam ad examen Apoſtolicum remiſerunt. Ipſis ergo Alber. & Archidiacon. in noſtra præſentia conſtitutis, nos attendentes eorum conſuetudines eſſe ſuper Archidiaconorum juriſdictione diverſas, cùm in hoc caſu neſciremus conſuetudinem, qua in Abbatiis Senonen. ordinis præfati monaſterii utitur Archidiacon. Senonen. finalem nequivimus habere in hujuſmodi quæſtione proceſſum. Volentes autem ut eidem quæſtioni finis debitus imponatur, cauſam ipſam vobis de ipſius Abbatis & procuratoris aſſenſu duximus committendam.*]

# DE OFFICIO ARCHIPRESBYTERI.

## TITULUS XXIV.

## CAP. I.

*Archipresbyter civitatis ſubeſt Archidiacono: & principaliter præeſt Presbyteris, & Presbyteralibus officiis.*

Ex concilio Toletano.

Ut Archipresbyter *e* ſciat ſe ſubeſſe Archidiacono, & ejus præceptis, ſicut ſui Epiſcopi obe-

---

a *Non tamen judicant Archidiaconi cauſas matrimonii & criminum. concil. Trident. Seſſ. 24. decr. de reform. c. 20. §. ad hæc. nec ...* Idem conc. Trid. c. 12. b *Cap. 2. eod. tit. in 4. compil.* c *al. diſcretè.* d *In vetuſtis ita: Executionem eis ordin. taciter ſuſp.* e *Prodeat de vultu Dei judicium, &c. infra cap. ut noſtrum. de appellatio. & c. ut noſtrum. ut eccleſ. be. ſ. d. conferantur.* f *Cap. 3. eod. tit. in 4. compil.* g *In vetuſtis, præſentare.*

a *Eſt autem procuratio, neceſſariorum ſumptuum exhibitio, quæ debetur prælatis diœceſim ſeu ſubditos viſitantib.* b *Idem.* c *Quid in viſitatione præſtare debeant prælati, tradit concil. Trident. Seſſ. 24. de reform. cap. 3.* d *Archiepiſc.* e *Burch. l. 3. c. 50. Ivo part. 5. cap. 20. & c. 1. eod. tit. in 1. compil. Iſidor. in epiſt. ad Leudefredum Epiſcopum Cordubenſem & Grat. diſt. 25. can. 1.*

dire, & quod ſpecialiter ad ejus pertinet miniſterium *a*, ſuper omnes Presbyteros in ordine presbyterali *b* poſitos curam agere [animarum *c*,] aſſiduè in eccleſia ſtare, & in Epiſcopi ſui abſentia ad vicem ejus miſſarum ſolennia celebret, & collectam dicat, aut cui ipſe injunxerit.

CAP. II.

*Ad idem.*

Leo Papa.

MIniſterium *d* Archipresbyteri in eo conſtituitur, ut diligenti cura provideat miniſterium ſacerdotum *e* cardinalium, qui ſolenne debent agere officium in communicatione corporis & ſanguinis Domini noſtri IESV Chriſti, à ſacroſancto die dominico incipiendo per omnes horas canonicas indeclinabiliter perſeverent, ut opus Dei dignè & ſanctè perficiatur ab eo, cui committitur: [1 & J.] Provideat etiam Archipresbyter vitam ſacerdotum cardinalium, præceptis ſui obtemperando Epiſcopi, ne aliquando cedant, aut ſcurrilitate torpeant: [2 & J.] Si Epiſcopus defuerit (exceptis his, quæ prohibita ſunt) Archipresbyter provideat cuncta, quæ in ſacerdotum miniſterio perfici debeant, fontes benedicere, infirmum oleo perungere, pœnitentem infirmum (conſulto Epiſcopo) reconciliare, pœnitentiam cunctis aliis ſacerdotibus injungere. In præcipuis feſtivitatibus, aut ipſe celebrationem miſſæ ſolenniter impleat, aut ad ſui juſſionem, cui committitur, peragat veneranter.

[1 *Sed reminiſcantur, quòd labia ſacerdotum cuſtodiunt ſcientiam, & juſtitiam, & legem requirunt ex ore ejus q.a.d.e.e.*]

[2 *verens ſententiam illius ſapientiſſimi viri, ubi dicitur: Maledictus homo qui negligenter agit opera Dei.*]

CAP. III.

*Declarat quod ſit officium Archipresbyteri civitatenſis. Anton. de But.*

Idem.

OFficium *f* Archipresbyteri de urbe conſtat, quando ſibi præſul defuerit vice ejus officium inchoare, benedictiones presbyterales in eccleſia dare, miſſam quando voluerit cantare, vel cui de ſacerdotibus juſſerit. Quando verò Epiſcopus miſſam canit, debet præcipere ſacerdotibus ut induant ſe veſtimentis ſacris, & qualiter ad miſſam procedant: debet enim præcipere cuſtodi eccleſiæ, ut in ſacrario Euchariſtia Chriſti propter infirmos non deſit, debet infirmis providere, & providendo præcipere ſacerdotibus, ne fortè ſine confeſſione, vel confirmatione corporis & ſanguinis Domini noſtri IESV Chriſti moriantur: confeſſiones peccatorum *g* eorum, qui à foris *h* veniunt, recipere cum omnibus ſacerdotibus, & exinde per proviſionem pontificis magnam debet illis adhibere curam, ad Chriſtianos quoque faciendos, & baptizandos infantes, & ad ſuccurrendum, omnia à ſacerdotibus per juſſionem *i* illius fiant.

CAP. IV.

*Archipresbyter ruralis Presbyterorum & laicorum plebaniæ ſuæ curam gerit: contra decretum tamen Epiſcopi nihil ordinare poteſt.*

Idem *ex ſynodo* a *Ravennæ habita.*

VT ſingulæ *b* plebes Archipresbyterum habeant propter aſſiduam erga populum Dei curam, qui non ſolùm imperiti vulgi ſolicitudinem gerant, verumetiam Presbyterorum, qui per minores titulos habitant, vitam jugi circumſpectione cuſtodiant, & qua unuſquiſque induſtria divinum opus exerceat *c*, Epiſcopo ſuo renuncient. Nec contendat *d* Epiſcopus, non egere plebem Archipresbytero, quaſi ipſe eam gubernare valeat, quia etſi valde idoneus ſit, decet tamen ut ſua onera partiatur, & ſicut ipſe matrici eccleſiæ *f* præeſt, ita Archipresbyteri præſint *g* plebibus, ut in nullo titubet eccleſiaſtica ſolicitudo: cuncta tamen referant ad Epiſcopum, nec aliquid contra ejus decretum *h* ordinare præſumant.

## DE OFFICIO PRIMICERII

### TITVLVS XXV.

CAP. I.

*Ponit ea, quæ ſpectant ad officium primicerii. Anton. de But.*

Idem i *in libro Romani ordinis.*

VT primicerius *k* ſciat ſe eſſe ſub Archidiacono ſicut & Archipresbyter, & ad ejus curam ſpecialiter pertinere, ut præſit in docendo Diaconis, vel reliquis gradibus eccleſiaſticis in ordine poſitis, ut ipſe diſciplinæ & cuſtodiæ inſiſtat, ſicut pro animabus eorum coram Deo rationem eſt redditurus, & ut ipſe Diaconis donet *l* lectiones quæ ad nocturna officia clericorum pertinent, & de ſingulis ſtudium habeat ut in quacunque re capacem ſenſum habuerit, abſque ulla vacet negligentia, aut à quo ipſe juſſerit inſtruantur. *m*

## DE OFFICIO SACRISTÆ

### TITVLVS XXVI.

CAP. I.

*Ex* concilio Toletano.

VT ſciat *n* ſe ſacriſta ſubjectum Archidiac. & ad ejus curam pertinere cuſtodiam ſacrorum vaſorum, veſtimentorum eccleſiaſticorum, ſeu totius theſauri eccleſiaſtici, nec non, quæ ad luminaria pertinent, ſive in cera, *o* ſive oleo.

## DE OFFICIO CVSTODIS

### TITVLVS XXVII.

CAP. I.

*Ponit, quæ ſpectant ad officium cuſtodis. h.d.*

*Ex* libro Romani ordinis.

CVſtos eccleſiæ *p*, cui ea, quæ eccleſiæ competunt, cuſtodienda committuntur, oportet ut ſui archid. juſſioni in cunctis obediat, in canonicis horis ſigna tintinnabulorum pulſanda, ipſo Archidiacono jubente, ab eo pulſentur, pallia vel linteamina altaris, ſeu cuncta utenſilia eccleſiæ indeſinenter cuſto-

a *Officium.* b *hæc vox, presbyteralı, deeſt in antiquis.* c *deeſt vox, animarum, in antiquis.* d *C.2. eod. tit. in 1. compil. vide concil. Trid. infrà citatum.* e *Sacerdotes cardinales hoc loco non urbis tantùm Romæ, ſed aliarum etiam civitatum primos interpretamur, quib. tituli, id eſt, parochiæ committuntur.* f *C.3. eod. tit. in 1. compil. conc. Trident. Seſſ. 5. de reform. cap. 5. ſalubriter addit, vel Archipresbyteri & alii curam animarum habentes, populo prædicent Dei verbum.* g *aliàs, dictorum.* h *venerunt.* i *aliàs, proviſionem.*

a *al. Romæ habita à Ioanne Papa XII. & à Lamberto Imp. ſed hîc putarem Ioannem IX. ſive X. ſcribendum. Is enim ſynodum Ravennæ celebravit. Leo enim antiquior fuit.* b *C.4. eod. tit. in 1. compil.* c *al. & Epiſc.* d *al. contendat.* e *al. plebem.* f *deeſt vox, eccleſiæ.* g *præſunt.* h *al. doctrinam.* i *al. Item.* k *C.1. eo. tit. in 1. compil. Ivo p. 6. c. 20. Grat. can. perlecto 25. diſt. Pann. l. 3. c. 41.* l *In omnibus manuſcr. donet lectiones ad nocturna officia.* m *al. inſtituantur.* n *C.1. eo. tit. in 1. compil. & Ivo p. 6. c. 20.* o *Hæc poſtrema verba in nonnullis deſunt.* p *Cap. 1. tit. in 1. compil.*

diat,

dunt, lampades & laternas in accendendo, ſeu extinguendo pervigil exiſtat: ne *a* aut ſupra modum lucendo oleum depereat, aut minus lucendo obſcurior ſit eccleſia: ſed omnia cum diſcretione *b* agantur: quæ noſcitur omnium virtutum eſſe mater. Si verò is minus idoneus ad hoc peragendum extiterit, ab Archid. coërceatur ut ſe emendet. Si autem indomitus permanſerit, Archidiac. Epiſcopo denunciando provideat, ut indecente ejecto, ipſius domui Dei conſtituatur miniſter, ut omnia in laudem Dei fiant.

CAP. II.

*Ad idem.*

*Ex* concilio Toletano.

Cuſtos ſolicitus *c* debet eſſe de omni ornamento eccleſiæ, & luminariis, ſive incenſo, nec non panem & vinum omni tempore præparatum ad miſſam habere debet, & per ſingulas horas canonicas ſignum ex conſenſu Archid. ſonare, & omnes oblationes ſeu eleemoſynas, & decimas (cum ejusdem tamen conſenſu abſente Epiſcopo) inter fratres dividat. In his tribus eccleſiæ columnis (ut ſancta ſanxit ſynodus) conſiſtere debet alma mater eccleſia: ut ad hoc opus tales ordinentur, quales meliores & ſanctiores eſſe viderint, ut nulla negligentia in ſancta Dei eccleſia videatur: hi tres, Archidiaconus, Archipresbyter, cuſtos, ſimul juncti, uno animo providè pergant, & perfectè, & non ſit invidia, neque zelus inter illos.

DE OFFICIO VICARII.

*TITVLVS XXVIII.*

CAP. I.

*Vicarius ſi beneficium curatum poſtea ſit adeptus, vicaria privatur.*

Alexander III. *Epiſcopo Norvic. & G. Archidiacono.*

AD audientiam *d* noſtram pervenit quòd Hug. V. Presbyter monachos de *e* Rameſia petendo vicariam eccleſiæ de *f* Burnel. à qua viginti annis receſſit, in diverſis poſtea eccleſiis perſonatum adeptus, fatigare præſumit. Quia igitur non eſt canonicum *g*, ut qui curam animarum in diverſis habet eccleſiis, vicarius in alienis exiſtat: mandamus quatenus (ſi ita eſt) prædictum Presbyterum à petitione ſupradictæ vicariæ deſiſtere compellatis.

CAP. II.

*Plures vicarias quis habere non poteſt.*

Idem *Eliſienſi Epiſcopo. P. C.*

PRovideas *h* attentius, ne in epiſcopatu tuo patiaris aliquem plures vicarias habere: Quia cùm vicarii teneantur perſonis & eccleſiis deſervire, alienum eſt ab ordine juris, ut vicariam quis habeat præter unam.

CAP. III.

*Perpetuus vicarius per Epiſcopum inſtitutus, per rectorem removeri, vel portione ſua fraudari non poteſt.*

Idem *Vintonienſi a Epiſcopo.*

AD hæc *i* ſi perſona alicujus eccleſiæ, vicario, quem in eadem eccleſia inſtituit, de adſenſu & auctoritate diœceſani Epiſcopi certam adſignaverit portionem: is, qui perſona illa defuncta in perſonatum illius ſubſtituitur, non poteſt eundem ab eccleſia removere, vel adſignatam ſibi minuere portionem. Niſi aliquid committat, propter quod per judicem in vicaria ſit vel beneficio condemnandus.

CAP. IV.

*Vicarius non poteſt ſubſtituere vicarium.*

Idem *Norvvicenſi Epiſcopo.*

CLericos *a* in presbyteratu vel in aliis inferioribus ordinibus conſtitutos, in vicariis eccleſiarum, quas adepti ſunt, alios ſibi ſubſtituere non permittas, cùm id ſatis ſit abſonum & abſurdum.

CAP. V.

*Vicarius Papæ in urbe juriſdictionem habet, non extra urbem.*

Innocentius III. *Abbati S. Eugen. & plebano S. Petri.*

SVa nobis: & infra. Nos igitur *b* vicarii literas æſtimantes per ſurreptionem obtentas *c*. Quoniam juriſdictio vicarii *d*, quem Romanus Pont. in urbe reliquit, nõ extenditur extra illam, niſi ei ſpecialiter ſit conceſſum. Præſertim cùm ipſe moratur in ſua provincia ſpeciali, videlicet inter Capuanam provinciam & Piſanam: Mandamus, quatenus quicquid occaſione literarum illarum actum eſt, in irritum revocetis.

CAP. VI.

*Compelluntur vicarii ordinarii eccleſiis deſervire, per ſubtractionem proventuum & vicariarum.*

Honorius *e* III. *Vigor. Epiſcopo.*

EX parte tua fuit propoſitum coram nobis [ 1 & ſ.] Mandamus, quatenus perpetuos vicarios, ut in eccleſiis, in quibus vicarias obtinent, reſideant, & ſe in Presbyteros (ut *f* eorum cura exigit,) faciant promoveri, per ſubtractionem proventuum vel ipſarum vicariarum, compellas.

[ 1 *Quòd quidam in eccleſiis in quibus perpetuas obtinent vicarias, debitam reſidentiam facere, ac in Presbyteros promoveri contemnunt. Nolentes igitur abuſum hujuſmodi, ſicuti nec debemus, æquanimiter ſuſtinere, f. 1.*]

DE OFFICIO ET POTESTATE IVDICIS DELEGATI.

*TITVLVS XXIX.*

CAP. I.

*Delegatus Papæ poteſtatem habet non ſolùm in partes, ſed etiam in alios, qui ſuam juriſdictionem impediunt.*

Alexander III. *Londonenſi Epiſcopo.*

QVia quæſitum *g* eſt quid faciendum ſit de poteſtatibus, quæ *h* cùm præcipimus alicui juſtitiam exhiberi, minis ac terroribus conquerentes ſilere compellunt, & ſic mandatum noſtrum *i* eluditur: ſic tibi reſpondemus, quòd ſicut agentes & conſentientes pari pœna (ſcripturæ teſtimonio) puniuntur *k* ſic tam eos qui trahuntur in cauſam, quàm principales eorum fautores (ſi eos manifeſtè cognoveris juſtitiam impedire) diſtrictione eccleſiaſtica poteris coërcere.

CAP. II.

*Cùm diverſæ literæ ſub eadem data & forma contraria impetrantur, & præſentantur à diverſis ad eoſdem judices, ſuperſedetur utriſq; donec conſulatur Papa.*

a In codice Barbatia ita: *ut ne contra modum lucendo oleum inutiliter depereat. In alio ita: ne ut ſupra modum lucendo oleum &c.* b *cum diſcretione in eccleſia agantur.* c *C. 2. eod. tit. in 1. comp.* d *Ca. 1. eod. tit. in 1. compil. & poſt conc. Later. ſub Alex. III. pa. 30. c. 1.* e al. *Dunesia.* f *al. Burnelia.* g *Conc. Trid. Seſſ. 5. in decr. de reform. c. 4. & Seſſ. 24. de reform. c. 17.* h *C. 3. eod. tit. in 1. comp.* i *C. 4. eod. tit. in 1. comp. & poſt conc. Lateran. ſub Alex. III. p. 8. c. 2.*

a *Cap. 5. eod. tit. in 1. compil. & poſt concil. Lateran. p. 39. cap. 3.* b *C. 1. eod. tit. in 3. comp. al. incipit, Tua nobis.* c *vide l. fin. cum ibi not. C. ſi à non comp. jud.* d *Et de vicariorum juriſdictione, vide concil. Trident. Seſſ. 24. de reform. c. 16.* e *al. Innocent. III.* f *earum.* g *Cap. 2. eod. tit. in 1. compil. & poſt concil. Lateranen p. 7. cap. 2.* h *qui.* i *eliditur. Roman. cap. 1.* k *vide l. jubemus. §. œconomus. cum vulga. C. de Epiſcopis & clericis.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Idem *Bononienſi* a *Epiſcopo.*

SAnè ſi à *b* nobis ſuper aliqua cauſa literæ, impetrantur, & aliæ poſtea (non facta mentione priorum literarum) literæ opponuntur, ſi judicibus innotuerit donec Romanum pontif. conſulant, & ſuam exinde cognoſcant plenius voluntatem, executioni ſuperſedeant utrarumque. Ne pro varietate literarum cauſarum fines valeant impediri.

CAP. III.

*Delegatus Papæ impeditus, ſubdelegare poteſt cauſam, quæ ſine ipſo commodè terminari poteſt.*

Idem *Epiſcopo* c *Londonen.*

SI pro *d* debilitate, vel pro qualibet alia gravi *e* cauſa, vel neceſſitate tractandis cauſis, quæ tibi à ſede Apoſt. committuntur, intereſſe non poteris: liberum tibi ſit perſonis diſcretis & idoneis vices tuas committere. Ita tamen, quòd ſi res tanti eſt, conſulere te debeant. Niſi fortè cauſæ ita graves ſint, quòd ſine præſentia tua non poſſint commodè terminari.

CAP. IV.

*Si cauſa committitur intra certum diem decidenda, niſi partes prorogent, per lapſum diei expirat juriſdictio.*

Idem V. f *Carnoten. electo.*

DE cauſis *g* quæ intra certum terminum decidendæ committuntur, hoc tuam volumus cognitionem tenere, quòd niſi dies *ab Apoſt. ſede* præfixus de communi conſenſu partium prorogetur, eo tranſacto mandatum expirat.

*Ubi certa pœna per jus ſtatuta non eſt, delegatus imponit arbitrariam. h. d.*

Illis etiam qui pro cauſis tibi commiſſis ad cit tionem tuam venire, aut tuo ſuper his parêre judicio neglexerint: ſi tale fuerit *h* negotium, quod certa exinde pœna in canonibus exprimatur, eandem infligas, alioquin ipſos pro delicti qualitate & cauſæ ſecundùm tuum arbitrium punire procures.

CAP. V.

*Per ſimplicem commiſſionem cauſæ, poteſt delegatus citare, contumacem punire, & reliqua facere, quæ ſpectant ad cauſam.*

Idem *Archiepiſcopo* i *Senonenſi.*

PRæterea *k* ſuper hoc, quòd nos conſulere voluiſti, utrum liceat judici delegato non ordinario cogere contumacem ut veniat, aut damnare, ſi non venerit? Hoc tibi auctoritate præſentium innoteſcat, quòd poſtquam ei cauſa, licet ſimpliciter, delegatur, ſatis poteſt noſtra auctoritate partes compellere, & etiam contumaces ſeveritate eccleſiaſtica coërcere: etiamſi literæ commiſſionis id non contineant, aut partes *l* mandatum noſtrum non habeant ut accedant. Quia ex eo, quòd cauſa ſibi committitur, ſuper omnibus, quæ ad cauſam ipſam ſpectare noſcuntur, plenariam recipit poteſtatem.

CAP. VI.

*Si cauſa pluribus etiam ſimpliciter eſt commiſſa, quilibet ſubdelegare poteſt. hoc dicit, & quotidie allegatur.*

Idem *m* *Vintonienſi Epiſcopo.*

QVamvis *n* ſimus. [ 1 *& infrà.* ] Si verò duobus cauſa committitur, etiam ſi non adponatur, ut unus [illegible] altero procedat in ea, nihilominus unus ex ipſis [illegible] conjudici, ſive alii vices ſuas poteſt committere [illegible] parte.

[ 1 *Multiplicitate negotiorum impliciti & gravibus* [illegible] *ſolicitudinibus occupati, nos tamen cogit propter* [illegible] *ne t. fra. & dilectio quæ perſonam tuam diligimus, tuis* [illegible] *nibus reſpondere, ne videamur indiſcuſſa relinquere, quæ* [illegible] *notanda tua voluit diſcretio præſentare. innoteſcat* [illegible] *tuæ, quòd judex à nobis delegatus cauſam ſibi commiſſam* [illegible] *delegare, aut totam audiendam & terminandam, aut ut* [illegible] *allegationes & rationes & atteſtationes recipiant, &* [illegible] *bi ut reſervent, vel horum aliquid tantummodò faciant* [illegible] *luntatem & beneplacitum delegantis, quanquam non* [illegible] *cauſam aliis appellatione poſtpoſita delegare, & ſi* [illegible] *commiſſa.* ]

CAP. VII.

*Delegatus Papæ exequitur ſententiam ſuam, quam* [illegible] *poteſt, aut non vult is, cui eam commiſerat exequendam.*

Idem *Norwicenſi Epiſcopo.*

SIgnificaſti *b* nobis: [ 1 *& infrà.* ] Con. t. t. [illegible] judex ordinarius ad mandatum judicis delegati [illegible] bis non vult aut non poteſt (aliis reſiſtentibus) [illegible] ab eo latam, ſuo effectui mancipare, delegatus [illegible] am *c* auctoritate noſtra ſibi commiſſam poteſt [illegible] tioni mandare: & ſi qui ſibi reſtiterint, eos [illegible] cleſiaſtica coërcere.

[ 1 *Per literas tuas, quòd interdum à judici* [illegible] *ſuper aliqua cauſa fertur ſententia, cùm ordinarius* [illegible] *mandatum illius nolit executioni mandare, aut alius* [illegible] *fectui mancipare non poſſit. Super hoc.* ]

CAP. VIII.

*Si ordinarius ſcit eum non canonicè inſtitutum, quem* [illegible] *Papæ mandat in poſſeſſionem induci, non reſiſtet violenter,* [illegible] *cibus inſtabit ut differat, donec Papa conſulatur.*

Idem.

SI quando *d* clerici coram judice delegato [illegible] eccleſiarum, ſuper eccleſiis, quas tenent, in [illegible] xerint, & coram eodem judice tranſactione [illegible] modo eccleſias obtinuerint, in quibus certum [illegible] ſtitutionem canonicam nullatenus habuiſſe, [illegible] ſionem etiam corporalem: Ordinarius judex [illegible] judicis delegati mandato reſiſtere violenter *f*, [illegible] ipſum inſtare, ut differat eos in poſſeſſionem [illegible] nec nobis rei veritas innoteſcat.

CAP. XI.

*Poſt diffinitivam executioni mandatam expirat* [illegible] *dictio.*

Idem *Brixienſi Epiſcopo.*

IN *g* literis: [ 1 *& infrà.* Con. t. t. r. ] quòd [illegible] dex delegatus per ſe vel per alium, ſententiam [illegible] tioni mandavit vel mandari præcepit, ejus [illegible] juriſdictio ceſſat: Quia ſemel eſt officio ſuo [illegible]

a *Eboracenſi.* b *Cap. 3. eod. tit. in 1. compil. & poſt concil. Lateran. p. 7. c. 3.* c *aliàs, Lunen.* d *Ca. 4. eod. tit. in 1. comp. & poſt conc. Later. part. 7. cap. 5.* e *vox, cauſa, deeſt in antiquis.* f *Idem G. aliàs, Idem Vuilhelmo canon. electo.* g *Cap. 5. eod. tit. in 1. compil. & poſt. conc. Later. p. 7. c. 6.* h *ſit.* i *Cemonanienſi.* k *Cap. 6. eod. tit. in 1. comp. & poſt conc. Later. p. 7. ca. 7.* l *In C. Barbatia, aut mandatum partes non habeant Apoſtolicum, ut accedant.* m *al. Vuint.* n *Cap. 7. eod. tit. in 1. compil. & poſt concil. Later. p. 7. c. 8.*

a *Non poteſt alium ſibi aſſociare juriſdictionem* [illegible] *infrà eod. cap. cum ſuper.* b *Ca. 9. eod. tit. in 1. comp. & poſt con-* *cil. Lateran. p. 7. c. 11.* c *al. ita: eam auctoritate ſibi commiſſam* [illegible] *liter, cauſam auctoritate Apoſtolica ſibi commiſſam* [illegible] *vetuſtiora ita: cauſam auctoritate ſibi commiſſa.* d *Ca.* [illegible] *tit. in 1. compil. & poſt concil. Lateran. p. 7. c. 12.* e *al. per* [illegible] *actionem.* f *vide l. nec magiſtrat. ff. de injur.* g [illegible] *Later. ſub. Alex. III. c. 14. & 16. eod. tit. in 1. compil.*

[1 *Quas tua nobis deſtinavit fraternitas, quæſtiones quaſdam inſtruxiſti, ſuper quibus ſolutionem tibi à nobis poſtulaſti exhiberi, quarum ſiquidem una eſt, ſcilicet uſq; ad quod tempus judex delegatus poſſit ſe interponere, ut ſtetur rei judicatæ vel tranſactioni. Super hoc itaq; prudentiæ tuæ t. reſpondemus.*]

## CAP. X

*Reo abſente, non per contumaciam, delegatus datus etiam ad eum, non reſtituet actorem: licet poſſeſſionem & dejectionem probare volentem.*

Idem *Abbati ſancti Albini.*

Conſultationibus *a*: [1 & ſ.] Quæſitum eſt, utrum ſi aliquis eccleſia vel poſſeſſione qualibet ſe aſſerens abſque judicio & cauſa rationabili ſpoliatum, à nobis ad judices literas obtinuerit, ut intra certum tempus reſtituatur ſibi poſſeſſio, ſi conſtiterit judici, eum eſſe taliter ſpoliatum, poſſeſſio debeat ei reſtitui, cum is, qui tenet eccleſiam vel poſſeſſionem quam ipſe requirit, antequam de literis ipſis aliqua mentio fieret, ſtudiorum, peregrinationis, vel alia hujuſmodi cauſa ſe abſentaverit, nec intra tempus *b* præfixum judici poſſit ſuam præſentiam exhibere? Super quo reſpondemus, quòd nec poteſt, nec debet reſtitutionem habere, quamvis paratus ſit coram judice delegato, teſtibus idoneis poſſeſſionem & dejectionem ſuam probare: niſi is, qui poſſidet, ſe per contumaciam abſentaſſet.

[1 *Singulorum ex miniſterio ſervitutis ſuſceptæ cogimur ſingulis reſpondere, ut ſi quid dubietatis vel quæſtionis in mente alicujus emerſerit, ab eccleſia Romana ſolvatur, quæ inter alias diſponente Domino meruit obtinere principatum.*]

## CAP. XI.

*Delegatus Papæ in cauſa ſibi commiſſa, juriſdictionem habet ſuper ordinarium, & quemcunq; majorem.*

Idem *c* *Carnotenſi Epiſcopo.*

Sanè quia *d* nos: [1 & ſ.] Tuæ quæſtioni duximus reſpondendum, quòd judex à nobis delegatus, vices noſtras gerit: unde in cauſa illa ſuperior eſt & major illis, quorum cauſam ſuſceperit terminandam *e*: Ideoque ſi Epiſcopus vel alia perſona, quæ non ſit de juriſdictione illius in cauſa, quam ei delegamus, rebellis aut contumax fuerit, ſecundùm qualitatem facti poterit vel interdicti, vel ſuſpenſionis ſententia, à judice delegato compelli: ita quòd judex ſecundùm negocii qualitatem temperatè procedens, Epiſcopo vel ingreſſum eccleſiæ, vel ſacerdotale officium interdicat, aut etiam terram illius, quæ ad juriſdictionem ſuam pertinet, ſpecialiter interdicto ſupponat.

[1 *Conſulere in primis voluiſti, qualiter à nobis judex delegatus Epiſcopum, qui ei non ſubeſt, ad aliquid faciendum vel dandum compellere debeat, cùm cauſam quæ inter Epiſcopum & clericum & laicum vertitur à mandato noſtro ſuſceperit terminandam, id.*]

## CAP. XII.

*Si primus impetravit primam dignitatem in eccleſia vacaturam, ſecundus impetravit certam dignitatem ipſius eccleſiæ cum vacaret, & illa poſtmodum vacat, debetur primo, & non ſecundo. Et hæc eſt notabilis deciſio.*

Idem *Eboracenſi Archiepiſcopo, & Epiſcopo Conventren.*

Ex parte N. nobis *f* innotuit, quòd cùm ad te, frater Conventren. Epiſcope, noſtras literas impetraverit, ut ei archidiaconatum, quem in eccleſia tua primò vacare contingeret, adſignares: R. adverſarius *g* ejus alias à te frater Eboracen. literas impetravit *h*, nulla de prioribus habita mentione, ut ſi avunculus ſuus Archidiaconatum, quem habebat in eccleſia eadem, vellet omninò dimittere, ipſum ei faceres adſignari. Quoniam igitur ſi memores fuiſſemus nos pro prædicto N. literas direxiſſe, pro adverſario nullatenus ſcripſiſſemus: mandamus, quatenus præfato N. Archidiaconatum ipſius eccleſiæ (ſi vacat) non obſtantibus poſterioribus literis adſignetis.

## CAP. XIII.

*Ubi contraria voluntas Papæ non adparet, delegatus juris formam ſervare debet, & rationabiles exceptiones admittere. Ioan. Andr.*

Idem *Eboracenſi Archiepiſcopo.*

Ex parte *a* tua: [1 & ſ.] Quæſtioni tuæ taliter reſpondemus, quòd ſi quando judici delegato expediat formam ſibi ſtatutam ſervare, debet tamen rationabiles exceptiones admittere, & in cauſa juxta juris æquitatem procedere: Niſi exprimatur in literis noſtris, quòd nullæ debeant exceptiones admitti. Quod nec nos, nec anteceſſores noſtros credimus unquam *b* expreſſiſſe.

[1 *Quæſitum eſt à nobis, utrum cùm cauſam aliquam ſub certa forma committimus, judices delegati formam ſibi commiſſam debeant ſequi, ita quod rationabiles exceptiones non admittant. Super quo.*]

## CAP. XIV.

*Delegatio facta dignitati non expreſſa nomine proprio, tranſit ad ſucceſſorem.*

Idem *Abbati & conventus majoris monaſterii.*

Quoniam *c* Abbas Leiceſtriæ, qui ſuſcepto mandato noſtro partibus diem ad agendum præfixit, Abbatem Vinceſtriæ de novo ſubſtitutum judici præmortuo, illi mandato noſtro porrecto, quia ſub expreſſis nominibus locorum & non perſonarum comiſſio emanavit, ſibi ſocium in cauſæ cognitione adjunxit. Nos ſententiam illorum (ſicut eſt juſta) ratam & firmam habemus.

## CAP. XV.

*Si quæſtionem de jure præſentandi Papa delegat appellatione remota, & ſub ea forma, ut delegatus ad præſentationem ejus, ad quem viderit pertinere, ordinet eccleſiam, per hoc non habet inſtituere, ſed pronunciare: & is, ad quem pertinet, inſtituet: & ſi jure ſuo detrahitur, licitè appellat.*

Idem.

Super eo verò, quòd *d* ſubjungere voluiſti, ſi de præſentatione Presbyteri inter aliquos quæſtione ſuborta cauſam contigerit delegari alicui ſub hac forma, ut ſi conſtiterit jus de quo agitur, ad partem *e* alterutram pertinere, ad præſentationem ejuſdem de perſona idonea ordinet eccleſiam ap. re. an liceat delegato judici, inſcio diœceſis Epiſcopo, Archidiacono vel Archipresbytero reclamante, præſentatum ſibi clericum in poſſeſſionem eccleſiæ mittere: & an ſi Archipresbyter, vel Archidiaconus, vel Epiſcopus, ad quem inſtitutio pertinet, appellaverit *f*, eorum ſit appellationibus deferendum. Hoc tuam volumus diſcretionem tenere, quòd licet quæſtionem, quæ de præſentatione vertitur, ap. re. committamns alicui terminandam: non tamen eſt noſtræ intentionis diœceſis Epiſcopo, vel Archipresbytero, vel Archidiacono præjudicium generare: ideoque præſentandus eſt illi, qui inſtituendus *g* fuerit, & tenebit eorum appellatio, ſi videntes juri ſuo detrahi duxerint appellandum, quia non eſt illis *h*, ſed partibus inter quas cauſa commiſſa eſt, appellationis remedium eſt ſublatum.

a *C. 11. eod. tit. in 1. compil. & poſt Conc. Lateran. part. 7. c. 17.* b *al. præmiſſum.* c *Cantuar. Archiep.* d *C. 16. eod. tit. in 1. comp. & poſt Conc. Lat. p. 7. c. 2.* e *l. generaliter. cum not. D. de fideiuſſ. & l. ſi ſuo. D. de ſolut.* f *C. 17. eod. tit. in 1. compil. & poſt Conc. Lat. p. 7. c. 21.* g *Hæc duo verba, adverſarius ejus, deſunt in antiquis.* h *vox literas, in antiquis deeſt.*

a *C. 18. eod. tit. in 1. comp. & poſt Conc. Lat. p. 42. c. 1.* b *vox. unquam, non eſt in antiquis.* c *cap. 19. eod. tit. in 1. compil. & poſt Conc. Lateran. p. 46. c. 4.* d *c. 20. eod. tit. in 1. compil. & poſt Conc. Lateran. part. 47. cap. 3.* e *alteram.* f *appellaverint.* g *eſt.* h *al. illi, ſed illis, id eſt, Epiſcopo, Archidiacon. vel Archipresbytero.*

CAP. XVI.

*Si cauſa ſimpliciter eſt delegata duobus, ſententia unius non tenet.*

Idem.

CAuſam *a* matrimonii, quæ inter I. mulierem, & Blanchacium agitari dignoſcitur, Furolien. & *b* Vapicenenſi Epiſcopis nos meminimus commiſiſſe: quibus eam viro reſtitui mandantibus, vir mulierem cruciatibus & flagellis adeò affecit, quòd invita & coacta inter ſe & virum ſuum confeſſa eſt parentelam, ſicque factum eſt, quòd ad judicium unius eorum dimiſit eandem: [ 1 & ℣.] Diſcretioni veſtræ mandamus quatenus ſi inveneritis, quòd præfatus B. dictam I. ad judicium ſolummodo alterius prædictorum *c* à ſe ſeparaſſet (quia cùm cauſa duobus committitur, ſententia unius non tenet) ipſum ut eandem mulierem ſicut uxorem ſuam benignè recipiat, & maritali *d* affectione pertractet, monitione præmiſſa cogatis. Si qui tamen apparuerint, qui (poſtquam ab eo recepta fuerit) matrimonium ipſorum velint, & legitimè poſſint impetere, cauſam audiatis, & fine canonico terminetis.

[ 1 *Quæ v. filios ex eo dicitur genuiſſe, & XIV. annis ſecum ſine quæſtione permanſiſſe. Vnde quoniam matrimonium in eccleſia Dei à Deo probatur eſſe magnum ſacramentum, quod ſine rationabili & evidenti cauſa non debet diſſolvi, præſertim cùm non ab homine, ſed à Deo fuerit inſtitutum.*]

CAP. XVII.

*Delegatus, qui eſt dominus impetrantis, recuſari poteſt.*

Idem *Oxonenſi & Vitonien. Epiſc. & Abbati Herfor.*

CAuſam *e*, quæ inter F. & R. de nativitate Agathæ vertitur, vobis fratres Epiſcopi, & London. Epiſcopo commiſimus terminandam. Verùm quoniam idem F. præfatum Londonen. Epiſcopum habebat ſuſpectum pro eo quòd dominus eſt prædicti F. ipſum amovendum, & te fili Abbas loco *f* ipſius duximus ſubrogandum.

CAP. XVIII.

*A ſubdelegato delegati Papæ qui ſubdelegavit non in totum, non ad Papam, ſed ad ipſum delegatum adpellari debet.*

Idem.

CVm *g* te conſulente: & infrà. Si ſuper cauſa, quæ tibi ex noſtra delegatione committitur, à perſonis eccleſiaſticis una vel pluribus, quibus (ut parcas laboribus partium & expenſis) cognitionem ipſius cauſæ & teſtium examinationem (ſententia tibi reſervata) committas, adpellatio fuerit interpoſita, hujuſmodi appellationis intuitu cauſam ipſam indefinitam relinquere teneris.

CAP. XIX.

*Morte delegantis non expirat juriſdictio delegati, coram quo lis erat conteſtata.*

Lucius III. *h Cantuarienſi Archiepiſcopo, & ejus ſuffraganeis.*

RElatum eſt *i*. & infrà. Nos itaque conſult. veſtræ reſp. quòd ſi lis fuerit ante præ. n. obitum conteſtata, mandatum morte mandatoris nullatenus expiravit. Si verò ante litis conteſtationem deceſſit, non eſt à judicibus, quos delegaverat, ex delegatione hujuſmodi providendum.

a *Cap. 21. eod. tit. in 1. compil. & poſt Concil. Lateran. p. 50. c. 26.* b *al. Torolinienſi & Napicienſi, al. Torojulienſi.* c *Vide l. falſus. §. ſed ſi is. de furt. gl. & doctor. in auth. de fidejuſſ. §. 1.* d *affectu.* e *Cap. 4. qui filii ſint leg. in 1. compil. adde cap. 3. ℣. de dolo & contum.* f *illius.* g *Cap. 1. eod. tit. in 2. compil.* h *al. Innocent. III.* i *Cap. 22. eod. tit. in 1. compil. & poſt Concil. Later. p. 7. c. 22.*

CAP. XX.

*Si delegatus citavit ante mortem delegantis perpetuatur ejus juriſdictio. Et appellationi renunciat, qui coram, a quo appellavit, litem proſequitur.*

Vrbanus III. *de Vvelebio & de Oſſeſton. Abbatibus.*

GRatum *a* gerimus, [ 1 & ℣.] Sanè conſuluit nos devotio veſtra, an ante obitum delegantis [illegible] to citationis edicto, lite verò poſt mortem conteſtata [illegible] hilominus debeat in cauſa procedere delegatus. [illegible] trum is intelligatur adpellationi renunciaſſe, qui [illegible] terpoſita ad producendos teſtes inducias poſtulavit [illegible] demum productioni & allegationi renuncians, [illegible] tiones petiit ſolenniter publicari. Nos autem [illegible] nioni tuæ taliter reſpondemus, quòd cùm in caſu [illegible] citatione facta negocium ſit quaſi cœptum, & [illegible] ſi delegatus non ſit certus de obitu delegantis, [illegible] debet in cauſa procedi, tenebitque, quod juſtitia [illegible] prævia definitum. In ſecundo verò caſu videtur ab [illegible] pellatione receſſum, ſi ſecundùm ea, quæ præmiſſa [illegible] eum, qui appellaverit, conſtiterit proceſſiſſe.

[ 1 *Et acceptum, quòd negotiis veſtra diſcretio [illegible] debitam curam impenditis, & in his quæ ad dubitationem [illegible] pro gravitate veſtri officii cenſuram ſed. ap. poſtulatis.*

CAP. XXI.

*Si cauſa committitur tribus delegatis cum clauſula, quòd ſi non omnes, &c. prius quam adpareat de impotentia tertii, [illegible] cedere non poſſunt. Et ſi procedunt, nihil agunt. hoc dic uſq. ad §. adjicimus.*

Celeſtinus III.

PRudentiam *b* tuam, &c. & infrà. [illegible] plicas informari, utrum cùm tribus cauſa committitur, ita quòd ſi omnes intereſſe nequiverint, duo [illegible] hilominus exequantur: ſi reus à duobus tantum [illegible] convocatus, venire neceſſariò teneatur. Et ſi [illegible] pluribus coram duobus comparuerit, tertio nec [illegible] per ſe *c* vel per literas (ut ſolet fieri) excuſante, [illegible] præſentes in cauſa poſſint procedere, & eam [illegible] culo terminare? In hoc caſu taliter reſpondemus, [illegible] cùm aliquis delegatorum judicum, per certum [illegible] vel excuſatorem literatoriè deſtinatum non oſtenderit intereſſe non poſſe, vel aliàs de eodem canonicè [illegible] re non poterit, reſidui procedere ad cauſæ cognitionem non debent: quòd ſi proceſſerint, nihil reputabuntur [illegible] giſſe. Illa quippe fuit antiqua ſedis Apoſtolicæ [illegible] ut hujuſmodi cauſarum recognitiones *e* duobus, [illegible] uni, tribus, quàm duobus libentius delegaret, [illegible] ut canones adteſtantur) integrum ſit judicium, [illegible] rimorum ſententiis confirmatur. Mandati ſiquidem excedere fines probaretur, ſi quis circa formam [illegible] accepti præſumeret judicare.

*Clauſula, ſi non omnes poteritis, ſub impotentia [illegible] tem, quo ad purificandam juriſdictionem conjudicum. [illegible] duobus datis cum clauſula, quòd ſi ambo. h. d. uſq. ad [illegible]*

Adjicimus etiam, quòd ubi fuerit in commiſſione adpoſitum: ut ſi omnes intereſſe nequiverint, [illegible] eam nihilominus exequantur: ſi aliquis ex [illegible] poſſit, noluerit intereſſe, duo nihilominus in [illegible] procedant, licet ille tertius graviſſimè ſit [illegible] pro eo, quòd mandatum Apoſtolicum exequi [illegible] fugiat aut contemnat. Idem quoque per omnia [illegible] mus obſervandum in *g* cauſa quæ committitur [illegible]

a *Cap. 23. eod. tit. in 1. compil. & poſt Concil. Lateran. [illegible]* b *Pars c. providentiam. ℣. de mutuis pet. & c. 3. eod. tit. in 2. compil. Vide gloſſ. hic.* c *al. Nec rectè.* d *facit ad hoc [illegible] l. magiſtro. C. de med. & profeſſ. lib. 10.* e *[illegible]* f *[illegible] quibuſdam manuſcr. ita: duo veſtrûm nihilominus.* g *[illegible] cauſa.*

bus, eo adpoſito, ut ſi ambo intereſſe nequiverint, alter nihilominus exequatur.

*Si reus coram delegato objicit excommunicationem actori, quam non probat intra tempus debitum, auditur actor: ſi verò probat, delegatus abſolvet actorem, ſi excommunicatus eſt propter cauſam ſibi commiſſam: ſi propter aliam, ad excommunicatorem ſuum illum remittet: qui ſi non vult eum abſolvere, delegatus Papæ eum abſolvet, niſi ſit de caſibus Papæ reſervandis. h.d.*

Sexta nobis propoſita ex parte tua quæſtio continebat, quòd cùm aliquibus judicibus cauſa committitur, & quandoque contingit, quòd reus actori objicit, quòd ſtare non poteſt in judicio, utpote vinculo excommunicationis adſtrictus: ſi reus non velit ſtatim eum probare excommunicatũ, ſive non poſſit, an actor nihilominus audiri debeat, donec ſuper eo, quod objicitur, rei veritas fuerit patefacta? Hanc dubitationem taliter *a* removemus, quòd ſi ille, qui tale *b* quid objicit, ſtatim vel intra terminum competentem non probaverit legitimè, quod intendit, actor permitti debet, ut ſine offendiculo quolibet, audiatur. Cæterùm, ſi vel ex confeſſione actoris, vel alio *c* quolibet modo legitimè conſtiterit eſſe actorem vinculo excommunicationis adſtrictum, à judicibus delegatis ſecundùm formam eccleſiæ valet abſolvi, ita, ut ſi propter aliam juſtam cauſam & evidentem ab ordinario judice vel delegato excommunicatus fuerit, ad excommunicatorem debet abſolvendus remitti: qui *d* ſi malitiam adhibuerit, delegati judices id ritu *e* eccleſiaſtico liberè exequantur, dummodo non ſit tale genus excommunicationis illius cujus abſolutio ſed. Apoſt. reſervetur. Explorati ſiquidem juris exiſtit, ut delegatis judicibus, quibus principale committitur, & acceſſorium committatur.

*Abſolutus à delegato ſuper cauſa pro qua fuerat excommunicatus, coram excommunicatore parebit ſeu reſpondebit ſuper illa cauſa, niſi ſit alteri delegata: & ſi excommunicator malitiosè diſtulerit, delegatus, qui abſolvet, cognoſcet. h.d.*

Si verò ab his fuerit præſtito juramento, quòd ſtabit mandato eccleſiæ, abſolutus, rurſus interrogas, an coram eiſdem delegatis, *f* vel ordinario, à quo excommunicatus extitit, teneatur ſuper eadem cauſa, pro qua excommunicatus fuerat, reſpondere, & quorum debeat judicio vel mandato ſtare? In quo caſu taliter reſpondemus, quòd coram ipſis excommunicatoribus ſuper illa cauſa pro qua fuerat excommunicatus ſtare debet, & eorum ſervare mandatum: niſi ſpecialiter fuerit illud aliis *g* judicibus à ſed. Apoſt. delegatum. Quòd ſi excommunicatores malitiosè diſtulerint, tunc delegati eandem juriſdictionem, quam in principali & in acceſſorio exercebunt.

CAP. XXII.

*Si cauſa ſimpliciter delegatur tribus, duo ſine ſubdelegatione tertii procedere non poſſunt. Quòd ſi fecerint, ab eis poterit appellari. Idem ſi ſunt dati cum clauſula, quòd ſi non omnes, non enim valet proceſſus duorum tertio inconſulto. hoc dicit comprehendendo utrumq; intellectum.*

Innocentius III. *Rheginen. Archiepiſcopo, & Epiſcopo Cephadulenſi.* h

CVm cauſa *i*, quæ vertitur inter *ven. fr. n.* Montis Regalis, & Roſan. Archiepiſcopos, ſuper quibusdam decimis Panormitano & Capuano Archiepiſcopis, & tibi fratri Rhegin. commiſſa fuiſſet à nobis ſine debito terminanda, prædictus Archiepiſcopus Montis Regalis (ſicut accepimus) ad primam Panormitani & Capuani Archiepiſcoporum citationem acceſſit, in quorum præſentia excipiendo propoſuit, quòd pro duabus cauſis eorum non deberet ſtare judicio: tum quia ipſa cauſa tribus fuerat judicibus delegata, & idem *a* ab aliis duobus tantùm (te frater Rheginen. inconſulto, nec vices tuas ſuper hoc committente) ad judicium fuerat evocatus, tum quia ante ipſorum citationem & notitiam literarum, pro eadem cauſa nuncium ſuum ad Apoſt. ſedem tranſmiſerat, in quo decretalem *b* Alexandri Papæ præ.n. ſibi adfirmabat apertiùs ſuffragari. At iidem Archiepiſcopi exceptiones ipſius nolentes admittere contra eum ut reſponderet, interlocutoriam ſententiam protulerunt: propter quod ad ſedem Apoſtolicam appellavit: [ 1 & infrà.] Fraternitati veſtræ mandamus, quatenus, ſi vobis conſtiterit prædictos Archiepiſcopos exceptiones prædictas nullatenus admiſiſſe: non obſtante eo, quod per ipſos factum eſt, decimas ipſas, quibus prædictus Montis Regalis Archiepiſcopus ſe poſtquam nuncius ſuus propter hoc ad ſedem Apoſtolicam acceſſerat, adſerit ſpoliatum, præcipuè cùm easdem, tam ſibi, quàm eccleſiæ ſuæ à ſede Apoſtolica adſerit confirmatas, ſive per laicalem potentiam, ſive per eosdem judices factum ſit, cum fructibus inde perceptis reſtitui faciatis, *c* audientes poſtmodum quantum de jure poteritis quidquid fuerit quæſtionis.

[ 1 *Nos igitur inquiſitionem prædictorum & deciſionem canonicam veſtræ diſcretionis examini committentes.*]

CAP. XXIII.

*Si duo ſunt delegati cum clauſula, quòd ſi ambo, &c. uno recuſato, alter ſolus procedere poteſt, nec tenet proceſſus, ſi cum recuſato procedat.*

Idem *conventui de Conchis*

CVm ſuper *d* abbatia monaſterii *e* veſtri, inter vos & S. quondam Abbatem veſtrum, fuiſſet quæſtio agitata, demum ſuper ea ad Leſionen. *f* Epiſcopum & Abbatem, de Becco noſtræ fuerant *g* literæ deſtinatæ: & infrà. Quamvis ſolus Abbas antequam appellaretur ab eo, juxta formam literarum noſtrarum procedere potuiſſet, quia tamen pro eo, quòd cum ipſo Epiſcopo interlocutus eſt appellationem prius ab eodem Epiſcopo interpoſitam non tenuiſſe, de jure ſine ipſo, cùm *h* poſſet & nollet negocio intereſſe, per conſequentiam *i* confeſſus eſt, ſe non poſſe mandatum Apoſtolicum adimplere, nec ſuæ intentionis extitit, ut ſine conjudice ſuo aliquid definiret, & cum eo, qui tum judex eſſe deſierat, aliquid ſuper prædicto negocio ritè diſponere non valebat, voluntate ac poteſtate ſibi mutuò adverſantibus, cùm noluerit, quod potuerit, & quod voluerit adimplere, nequiverit: quod à duobus factum fuerat *k*, effectum non potuit de jure obtinere.

CAP. XXIV.

*Si juriſdictio delegati expirat in termino peremptorio, quem partibus adſignavit, poſt congruam horam peremptorii judex non expectabit contumacem. Si non expirat, poteſt expectare in diem alteram, & iterum citare, ſi vult.*

Idem *Archiepiſcopo Toletano.*

COnſuluit *l* nos tua fraternitas, utrum cùm ad recipiendos teſtes, depoſitiones publicandas eorum, vel ſententiam proferendam peremptoriè citatas partes, & earum altera ſe abſentat contumaciter die data, an circa ultimam partem ſaltem diei ſit in negocio procedendum, vel in diem expectandum potius ſubſequentem, & ſi expectaveris, utrum contumax iterum ſit citandus, cùm non fuerit die partibus adſignata proceſſum? Nos autem credimus diſtinguendum, utrum juriſdictio duret poſt terminum peremptorium, an

a *al. amovemus.* b *taliter tale quod objicit.* c *aliquo.* d *Solus excommunicator.* e *al. de ritu.* f *Qui paulò antea abſolverant eum.* g *Vox, judicibus, in omni manuſc. & in uno ita: niſi ſpecialiter illud fuerit. in alio ita: niſi ſpecialiter fuerit illud negocium, &c.* h *al. Cephaludenſi.* i *cap. 1. eod. tit. in 3. compil.*

a *Ipſe.* b *Hanc habes.* ⁊. *de appell. c. ad hæc ſicut.* c *Vide l. quemadmodum. cum gloſſ. C. de agric. & cenſ. lib. 11.* d *C. 12. eod. tit. in 3. compilat.* e *al. veſtri de conciliis.* f *Lexinienſ.* g *fuerunt.* h *dum.* i *Conſequens.* k *fuit.* l *C. 3. eod. tit. in 3. compil.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

exciperet in illo. Si durat in diem alteram, æquitate ſuadente, poteris expectare, nec erit pars contumax peremptorio elapſo citanda, niſi gratiam fecerit ei benignitas judicantis. Si autem expiret, niſi partes, cùm id noverint, ſe tibi præſentaverint ea hora, qua congruè poſſis procedere ad exequendum id, propter quod eis legitimè terminum peremptorium adſignaſti: ex tunc exequi poteris quod intendis, ne fruſtra judicialis inſtantia evaneſcat. Ne verò judicium eccleſiaſticum exerceatur in tenebris, quia juxta *a* teſtimonium veritatis, qui malè agit, odit lucem. Licet enim ſecundùm conſuetudinem, & conſtitutiones legitimas more Romano dies à medietate noctis incipiat *b*, in medio noctis deſinet ſubſequentis (unde quod in duabus dimidiatis noctibus agitur, perinde ſanxit habendum legalis auctoritas, ac ſi qualibet parte lucis agatur) nos tamen eam procedendi horam congruam intelligimus, ex qua poſſis ante noctis tenebras perficere quod incumbit. Porrò diſcretus judex in adſignatione peremptorii, non debet juriſdictionem ſuam (niſi neceſſitas exigat) adeò coarctare. *c*

### CAP. XXV.

*Ex nova cauſa removetur delegatus, etiam poſt litem conteſtatam, & alius ſubrogatur.*

Idem *Abbati de* d *Bordellia, & priori ſancti ſepulchri.*

INſinuante R. *e* rectore ſancti *f* Saldati, ad audientiam noſtram pervenit, quòd cùm cauſam, quæ ſuper jure parœciali inter ipſum & T. vertebatur Vigorien. Epiſcopo & conjudicibus ſuis à nobis obtinuerit delegari, poſtmodum (licet fuerit in eadem quæſtione proceſſum) tractu temporis ante diffinitivæ ſententiæ calculum idem Epiſcopus dictum R. in familiarem admiſit: ſine quo alii *g* conjudices (ſecundùm quod in noſtris literis mandabatur) in cauſa procedere non valebant, & alter ipſorum conjudicum *h* officialis eſt Epiſcopi ſupradicti: propter quod adverſæ parti poterat ſuſpectus haberi, unde cùm tam Epiſcopus, quàm officialis prædictus (utpote quos idem R. in judices poſtularat *i*, & ipſe familiaris eorum poſtmodum eſt effectus) ab adverſa parte poſſent meritò recuſari, deciſionem ipſius cauſæ, veſtræ petiit diſcretioni committi. Quocirca mandamus, quatenus ſi eſt ita (niſi poſtquam familiaris ejus eſt effectus, litigare conſenſerit coram illo) in cauſa, ſecundùm *k* priorum continentiam literarum (ratione prævia) procedatis, alioquin partes ad priorum judicium revertantur examen.

### CAP. XXVI.

*Delegatus Papæ ſententiam ſuam exequi poteſt uſq; ad integrum annum. h.d. & eſt caſus ſingularis.*

Idem *priori ſancti Fidiani.* l.

QVærenti *m* quid per cenſuram *n* eccleſiaſticam: & infrà. Si verò delegatus à nobis excommunicet illum, qui rei judicatæ parêre contemnit: licet aliquibus videatur, quòd ſuo ſit functus officio, ut alterius non habeat ex delegata ſibi juriſdictione proceſſum: alii autem dicant, quòd juriſdictio ejus duret donec ſententiæ pareatur: ut interim abſolvere poſſit parere volentem. Nos tamen per æquitatis ſententiam incedentes præſentium auctoritate ſtatuimus, ut delegatus à nobis non ſolùm uſque ad quadrimeſtre tempus, quod ad ſolvendum debitum à lege reo conceditur, ſed uſque ad integrum annum juriſdictionem ſibi commiſſam, ad exequendum ſententiam valeat exercere: ſicut obſervandum in illo, qui ante litis *a* conteſtationem contumax invenitur.

### CAP. XXVII.

*Delegatus Papæ poteſt principium, medium, & finem ſub conjunctim & diviſim ſubdelegare. h.d. uſq; ad §. verum.*

Idem *Cantuarien. Archiepiſcopo.*

SVper *b* quæſtionum articulis, de quibus nos conſulere voluiſti t. reſpond. quòd per conſtitutionem noſtram conſultationi Alex. Papæ nullatenus derogatur, ſed illa per iſtam exponitur, imò in iſta verius, quæ in illa fuerant prætermiſſa ſupplentur. Ipſe namque reſpondit quòd ſi ſuper cauſa, quæ alicui ex Apoſtolica delegatione committitur, à perſonis eccleſiaſticis una vel pluribus quibus delegatus (ut parcat laboribus partium & expenſis) cauſæ cognitionem ipſius, & teſtium examinationes, ſententia ſibi reſervata, committit, appellatio fuerit impoſita: hujuſmodi appellationis initium cauſam indefinitam relinquere non tenetur. Nos autem ſtatuimus, quòd licet is, cui cauſa committitur remota appellatione poſſit eam aliis ſine provocationis obſtaculo delegare, ſi tamen delegatus à nobis, vel judex quicunque tam cognitorem, quàm executorem ad aliquem *d* certum articulum, quempiam deputaverit, ab eo (niſi modum excedat) non liceat appellari, dummodo de partium deputetur, vel recipiatur aſſenſu. Quòd ſi delegatus à nobis vel litis exordium vel cauſæ finem, nec dum totum negotium ei duxerit committendum, ab ipſo tanquam judice licitè provocetur: & cùm lis ante judicem debeat conteſtari, & cauſa per judicem definiri. Intentio igitur noſtræ fuit (ſicut ex tenore conſtitutionis ipſius poteſt liquidè deprehendi) quòd ut judicialis auctoritas liberius valeat exerceri, delegatus à nobis licitè poſſit & principium, & finem, & medium cauſæ ſibi commiſſæ non ſolùm conjunctim, ſed etiam diviſim alii delegare: non obſtante quòd dicitur, quòd judex debet cognoſcere per ſeipſum in principio, in medio, & in fine: cùm antequam ferat ſententiam, univerſa, quæ acta ſunt in judicio, inveſtigare debeat diligenter.

*A ſubdelegato cum juriſdictione appellari poteſt, ſine juriſdictione, niſi modum excedat: tunc enim poteſt recuſari, niſi datus ſit partium conſenſu. Abbas.*

Verùm cùm totam cauſam committit alicui, vel principium aut finem ipſius, ab eo, tanquam à judice poteſt licitè provocari. Cùm autem alicui medium *f* tantum committit, ab ipſo tanquam ab auditore provocari non poteſt: niſi mandati fines excedat *g*, vel meritò ſit ſuſpectus, unde ne valeat recuſari, provide ſtatuimus, ut partium detur vel recipiatur aſſenſu.

*A ſubdelegato non in totum, appellatur ad ſubdelegantem, non autem ad primum delegantem: ſecus ſi in totum. h.d. uſq; ad §. quem vero.*

Porrò cùm delegatus à nobis juriſdictionem ſibi [illegible] in alium transfert totam, ſi fuerit appellandum, non ad eum, ſed ad nos appellari debebit. Cùm autem ſibi aliquid de juriſdictione reſervat, ſi cauſa ſit ei appellatione remota commiſſa, non ad nos, ſed ad eum poterit de jure appellari. Vnde ſi forſan appelletur ab eo, cui medium cauſæ *h* committitur, ſive cognitor ſive executor dicatur, vel (quod melius eſt) auditor, pro eo quòd mandati fides excedat, vel meritò ſit ſuſpectus, nihilominus tamen delegatus à nobis juxta conditio-

a *Ioan.3.* b *Vide l. more Rom. ff. de fe. Bar. in leg. aut facta. §. tempus ff. de pœ. & l. hac verba. in fi. ff. de ver. ſig.* c *Vide Abb. in hunc locum.* d *al. Boros. al. de Bordellis.* e *c.4. eod. tit. in 3. compil.* f *al. Albati.* g *judices.* h *judicium.* i *poſtulavit.* k *priorem.* l *al. Epiſcopo Praneſtino.* m *C.5. eod. tit. in 3. comp.* n *Vide ca. quærens. J. de verb. ſign.*

a *Litem conteſtatam.* b *C.6. eod. tit. in 3. comp.* c [illegible] *ſa appellationis multa ſalubriter cavit Conc. Trid. ſeſſ.* [illegible] *c.1. & ſeſſ.24. de reform. c.10. & 20. & aliis locis.* d *al.* [illegible] *dum aliquem.* e *Vide l. à judice. C. de jud. & gl.* [illegible] *ut. ff. de offi. præſid.* f *media.* g *Vide auth. quia in* [illegible] *cta. cùm not. C. ubi de crim. ag. op.* h *media cauſa* [illegible] *cui media committuntur.*

tionem præmiſſam, cauſam poterit definire: ut parcatur laboribus partium & expenſis.

*Auditor datus ſine partium conſenſu, recuſari poteſt ut ſuſpectus, non tamen ſine cauſa. Abbas.*

Eum verò quem delegatus à nobis deputaverit auditorem, neutra partium poterit recuſare, niſi coram eo juſtam recuſationis cauſam oſtendat *a*.

*Si unus ex duobus delegatis Principis cum clauſula appell. re. ſubdelegat alteri acceptanti, non poteſt acceptans ſubdelegare, nec appell. re. procedere, quod tamen ante acceptationem poterat: & ſi ab eo fuerit appellandum, appellabitur ad Papam etiamſi fuerit ſubdelegatus non in totum. hoc dicit, ſecundum intellectum verum.*

Si verò duo ſunt à Principe delegati, & unus committit vices ſuas alteri, ille nec poteſt, nec *b* debet appellatione remota procedere, nec cauſam alii delegare *c*, quamvis in commiſſione facta duobus contineatur expreſſum, ut appel. re. alter poſſit procedere ſine reliquo, ſi non poſſunt ambo pariter intereſſe. Quia quod poteſt ex ſola juriſdictione *d* ſibi à Principe delegata, non poteſt cum juriſdictione ſibi à condelegato commiſſa. Vnde ſi ab eo fuerit appellatum, licet aliquibus viſum fuerit, quòd ad condelegatum valeat appellari, nobis tamen videtur, quòd ad primum duntaxat appellandum eſt delegantem, propter rationem ſuperius aſſignatam.

*Si delegatus Papa ſubdelegat non in totum, pars à ſubdelegato non poterit appellare, ex eo, quòd datus ſit ſine ſuo conſenſu: poteſt tamen recuſari in oſtendendo cauſam juſtam coram delegato, & tunc delegatus definiet: à quo etiam ſi noluit recuſationem admittere, appellatur ad Papam. hoc dicit.*

Ejus ergo appellatio, de qua tua fraternitas nobis ſcripſit, ſi noſtræ conſtitutionis occaſione ad noſtram audientiam appellavit, pro eo quòd delegatus à nobis reſervata ſibi definitiva ſententia, audientiam cauſæ commiſit quibuſdam, qui de partium *e* aſſenſu nec dati ſunt, nec recepti: niſi contra eos juſtam recuſationis cauſam oſtenderit, vel paratus fuerit oſtendere coram judice delegato, non debuit impedire, quo minus procederent auditores. Qui etiamſi tanquam ſuſpecti fuiſſent meritò recuſati, delegatus tamen à nobis nihilominus potuiſſet, ſublato appellationis diffugio, cauſam judicialiter expedire. Quòd ſi juſtam recuſationis cauſam noluit admittere delegatus, ſed coram ſuſpectis eum *f* litigare cogebat, à tali gravamine licitè potuit *g* ad noſtram audientiam appellare: quodque *h* poſt appell. hujuſmodi eſt præſumptum, judicari debet irritum & inane.

## CAP. XXVIII.

*Delegatus Papa, niſi malitiosè ſe exoneret, ſubdelegatum compellit ad ſuſcipiendam ſubdelegationem: in coactione tamen defert ſua dignitati & perſona. h. d. uſq. ad §. item cùm totum.*

Idem *Epiſcopo Helien.*

Paſtoralis *i* officii: [ 1 *& infrà.* ] Conſultationi tuæ *k* duximus *l* reſpondend. quòd cùm delegata à Principe juriſdictio dandi invicem ſit à lege conceſſa (dummodò ipſe exonerare ſeipſum malitiosè non quæſiat) poteſt compellere renitentem, eo quòd juriſdictio illa nullius videretur momenti, ſi coërcitionem aliquam non haberet: Delegatus tamen debet ſolicitè providere, ut ſi perſonis ſuperioribus (exigente neceſſitate) negotium duxerit delegandum, in coactionibus inferendis dignitati deferat & perſonæ *a*.

[ 1 *Diligentia & ſolicitudo quam geris circa executionem mandatorum noſtrorum, & zelus tuæ reſtitutionis nos invitant, ut quamvis ſimus multiplicibus occupationibus præpediti negotiorum, eis tamē ad horam ſubtrahimus noſmetipſos, in qua tuis intendamus conſultationibus. Conſuluit etenim nos tua fr. diſcretio, utrum ſi delegatus à Principe cauſam ſibi commiſſam voluerit aliis delegare, nolentem delegationem ſuſcipere, ad ipſam ſuſcipiendam valeat coarctare.*

*Delegatus Papa ſicut poteſt committere totam cauſam, ita poteſt citationem, & punire contemnentem acceptare. h. d. Abbas.*

Item cùm totum negotium alii poſſit committere delegatus, ſicut ſuperius eſt expreſſum: citationis officium poteſt cuilibet (diſcretione prævia) demandare, ac punire meritò contemptionem.

*Si Papa ſcienter commiſit appellationem interpoſitam à ſuo delegato dato cum clauſula, appellatione remota, juriſdictio primi delegati eſt interim ſuſpenſa, quoad executionem. hoc dicit, ſecundùm verum intellectum.*

Præterea poſtulaſti, ſi cùm à ſententia lata auctoritate literarum noſtrarum, in quibus appellatio eſt inhibita, fuerit appellatum, & literæ poſt appellationem ad judices alios emanaverint, an ad mandatum poſteriorum judicum executio ſententiæ à prioribus delegata debeat retardari, ut priores judices ipſam neque per ſe, neque per alios exequantur. Nos autem inquiſitioni t. t. r. quòd cùm appellationis cauſam ex certa ſcientia judicibus aliis committimus cognoſcendam, appellationem videmur accipere, ac juriſdictioem priorum judicum revocare *b*, ut interim executio ſententiæ ſuſpendatur, donec appellationis merita plenius ſint diſcuſſa: *& infrà.*

*Ordinarius ad mandatum delegati exequitur ſententiam, etiam ſi ſciat eam injuſtam. Abbas.*

Quia verò ſæpè contingit, quòd executio ſententiæ ordinario demandatur: quæſiviſti, an ſi ipſam injuſtam eſſe cognoverit, debeat eam executioni mandare? an ſit ei potius ſubſiſtendum? Attendentes itaque quòd non cognitio, ſed executio tantùm demandatur eidem: reſpondemus, quòd cùm ordinarius teneatur obſequi delegato, etſi ſciat ſententiam illam injuſtam, exequi nihilominus tenetur eādem, niſi apud eum efficere poſſit, ut ab hoc onere ipſum abſolvat. *& infrà.*

*Delegatus qui impeditur die ſtatuta procedere, partem hoc procurantem puniet: & quantum ad diem illam cauſam committet, appellatione remota, in odium procurantis, niſi partes negotium prorogent. Abbas.*

Cùm autem ſæpè contingat, ad diem, quam judex delegatus à nobis partibus aſſignavit, earum altera procurante, ut negotium propogetur, judicem ipſum à Rege vel Archiepiſcopo evocari. Nos perverſorum volentes malignitatibus obviare, decernimus, ut ſi delegato conſtiterit hoc fuiſſe alicujus partis malitia procuratum, ipſam puniat animadverſione condigna: & (ne aliquod lucrum ex hujuſmodi fraude reportet) perſonæ neutri parti ſuſpectæ, quantum ad diem illum, committat ipſum negotium audiendum, quæ in ipſo, appellatione remota, procedat: niſi fortè partes conſenſerint negotium prorogari.

## CAP. XXIX.

*Subdelegatus à delegato Papa juriſdictionem non habente, poteſt coërcere impedientem. hoc dicit, comprehendendo utrunque intellectum.*

Idem *Abbati ſancti Hilarii* c *& magiſtro G. canon. Teruſino.*

a *Vide leg. apertiſſimi. & l. cum ſpecialis. C. de jud.* b *Hæc duo verba, nec debet: deſunt.* c *Vide leg. à judice. C. de jud.* d *ſua.* e *ipſius.* f *audire in antiquis.* g *poterit.* h *al. quodque poſt. al. quidquid poteſt.* i *Ex hoc cap. ſumpta ſunt cap. paſtoralis. infra de offic. jud. ord. & c. paſtoralis. de jud. Cap. 7. eod. tit. in 3. compilat.* k *al. taliter duximus.* l *Textus in l. apertiſſimi. C. de judic.*

a *Vide l. capitalium. & ibi Bart. ff. de pœnis. facit quod not. in l. 1. ff. eodem.* b *Vide text. in l. 1. cum ibi notat. ad Sc. Turpill.* c *Hilarii plebano S. Pauli Caſtell. diœceſ. & magiſtro. G. Can Fuſen. Terviſien.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

EX literis *a* Patriarchæ Granden. [ 1 *& infrà.*] Mandamus, quatenus, niſi vobis conſtiterit, quòd literæ quæ ſecundo loco ad Archipresbyterum Paduanum impetratæ dicuntur, de prioribus literis ad primicerium Granden. & plebanum ſanctæ Sophiæ obtentis, expreſſam fecerint mentionem, ut per ſecundas primæ appareant revocatæ: cùm primos judices auctoritate literarum noſtrarum juriſdictionem non ſit dubium habuiſſe, quam potuerunt poſtmodum Patriarchæ, quoad executionem ſententiæ demandare, ex qua coërcitionem etiam idem Patriarcha receperat: cùm hujuſmodi demandata juriſdictio deluſoria videretur, ſi ſubdelegatus hujuſmodi coërcitionem aliquam non haberet: interdicti ſententiam ab eodem Patriarcha in Caſtellan. Archi. promulgatam, pro eo quòd ejuſdem Patriarchæ executionem impediens, ejus *b* literas, quibus mandatum prædictorum judicum nunciabat, legi in publicum non permiſit *c*: tamdiu faciatis inviolabiliter obſervari, donec eidem Patriarchæ de injuriis irrogatis ſufficienter fuerit ſatisfactum. Si verò conſtiterit primas literas, per ſecundas legitimè revocatas: cùm appareat primos judices juriſdictionem nullam penitus habuiſſe: & ita conſtet per conſequentiam Patriarcham ipſum non recepiſſe juriſdictionem vel coërcitionem aliquam ab eiſdem, prædictam interdicti ſententiam denuncietis irritam & inanem.

[ 1 *Accepimus quòd cùm dil. fi. Granden. primicerius & plebanus S. Sophiæ de Venetiis, quibus cauſa, quæ inter clericos ſanctæ Iuſtinianæ & A. Presbyterum ſuper eo, quòd idem Presbyter clericum ſe ipſius eccleſiæ aſſerebat, agitari dignoſcitur, à nobis fuerat delegata: mandaſſent eidem ut clericos memoratos, qui per Archipresbyterum Paduan. ad quæſtionem fuerat ſuper eodem negotio quoddam reſcriptum obtentum, in quo ſicut aſſeritur, de prioribus literis mentio non fiebat, denunciati fuerunt excommunicationis vinculo ſubjacere, niſi prædictum Presbyterum in ſocium reciperent & in fratrem, idem Patriarcha denunciaret anathematis vinculo non ligatos: ipſe nolens eiſdem judicibus in hac parte parère, qui noſtra fungebantur auctoritate, maximè cùm ven. fr. n. Caſtellan. Epiſcopus ipſis ſuper hoc parendum non duxerit: requiſitus clericus ſanctæ Mariæ formoſæ mandatum ſupradictorum judicum per ſuas literas nunciavit, quas dil. fil. n. Archidiacon. Caſtell. plebanus ejuſdem eccleſiæ legi publicè coram populo non permiſit. & infrà. Vnde conſiderans idem Patriarcha Archidiaconum ipſum per tantarum injuriarum exceſſum, non ſe tantummodo, ſed etiam Branden. eccleſiam, imò nos ipſos graviter offendiſſe, tam ipſum Archidiacon. quàm præd. eccleſiam, ſuppoſuit interdicto. & infrà. Cùm igitur ſuper præmiſſis & aliis inter procuratores utriusque partis fuiſſet coram dil. fil. t. SS. Coſmæ & Damiani Diac. card. quem auditorem dedimus eiſdem, diutius litigatum, & ipſe nobis quæ audierat, fideliter retuliſſet: quia nobis conſtare non potuit, ut per literas quæ ad Paduan. Archipr. impetratæ dicuntur, cùm nobis oſtenſæ non fuerint, revocatæ fuerant aliæ literæ ad prædictos Primicerium & plebanum obtentæ, cauſam ipſam veſtro examini duximus committendam, per a. L.*]

## CAP. XXX.

*Iuriſdictio delegata re integra, morte mandantis expirat.*

Idem *Epiſc.* d *Pictavienſi,*

LIcet *e* undique: [ 1 *& ỹ.*] Cùm igitur duxeris requirendum, ſi cauſam tribus judicibus delegamus, adponi in literis noſtris illam clauſulam facientes, quòd ſi non omnes his exequendis poteritis intereſſe, duo veſtrûm nihilominus ea *f* exequantur: & unus poſtquam commiſerit cuidam ex aliis vices ſuas, de medio ſit ſublatus, tertius ut ſuſpectus meritò recuſetur: an collega ſuperſtes ſuo nomine ac defuncti poſſit negotium definire? Inquiſitioni t. t. r. quòd ſi juriſdictione à ſuo ſibi collega delegata eo vivente uti non cœperit, quia mandatum hujuſmodi re integra morte mandantis expiravit, non habet ſolus officium judicandi: [illegible] ante mortem illius juriſdictione uti cœperit [illegible] mandatas vices ſuas & alius poterit adimplere.

[ 1 *Confluentium negotiorum multiplicitas copioſa* [illegible] *nimium ad curas varias impellere non deſinat, fraternitatem* [illegible] *quam ſincera complectimur charitate in Domino, ſollicitudinem* [illegible] *ſtram ad tempus deponere compellit, quam in exequendis* [illegible] *bito paſtoralis officii gerebamus, atq; tuam dubitationem Apoſtolico certificare reſponſo.*]

## CAP. XXXI.

*Non creditur quis delegatus, niſi delegationem probat.*

Idem *Epiſcopo Bajocen.*

CVm in jure *a* petiturus: *& infrà.* Præterea quæ[illegible] viſti, cùm tibi ab aliquo ſub hac forma manda[illegible] auctoritate qua fungor *b* injungo, ut talem de[illegible] excommunicationis ſententiæ ſubjacere, ac tibi [illegible] mandato Apoſtolico hæſitanti, ab aliquo non ſit [illegible] des *c*, an mandatum hujuſmodi exequi tenearis.

Super quo tibi hujuſmodi damus reſponſum, quòd [illegible] de mandato ſed. Apoſtolic. certus extiteris, exequi [illegible] cogeris quod mandatur.

## CAP. XXXII.

*Per procuratorem non habentem mandatum, de re alterius juriſdictio prorogari non poteſt.*

Idem *Pariſ. & Trecen. Epiſc. & Abbati ſanctæ Genoveſæ.*

CVm olim *d* Abbas & conventus *e* Ver[illegible] ſua nobis conqueſtione monſtraſſent, quòd [illegible] mes Altiſſiodoren. quoddam ſtagnum, molen[illegible] & domum in terra eorum conſtruere nitebatur [illegible] rum *f* præjudicium & gravamen, Epiſcopo & [illegible] rario Nivernen. commiſimus cauſam ipſam. [illegible] rum literas accepimus, quòd lite ſuper peti[illegible] eccleſiæ conteſtata receptis utrinque teſtibus, & [illegible] tionibus publicatis, cùm ſuper dictis teſtium [illegible] tes fuiſſet poſtmodum diſputatum: Tandem [illegible] mitis propoſuit, quòd de damnis in nemoribus [illegible] bus aliis datis ſuper quibus teſtes deponere [illegible] tur, cognoſcere non debebant, cùm in reſcripto [illegible] nulla de damnis mentio haberetur: [ 1 *& infrà.*] [illegible] dices autem interlocuti *h* ſunt, quòd ſuper damnis [illegible] tis à comite, ad eos cognitio pertinebat. Qua [illegible] comes ad appellationis beneficium convolavit. [illegible] ipſum judices evocatum, & nec per ſe nec per [illegible] ſalem idoneum comparentem, excommunica[illegible] vinculo conſtrinxerunt: *& infrà.* Quia vero ſuper [illegible] mnis datis, antequam lis fuerit conteſtata, ne[illegible] ad dictos judices cognitio pertinebat, cùm in [illegible] nulla de illis mentio haberetur, nec ad ipſos [illegible] juriſdictio prorogari, cùm procurator ad illa [illegible] modo intelligatur conſtitutus, quæ in comm[illegible] literis inveniuntur expreſſa *i*: & poſtquam [illegible] blicatis atteſtationibus intellexit ſuper his [illegible] poſitum, protinus contradixit: nos eoſdem [illegible] pronunciamus minus juſtè interlocutos fuiſſe, [illegible] pedictum comitem qui ob hoc ad appellat. beneficium convolavit, excommunicationis ſententia non [illegible] ligatum.

[ 1 *Ad quod inter alia fuit ex adverſo reſponſum,* [illegible] *ſuper omnibus articulis de quibus teſtes depoſuerant,* [illegible] *niter conteſtata, de ipſis cognoſc. ac pronunciare judices* [illegible]

a *Cap. 8. eod. tit. in 3. compil.* b *al. ejusq; literas.* c *Vid. l. ſi quis id quod. De juriſd. omn. jud.* d *al. Parmenſi.* e *Cap. 9. eod. tit. in 3. compil.* f *ea.*

a *Cap. 10. eod. titul. in 3. compil. & eſt pars Decr.* [illegible] *ſup. de elect.* b *tibi injungo.* c *Vide l. quicunq.* [illegible] *not. in l. ſciendum. ff. de ver. oblig.* d *C. 1. eod. tit. in 3.* [illegible] e *Scribendum Virzeliacenſis, vel Vecoliac.* f *eorum.* g [illegible] *mnis datis, &c.* h *fuerunt.* i *Vid. text. in l. 1.* [illegible] *fin. ff. ſi cert. pet. ceterum dictio, &, deeſt in plur.* [illegible]

*Ad hoc pars comitis replicavit, quòd & ſi ſuper damnis à procuratore ſuo lis fuerit conteſtata, ei tamen ex hoc non poterat præjudicium generari, cùm ad hoc procurator datus non fuerit, ſed ad illa duntaxat capitula, quæ fuerant in literis commiſſionis expreſſa, ſuper caſtro videlicet, ſtagno & molendino. Ad hoc parte altera reſpondente quòd procuratoris factum comes ulterius impugnare non poterat, quumſque poſt publicationem teſtium minimè duxerat revocandum.]*

## CAP. XXXIII.

*Qui acta cauſæ relationis judicum delegatorum ſigilla violando aperit, non auditur poſtmodum contra illa.*

Idem *Senon. Archiepiſcopo.*

CVm *a* olim magiſter S. & B. Archidiaconatum & præpoſituram adinvicem commutaſſent : *& infrà.* Verùm dictus B. delegatis noſtris non deferens, imò verius deleganti, ſigilla violavit illorum, & ſcripta quæ nobis fuerant præſentanda, non erubuit aperire. Qui poſtmodum in noſtra præſentia conſtitutus, adverſario præſente in excuſationem ſuam propoſuit, quòd judices perperam proceſſerant *b* contra ipſum, cùm acta *c* in ſcriptis minus fideliter redegiſſent: unde timens ne literas portaret Vriæ, illorum ſcripta aperuit, & quod ſuſpicatus fuerat, adinvenit. Sanè ſi quod expediret, melius notaviſſet, vel non recepiſſet ſcripta ſuſpecta, vel recepta nobis fideliter præſentaſſet, & oſtendiſſet cauſam ſuſpicionis propoſitæ coram nobis: præterea cùm non conquereretur de judice, quem ei proprio motu *d* conceſſimus, ſed de illo potius, quem ipſe duxerat eligendum: & judices ſuæ nobis per eum literas deſtinaſſent, de ipſo pariter conquerentes: verbis ipſius fidem non duximus adhibendam: ſed ut in hoc ſaltem puniretur, in quo peccaverat, contra acta judicum quæ temerè *e* violârat, ipſum (ſicut nec debuimus) noluimus exaudire: ne videretur dolus ſuus ei patrocinium attuliſſe.

## CAP. XXXIV.

*Delegatus non tenetur admittere collegam ſibi adjunctum per literas ſubreptitias, nec ipſius ſubdelegatum. hoc dicit ſecundum unum intellectum. vel ſic: Delegatus ſubdelegatum collegæ impediti non tenetur admittere, ſi in reſcripto eſt clauſula: quòd ſi ambo, &c. hoc dicit, ſecundùm alium intellectum.*

Idem *Abbati, & capellano ſanctæ Mariæ Bononienſ.*

COram *f* dilecto filio M. Diacono cardinali, quem tibi & H. nuncio, & clerico ſanctæ Agathæ adverſario tuo, qui cum inſtrumentis ejuſdem eccleſiæ, ſed abſque literis de ratihabitione, ad Apoſtol. ſedem acceſſerat, ſed de rato caverat, ſub fidejuſſoria cautione *g* conceſſimus auditorem: proponere *h* curaviſti, quòd cùm quidam in parœcia ſanctæ M. in honorem beatæ Agathæ eccleſiam conſtruxiſſet. Alexand. Papa *i* prædec. no. cauſam ſuper hoc Abbati ſancti Stephani, & priori ſancti Victoris commiſit terminandam: qui pro eccleſia ſanctæ M. definitivam ſententiam protulerunt: verùm capellanus ſanctæ Agathæ ſententiæ parêre contempſit. Cumque ſuper eadem cauſa coram Ferrarien. Epiſcopo, per annum diſceptatum fuiſſet, pars eccleſiæ ſanctæ Agathæ horum veritate ſuppreſſa, magiſtrum L. Bon. canonicum obtinuit eidem Epiſcopo in cauſæ deciſione adjungi: qui cùm cauſæ intereſſe non poſſet, prædictus Epiſcopus, cui per ſequentes literas mandabatur, ut ſi ambo intereſſe non poſſent mandatis Apoſtolicis exequendis, ea ipſe nihilominus adimpleret: ſententiam prædictam confirmavit: [ 1 *& infrà.*] Nuncius verò eccleſiæ ſanctæ Agathæ inter alia propoſuit, quòd cùm dictus magiſter L. ] vices ſuas alii delegaſſet. Epiſcopus admittere noluit ſubdelegatum, ſed poſt appellationem ad nos interpoſitam ſolus in cauſæ cognitione proceſſit: [ 2 *& infrà.* ] Sed è contra fuit reſponſum, quòd Ferrarien. Epiſcopus ſolus procedere potuit, cùm in ultimæ commiſſionis literis fuiſſet inſertum, quòd ſi ambo intereſſe non poſſent, prædictus Epiſcopus nihilominus exequi procuraret: quod non intelligitur, ut ſi per ſe, vel per alios intereſſe non *a* poſſent: quia id rarò *b*, vel nunquam contingeret, ſed ſi non poſſet perſonaliter intereſſe. Idem igitur cardinalis latam ab eodem Ferrarien. Epiſcopo ſententiam confirmavit, & adverſæ parti ſuper hoc perpetuum ſilentium duxit imponendum. Nos ergo, quod ab eo factum eſt, auctoritate Apoſtolica confirmamus.

[ 1 *Capellano S. Agathes ſub pœna excommunicationis injungens, ut nullum parochianorum tuorum infra certos terminos commorantium ad officia divina, vel eccleſiaſtica reciperet ſacramenta. Ad hæc d. Hugolinus ex adverſo reſpondit, quòd olim Archipresbyter de Paſtino à prædicto Alex. p. p. n. Indulgentiam impetravit, ut in vico Caſtellionis, in quo ſuperexcreverat populi multitudo, eccleſiam de novo fundaret. Vnde tunc Bononienſis Epiſcopus de mandato ejuſdem p. n. & locum ſignavit, & primarium lapidem benedixit, & in fundamento ſecundùm conſuetudinem collocavit: capellam in eodem loco conſtructam cum tota parochia, quam uſque hodie habet eccleſia de Paſtino, per 20. annos juſtè poſſedit, quam fe. re. Ce. pp. p. n. eu ſuis literis confirmavit, & nos ſub noſtra protectione recepimus conſtitutam nobis ab eodem Archipresbytero cenſualem. Verùm olim quidam canonicus regularis ab Archipresbytero de Paſtino, ut divina in eadem celebraret officia deputatus, præter auct. Archipresbyteri & capituli de Paſtino, coram prædicto Abbate S. S. & priore S. Vict. ab illis citatus apparuit, ſed coram illis judicium non ſubivit. Imò ab ipſis tanquam de ratione ſuſpectis, quia prædictam voluerunt ſibi parochiam vendicare, ad noſtram duxit audientiam appellandum. Iidem autem judices non dubitantes mandati fines excedere, tam ſuper novo quàm veteri populo ſententiam protulerunt, cùm ſecundùm tenorem literarum directarum ad eos non potuiſſent niſi de veteri judicare. Poſtmodum verò memoratus canonicus contra voluntatem ſive prohibitionem Archipresbyteri ſui coram Ferrarien. Epiſcopo comparens, ſub eo aliquantulum litigavit, ſed tandem comperto quòd univerſi familiares ejus ei eſſent adverſi, prædictum E. ei fecit adjungi, qui cùm.* ]

[ 2 *Unde contra primam ſententiam allegabat, quòd de commiſſione ad primos judices impetrata ad Archipresbyteri notitiam nil pervenit: quia judices poſt appellationem legitimè interpoſitam proceſſerunt, & quòd fines mandati fuerunt in proceſſu transgreſſi: contra ſecundum verò ſimiliter proponebant, quòd canonicus regularis qui coram Ferrarienſ. Epiſcopo litigavit, non ſolùm non fuerat procurator datus ad eam, ſed etiam contra prohibitionem Archipresbyteri liti ſe præſumpſerat immiſcere, quòd Ferrarien. Epiſcopus ſolus proceſſerat, cùm non ei ſoli cauſa fuerat delegata, & collega ejus, etſi cauſa nequiverit intereſſe, alii tamen commiſerit vices ſuas, & quod poſt app. etiam ad nos interpoſitam idem Ferrarien. pro eccleſia S. N. ſententiam promulgavit. Ad hæc autem pars altera replicabat, quòd prædicta ſtare non poterant, cùm credi non debeat, quòd à judicibus illis pars appellavit adverſa, ad quos nec ſciverat, nec audierat commiſſionis literas emanaſſe. Præterea cùm in literis commiſſionis appellationis fuiſſet obſtaculum partibus intercluſum, appellationi interpoſitæ non fuerat deferendum. Inſuper cùm ſicut adverſarius fuit in jure confeſſus, & ſi pars ejus, qui ut ſequeretur appellationem, literas impetravit, non*

a Cap. 1. De rerum perm. in 3. compil. unde vera narratio facti peti poteſt. b proceſſerunt. c al. & acta. 2. Reg. 11. d Hac clauſula, motu proprio, quid operetur tradit Felin. cap. nonnulli. De reſcr. & late Gabrielius in Com. conc. ti. de clauſul. concil. 2. e violarat. f Cap. 1. De paroch. & al. paroch. in 3. compilat. g Infrà quid clericus comparens pro altero, ſi non probat plenè, tenetur de rati. cancer. Auth. gener. C. de Epiſc. & cleric. h In C. Bar. conſtit. proponere curaviſti. i deeſt, Papa, in antiquis.

a Poſſet. b Vide leg. jura. cum l. ſeq. C. de poſtul. & l. nam ad ea. ff. de legi.

*fuerit tamen illu vaſa, pro eodem haberi debeat, ac ſi non fuerit proſecuta. Vnde ſententia jam tranſierat in rei judicatæ auctoritatem, & ſi contra jus litigantis prolata fuiſſet. Cùm autem nec literæ commiſſionis ad judices primos obtentæ præſententur in jure, nec aliter legitimè demonſtretur formam mandati judices exceſſiſſe, pro ſententia potius eſt præſumendum. Quod dicitur ex adverſo, quòd canonicus ipſe non fuerit procurator, non nocet, cùm ipſe procurator litem coram eodem Ferrarienſ. Epiſcopo conteſtando factus fuerit Dominus litis, qui generalis ab ipſius fundatione eccleſiæ procurator fuit, & ſic agebat, & contrahebat, ac ſi verè novæ capellæ Dominus extitiſſet: præſertim cùm in cauſam non tam eccleſiæ nomine quàm proprio traheretur, utpote qui parochianos adjudicatos eccleſiæ S.N. ad divina recipiebat officia, & exhibebat eis eccleſiaſtica ſacramenta. Præterea, cùm ad Archipresbyteri notitiam perveniſſet, cauſam ipſam fuiſſe Ferriarien. Epiſcopo delegatam, ſed ſi per canonicum illum nolebat ſubire judicium, ad cauſam agendam debuerat alium deſtinare, quòd cùm non fecerit, ejus eſt negligentiæ imputandum, imò malitiæ potius qui ſic commiſſionem noſtram viſus fuerit.* ]

## CAP. XXXV.

*Locus ad quem reus ſecurè accedere non poteſt, & canonicus in cauſa canonici delegatus, recuſari poterunt.*

Idem *præpoſito ſancti Dominici Subdiacono noſtro.*

CVm R. *a* canonicus Ianuen. cauſam quæ inter ipſum ex una *b* parte, ac P. civem Ianuen. vertitur, tibi obtinuerit delegari: & idem civis propter multas & graves inimicitias civitatis ſuæ, in tua nequeat præſentia comparere. Mandamus, quatenus ſupradicto R. hujuſmodi optionem relinquas, ut exceptis canonicis Ianuen. (quos cùm ſint ejus ſocii, meritò habet pars adverſa ſuſpectos) in civitate, vel diœceſ. Ianuen. in qua ſunt multi viri *c* providi, judicem eligat, coram quo quæſtio terminetur: cui auctoritate noſtra diſtrictè præcipias, ut eandem cauſam juxta reſcripti à te *d* obtenti tenorem appel. re. fine debito terminare procuret.

## CAP. XXXVI.

*Si mandatur judici delegato, ut illum abſolvat, qui dicit ſe injuſtè excommunicatum, ante probationem illum abſolvere debet. Si autem dicat excommunicationem nullam, probationem nullitatis ante pronunciationem admittet.*

Idem *Rothomagen. Archiepiſcopo.*

CVm contingat *e* interdum, quòd laici: *& infrà.* Inſuper requiſiti ſumus, cùm quis conqueritur in ſe à ſuo Epiſcopo poſt adpell. ad nos legitimè interpoſitam, vel aliàs injuſtè excommunicationis ſententiam promulgatam, & nos judicibus damus in mandatis, ut ſi eſt ita, juxta formam eccleſiæ abſolutionis beneficium illi impendant, vel eandem ſententiam denuncient eſſe nullam, ac Epiſcopus paratus ſit probare ſe in illum, antequam vocem appellationis emitteret, vel aliàs iſte hujuſmodi ſententiam protuliſſet, an probationibus non admiſſis liceat judicibus excommunicatum abſolvere, vel denuntiare *f* ſententiam eſſe nullam? *g* ad quod. t. r. quòd cùm quis conqueritur ſe poſt appell. ad nos legitimè interpoſitam excommunicatione fuiſſe innodatum, ſemper *h* utriuſque partis probationes ſunt admittendæ, antequam ad decernendum ſuper hoc aliquid procedatur, per quas denique apparebit, an abſolutione indigeat conquerens, vel denunciandus ſit potius non ligatus. In eo verò caſu, cùm excommunicatum quis ſe aſſerit injuſtè, vix vel nunquam eſt ejus (antequam abſolutus fuerit) probatio admittenda, niſi tunc tantùm, cùm aſſerit, in excommunicationis ſententia intolerabilem errorem fuiſſe patenter expreſſum: ad quod probandum admittendus [illegible] antequam abſolutionis gratiam conſequatur. Verum ſi proponat ſe ſimpliciter excommunicatum injuſtè, & Epiſcopus ad probandum, quòd juſtè ipſum excommunicavit, ſuas poſtulet probationes admitti, non eſt ante abſolutionem ipſius aliquatenus audiendus, cùm etiamſi certo conſtaret rationabiliter in illum excommunicationis ſententiam promulgatam, nihilominus eſſet abſolutio impendenda humiliter poſtulanti: & ideo in hoc caſu illum credimus juxta formam eccleſiæ [illegible]nus abſolvendum: ut ſic demum probationibus utriuſque partis admiſſis, utrum juſtè vel *a* injuſtè ligatus erit, decernatur.

## CAP. XXXVII.

*Rogatus à nobis olim & fratribus noſtris chariſſimus in Christo filius noſter Federicus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Rex Siciliæ, ut reſtitueret ven. fra. no. Cephaluden. Epiſcopum, quem ſpoliaverat eccleſiis & aliis bonis ſuis, ſe id libere [illegible] promiſit, unde per ſcripta noſtra Venerabili fra. no. &c. quæ ſequuntur hic adſcripta.*

*Si ſubdelegatus delegati Papæ juriſdictione uti cœperit, à delegato removeri non poteſt: & ſi fecerit contra mandatum, ſive exceſſerit formam reſcripti, proceſſus eſt nullus.*

Honorius III. *Meſſan. & Regin. Archiepiſcopis* b.

VEnerabili fra. no. Archiepiſcopo Cuſentin. dedimus in mandatis, ut Cephaluden. Epiſcopum [illegible] faceret ad Epiſcopatum, & ad alia, quibus fuerat ſpoliatus: quo reſtituto plenariè, & corporalem ac pacificam poſſeſſionem adepto, ſi Epiſcopus meritò eſſet de dilapidatione ſuſpectus, virum providum & honeſtum [illegible] videret coadjutorem *d* eidem *e* adjungere, ſine cujus conſilio nihil eorum faceret, quæ ad adminiſtrationem pertinent temporalem, quoad uſque veritate comperta duceremus aliter providendum, interim omne alienationis genus eorum utrique auctoritate noſtra diſtrictius interdices. Porrò idem Archiepiſcopus corporis infirmitate gravatus, commiſit in hujuſmodi negotio vices ſuas, primo Abbati Sancti Spiritus de Panormo, demum theſaurario Cuſentinen. Quorum proceſſus nobis exhibitos, de fratrum noſtrorum conſilio [illegible]vimus juſtitia exigente: quia videlicet Abbas [illegible] mandati noſtri tenorem *f*, ad inquirendum [illegible] dilapidatione ſuſpectus eſſet Epiſcopus, eo non [illegible] proceſſit, & Archiepiſcopus ipſe (cùm jam ſuo [illegible] eſſet officio: dicto Abbati committendo in [illegible] vices ſuas) hujuſmodi negotium dicto theſaurario [illegible] potuit demandare.

## CAP. XXXVIII.

*Si delegatus pronunciaverit ſe juriſdictionem non habere, [illegible] etiam de conſenſu partium non reaſſumit.*

Gregor. IX. *S. præcentori & Magiſtro N. [illegible] Ambian.*

SIgnificantibus M. muliere, & I. nato ejus: [illegible] ritis accepiſſe, quòd cùm nobilis mulier [illegible] dua, mentiens ſe pauperem *g* contra eos ſuper [illegible] & rebus aliis ad judices noſtras literas impetraſſet, [illegible] dem coram eis excipiendo proponere curaverunt, [illegible]

---

a *Capit. 2. eod. tit. in 4. compil.* b *Hæc verba, ex una parte, deſunt in antiquis.* c *In Codic. Barb. ita, providi, & diſcreti.* d *In omnibus antiq. ita: ad te, & initium capitis indicat omninò ita eſſe legendum.* e *Cap. 3. eod. tit. in 4. compilat.* f *Hic eſt hujuſmodi in quibuſd. manuſcr.* g *Hunc text. dicit Abbas ſingul. eſſe hic ad hoc quòd appellatio injuſtæ ſententiæ, veniat nulla.* h *utriuſlibet.*

a *Hæc duo verba, vel injuſtè: deſunt in vetuſtioribus.* b [illegible] *ipſius Honorii commentariis ſeu regiſtris, hujus capitis* [illegible] *um.* c *l. videamus. §. in Fabiana. de uſur. & l. cum* [illegible] *verb. ſignif.* d *Coadjutores quando dandi ſint, & qualiter* [illegible] *mittantur tradit Conc. Trid. ſeſſ. 21. de reform. c. 6. & ſeſſ. 25.* [illegible] *cap. 7.* e *verbum, adjungere, deeſt in antiquis.* f [illegible] g *l. ſi quis ad declinandum. §. fin.* [illegible] *not. C. de appellat.* g *l. ſi quis ad declinandum.* [illegible] *de Epiſc. & cleric. & l. illicitas. §. fin. de offic. præſ.*

cùm dictæ literæ ſuggeſto mendacio impetratæ fuiſſent cùm prædicta Iul. (quæ nobilis eſt & dives) pauperem ſe dixiſſet in eis coram ipſis (niſi requiſito prius Domino, ſub cujus juriſdictione ipſi conſiſtunt, & coram quo parati erant eidem exhibere juſtitiæ complementum) non debebant de jure per tales literas conveniri, unde dicti judices interloquendo pronunciarunt ſe per eaſdem literas procedere non debere: *& infrà.* Demum fuit à partibus in quoſdam tanquam in arbitros taliter compromiſſum, quòd ſi intra terminum in compromiſſo expreſſum cauſam non deciderent, partes ad eorundem judicum redirent examen. Verùm arbitris cauſam intra terminum negligentibus terminare, dicti judices juriſdictionem per formam compromiſſi hujuſmodi reſumpſerunt: à quibus iidem ſe ſentientes gravari, quòd ſuper his, ſuper quibus ab eis fuerant abſoluti, litigare compellebant eoſdem, ad noſtram audientiam adpellarunt. Ideoque mandamus, quatenus ſi eſt ita, revocetis in irritum.

CAP. XXXIX.

*Arbitri electi ad cauſam recuſationis, adſignant partibus terminum ad probandum cauſam ſuſpicionis, & judex recuſatus compellit arbitros ad cauſam finiendam.*

Idem.

SVſpicionis *a* cauſa contra judicem aſſignata, non ipſe (qui forſan provocatus obeſſet) ſed arbitri potius coram quibus probatio eſt facienda, & ad quos omnia, quæ ad hunc articulum faciunt, pertinere noſcuntur, poſſunt ad hoc terminum adſignare: Ab ipſo quoq; judice (cui ſicut juriſdictio, ſic & cætera ſine quibus explicari non poteſt, intelliguntur eſſe commiſſa) iidem ut conveniant, ſi diſcordes fuerint, in unam ſententiam, vel tertium concorditer advocent *b*, cum quo duo vel alter eorum id faciat, ſunt cogendi, ne hujuſmodi occaſione principale negotium plus debito prorogetur.

CAP. XL.

*Delegata juriſdictio ad perſonas non expreſſas in reſcripto, etiam de ipſarum conſenſu prorogari non poteſt.*

Idem *Abbati ſanctæ Genoveſæ.*

P. & G. per literas *c* Apoſtolicas conquerentibus coram te de Epiſcopo *d* London. quòd conceſſum ab eis mutuum promiſſo loco & termino non perſolvit: pendente judicio, I. laicus qui in quantitate quadam eiſdem mercatoribus tenebatur, ſed in tuam juriſdictionem (ſicut adſerit) voluit prorogare *e*: ut ſi intra terminum conſtitutum prædictam non ſolveret quantitatem, excommunicationis & interdicti ſententias in perſonam & terram ejus promulgares. Quas hujuſmodi occaſione à te latas, decernimus non valere: cùm & ſi aliàs juriſdictioni præeſſe dicaris, quia in dictum I. nullam juriſdictionem habebas, juriſdictionis prorogatio nulla noſcitur extitiſſe, cùm hujuſmodi delegata juriſdictio ad alias perſonas nequeat prorogari.

CAP. XLI.

*Major xx. annis poteſt à quocunq; dari delegatus. Idem in majoribus, dummodo interveniat conſenſus partium. Minor verò xviii. annis non poteſt dari, niſi à Principe.*

Idem.

CVm vigeſimum annum peregeris *f*, dari potuiſti in ætate hujuſmodi delegatus. Cæterùm conſtituto intra ætatem eandem (niſi partes ſcienter conſentirent in eum qui annum XVIII. tranſcendiſſet) facta delegatio ab alio quàm à Principe non teneret.

a *Cauſas recuſationum refert Hoſtienſ. in ſum. tit. de recuſ. §. quæ ſunt cauſæ. Ioann. Andr. in c. Legitima. de app. in 6. & Panor. in c. cum ſpeciali. infrà. de appell.* b *Vide l. item ſi unus ff. de arbit.* c *Vide Lanfr. in tract. de arb. §. prorogatio.* d *Laudunen.* e *Vide leg. 3. ff. de eo quod cer. & l. uni. & ibi Bar. C. de ſen. quæ pro eo quod intereſt.* f *Vide l. 1. ff. de min. & l. filius fa. & l. cum prætor. ff. de judic.*

CAP. XLII.

*Poteſtas plurium delegatorum vel arbitrorum ſimpliciter datorum expirat per mortem unius.*

Idem.

VNo delegatorum *a* vel arbitrorum (ſicut proponis) rebus humanis exempto, eorum officium expiravit. Niſi aliud in delegatione aut compromiſſo fuiſſet expreſſum.

CAP. XLIII.

*Delegatus Papæ ſubdelegare poteſt, licet datus ſit ex officio vel de partium conſenſu, vel cum clauſula prælectionis, videlicet, quòd ſi non omnes, tu cum alio exequaris, & cætera. hoc dicit, uſque ad §. Is autem.*

Idem.

QVoniam Apoſtolica ſedes intendit providere negotiis, & non perſonis, quibus eadem committuntur, ſi judex tertius licet ex officio noſtro, vel de adſenſu partium pro communi à nobis datus eiſdem, alii delegaverit vices ſuas (cùm delegato à Principe id concedatur à jure) *b* delegatio valebit ipſius. Idem quoque dicendum eſt, cùm mandatur Epiſcopo, ut cum altero ſuorum conjudicum mandatum Apoſtolicum exequatur, & tunc ſine ſubdelegato ab ipſo Epiſcopo reliqui duo procedere non valebunt.

*Is cui committitur negotium, ut perſonaliter exequatur, poteſt ſi partes conſentiunt, alteri ſubdelegare. Fallit in caſibus hîc expreſſis. hoc dicit, uſq; ad §. Cæterùm.*

Is autem, cui injungitur ut perſonaliter negotium exequatur, poteſt (dummodo partes conſentiant) hoc aliis delegare. Præterquam ſi inquiſitionem fieri, vel eccleſiis de prælatis, vel aliis miniſtris provideri *c* mandaremus, cùm in his omnibus caſibus induſtriam & fidem perſonæ, cui talia committimus, eligere videamur.

*Is, cui committitur nudum miniſterium exequendum, non poteſt vices ſuas alteri committere: fallit in legato ſedis Apoſtolicæ. Et eſt text. notabilis, & multum allegatur. Ab. Sic.*

Cæterùm (ſalva legatorum ſed. Apoſtol. auctoritáte) nulli cui commiſſum fuerit prędicare crucem, excommunicare, vel abſolvere aliquos, diſpenſare cum irregularibus, vel injungere pœnitentias, liceat hæc de cætero aliis demandare: quia non ſibi juriſdictio, ſed certum miniſterium potius committitur in hac parte.

## DE OFFICIO LEGATI.

### TITVLVS XXX.

CAP. I.

*Legatus Papæ etiam per ſimplicem querelam adiri poteſt.*

Alexander III. *univerſis ſuffraganeis Cantuarien. eccleſiæ.*

CVm *d* non ignoretis Cant. Archiepiſcopum vobis non ſolùm *e* Metropolitico, ſed etiam legationis jure præeſſe: [ 1 *& infrà.* ] Sanè licet idem Archiepiſcopus metropolitico jure audire non debeat cauſas de Epiſcopatibus veſtris, niſi per adpellationem deferantur ad eum: legationis tamen obtentu univerſas *f*, quæ per adpel. vel querimoniam perveniunt ad ſuam audientiam, audire poteſt & debet, ſicut qui in provincia ſua vices noſtras gerere comprobatur.

[ 1 *Mirabile ſatis eſt quod quidam veſtrùm ſicut audimus aſſeverare præſumit, quòd idem Archiepiſcopus nullam cauſam de Epiſcopatibus veſtris ſive metropoleos ſive legationis jure debeat audire.* ]

a *Hunc textum intellige, cùm facta eſt delegatio nominatis perſonis: ſecus ſi dignitate, juxta c. quoniam Abbas ſup. eod.* b *Vid. l. à ju. & ibi Pet. de bel. port. & Cyn. C. de jud. & Bart. in l. & quia. ff. de juriſd. om. jud.* c *mandamus. al. mandarent.* d *Ca. 1. eod. tit. in 1. comp.* e *metropolico.* f *In multis manuſcr.*

CAP II.

*De cauſa ſpecialiter delegata à Papa, legatus ſe intromittere non poteſt.*

Celeſtinus III. *magiſtro Columbo.*

STuduiſti à nobis *a* quærere, utrum de cauſa, quam alicui delegamus, alius qui ſit generalis in provincia legatus, ante cognitionem vel poſtea cognoſcere valeat, vel commiſſionis noſtræ proceſſum, quem judici delegato tranſmittimus, taliter impedire. Reſpondemus, quòd cùm mandatum ſpeciale deroget generali, legatus commiſſionem alii factam ſpecialiter impedire non poteſt: & ſi ſecundùm formam mandati noſtri ſententia jam fuerit promulgata, non poterit ipſe legatus (niſi ſuper hoc mandatum ſpecialiter receperit) eam quomodolibet irritare: ipſam tamen (ſi rationabiliter lata fuerit) confirmare valebit, & executioni demandare.

CAP. III.

*Legatus etiam de latere ex generali legatione non poteſt transferre Epiſcopos, vel unam eccleſiam cathedralem alteri ſubjicere, & alteri concedere jus primatiæ, vel duos Epiſcopatus unire, vel unum dividere: excommunicatos tamen propter manuum injectionem in clericos, abſolvere poteſt. h. d. cum c. ſeq.*

Innocentius III. *b tt. ſancti Laurentii in Lucina Presbytero cardinali ſed. Apoſt. legato.*

NIſi ſpecialis illa dilectio *c*, quam ad perſonam tuam habuimus & habemus, juſtum motum animi noſtri temperaret, pœna docente, cognoſceres, quantum *d* exceſſeris, qui ſpretis canonicis ſanctionibus & conſuetudine generali, motu proprio præſumpſiſti Trojanum Epiſcopum de Trojana eccleſia ad Pannormitanam de facto transferre.

CAP. IV.

*Summatum fuit ſuprà in cap præcedenti.*

Idem *eidem.*

QVod *e* tranſlationem: [ 1 *& infrà.* ] Licet in regno Siciliæ generalis ſit tibi commiſſa legatio, ad eam tamen ſine ſpeciali mandato noſtro non debuiſti manus extendere, quæ in ſignum privilegii ſingularis ſunt tantùm ſummo Pontifici reſervata: & ſi quædam ex his, quæ de ſpeciali conceſſione ſæpè fuere legatis indulta, ut illorum videlicet abſolutio, qui propter ſacrilegas manuum injectiones in clericos, incidunt in canonem promulgatæ ſententiæ, videantur ex ipſo legationis officio jam licere legatis: an exiſtimas, quia vices noſtras tanquam legato tibi commiſimus exequendas, quòd Pannorm. eccleſiam poſſes ſubjicere Meſſan. ut illam præficeres iſti, conceſſo ſibi privilegio primatiæ? An putas ex eadem cauſa tibi licere, duos Epiſcopatus unire, vel unum dividere ſine licentia ſpeciali?

[ 1 *Pontificus de Trojano Epiſcopatu ad Panormitanam metropolim à te factam nolumus ratam habere, zelus utique non amaritudinis, ſed rectitudinis nos induxit. quia.* ]

CAP. V.

*Ex quo legatus retulit cauſam Papæ, illius deſinit eſſe judex.*

Idem *Bonon.* f *Epiſc. & M. capellano Subdiacono noſtro.*

LIcet Tranenſ. canonici *g* ab initio diſſenſiſſent, tandem unanimiter conſenſerunt, G. fratrem Caſſinen *h.* Abbatis in Archiepiſcopum eligentes, cujus electionem Portuenſ. Epiſcopus tunc legatus, examinari præcepit: [ 1 *& infrà.* ] Nuntius præfati Caſſinen. Abbatis nobis literas præſentavit, gravem contra ſupradictum legatum querimoniam continentes, quòd poſtquam electionem examinaverat, & eam ad noſtræ deliberationis examen tranſtulerat, nunciis jam directis, electionem eandem malitioſè nimis examinare præſumpſit. [ 2 *& infrà.* ] De concilio fratrum noſtrorum examinationem ſecundam, tanquam à non ſuo judice factam, poſtquam negotium ad noſtrum fuerat tranſlatum examen, cenſuimus irritam & inanem.

[ 1 *Et examinationem redactam in ſcriptis fecit ſigillo d. n. Archidiac. n. mag. Petrachii muniri cum ſuo quoque ſigillo ad ſedem Apoſtolicam tranſmittend. literas quoque ſuas nobis pro ſupradicto Caſſi. Abbatis deprecatorias deſtinavit, quas cum decreto electionis omnium canonicorum ſubſcriptionibus roborato, necnon & literis ſuffraganeorum & populi, tres de canonicis Trojan. eccleſiæ ab univerſo capitulo deſtinati, nobis humiliter præſentarunt, petentes electionem canonicam de perſona idonea celebratam auctoritate Apoſt. confirmari. Nos autem ad majorem cautelam à præfatis canonicis juramentum recepimus, non à nobis exactum, ſed ab ipſis oblatum, & factum electionis, ſicut eſt & mores & ...minavimus diligenter. Interim verò.* ]

[ 2 *Unde petebat per viros idoneos ſuſpicione carentes de ipſo facto inquiri, cumque præfatus ſupervenisset Epiſcopus, & ea quæ gesta ſunt intellexiſſemus ab ipſo.* ]

CAP. VI.

*Legatus de latere confert beneficium vacans, licet illud ſpectet ad præſentationem alicujus clerici. h. d. & eſt caſus notabilis.*

Idem *a ſancti P. & ſancti Leonis abbatibus & R. Archi. Tullen.*

DIlectus filius *b* R. Methenſis canonicus intimavit, quòd cùm Præneſtinus Epiſcopus Apoſtolicæ ſedis legatus eccleſiam ſancti Trudonis contuliſſet eidem Methen. Archi. ad quem illius eccleſiæ præſentatio pertinebat, aſſerens quòd eodem inconſulto conferri non potuit à legato, canonicum ipſum ſuper eadem eccleſia moleſtare præſumit. Cùm igitur plus juris habeat in conceſſione prælatus, quàm in præſentatione patronus; ... præjudicetur prælato, ſi quando per Apoſtol. ſedis legatum eo inconſulto eccleſia concedatur: mandamus, quatenus dictum Archi. ut ab ejus ſuper hoc moleſtatione deſiſtat, appella. re. cogatis.

CAP. VII.

*Legatus in pluribus locis poteſt in quolibet diſtinctam juriſdictionem ſuam exercere: ita quòd facta unius loci ... explicare. hoc dicit, Pannormi.*

Idem *Illuſtri Regi Francorum.*

NOvit *d* ille, qui nihil ignorat: [ 1 *& infrà.* ] ... parte tua querimoniam accepimus, quod cùm ... legatus eſſet certa ratione ſuſpectus, extra fines ... Francorum in terram tuam interdicti ſententiam promulgavit: [ 2 *& infrà.* ] Tuæ magnificentiæ reſpondemus, quòd etſi fines regni Francorum exierat, non tamen fuerat terminos ſuæ legationis egreſſus, ... ſolum in regno Francorum, ſed in Vien. Lugdun. ... ſunt in. provinciis injunctam ſibi à nobis legationis ſollicitudinem ſuſcepiſſet.

[ 1 *Quòd Regiæ ſublimitati. & infrà. Nuper autem ... dil. fil. Vicen. & VValther. milites, & poſtmodum dil. fil. ... Decanum Aurelianenſem cum literis tuis benigne recepimus ... curavimus multipliciter honorare, ſicut per ipſos poterit ... tati plenius patere. Ipſi autem in noſtra & fratrum noſtrorum ... ſentia conſtituti contra eundem Card.* ] *ex parte tua ... intenderunt.*

[ 2 *Qui etiam in animam ſuam promiſerant & ...*

a *Cap. 1. eod. tit. in 2. compil.* b *Innocent. III. d. tit. & c.* c *Cap. 3. eod. tit. in 3. compil.* d *§. item lex Iulia. de publ. jud. Inſtit.* e *C. 2. eod. tit. in 3. compil. pro unione vide conc. Trident. ſeſſ. 24. de reform. c. 13.* f *Barotinenſi.* g *C. 3. eod. tit. in 3. comp. in quibuſdam Trojani legitur.* h *al. Abbatem, & tunc dic. G. fratrem Caſſinenſem Abbatem.*

a *Sancti Apri. & ſancti Leonis Abbatibus & magiſtro ... Archi. Tullenſi.* b *Capit. 4. eod. titul. in 3. compilat.* ... *leg. ſi communem. ff. quemadmod. ſer. amit.* d *Cap. ... in 3. compilat.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ſurare, quòd tu coram legatis & delegatis noſtris ſuper hoc negotio ſubeſſes, & quòd poſt hujuſmodi negotium, nec per nos, nec per alium fueris ex parte noſtra citatus ut juri pareres, prædictam petens ſententiam recepta hujuſmodi cautione juratoria relaxari. Cæterùm ad ea quæ contra legatum objicerant, & eis reſpondemus, &c.]*

CAP. VIII.

*Præſente legato de latere, minor legatus executionem officii ſui dimittere debet.*

Gregorius IX. *Patriarchæ Hieroſolymitano.*

VOlentes: *& infrà.* Fraternitati t. legationis officium in provincia tua duximus committendum, ita tamen quòd ſi legatum ad partes illas de latere noſtro contigerit deſtinari, executionem ipſius officii, quamdiu legatus ipſe ibi fuerit, pro ſed. Apoſtol. reverentia omninò dimittas *a*.

CAP. IX.

*Legatus non de latere, ſed ratione perſonæ extra provinciam ſibi decretam abſolvere nequit excommunicatos pro injectione manuum in clericos, nec etiam in provincia ſi tales excommunicati aliunde veniant. Legatus verò ratione dignitatis nullos tales abſolvit. h.d. ſecundum communem intellectum.*

Idem.

EXcommunicatis pro injectione manuum violenta, eccleſiæ Romanæ legati, qui de ipſius latere non mittuntur extra provinciam ſibi commiſſam, vel ibidem ſi hujuſmodi manuum injectores illuc contingat aliunde accedere: & qui eccleſiarum ſuarum prætextu legationis ſibi vindicant dignitatem, etiam ſubditis (quamvis in provincia ſua exiſtentes) beneficium abſolutionis impartiri non poſſunt. Niſi de ſpeciali gratia illis & iſtis amplius à ſede Apoſtolica concedatur.

CAP. X.

*Durant legati ſtatuta etiam legatione finita, finitur tamen ſui legati juriſdictio, ſi citatio non præceſſit.*

Idem.

NEmini dubium eſſe volumus, quin legatorum ſedis Apoſtolicas ſtatuta edita in provincia ſibi commiſſa durent tanquam perpetua, licet eandem poſtmodum ſint egreſſi. Secus autem *b* ſi cauſas duxerint delegandas *c* aliquibus, cùm juriſdictio iſtorum expiret, ſi ante illorum diſceſſum horum citatio non præceſſit.

## DE OFFICIO IVDICIS ordinarii.

*TITVLVS XXXI.*

CAP. I.

*Epiſcopi in ſuis diœceſibus poſſunt crimina inquirere, & punire, & cum opus fuerit invocare brachium ſeculare.*

Ex ſynodo Ioannis Papæ.

PErnicioſa: *d & infrà.* Habeant igitur Epiſcopi ſingularum urbium in ſuis diœceſibus liberam poteſtatem adulteria & ſcelera inquirere, ulciſci & judicare *e*, ſecundùm quod canones cenſent, abſque impedimento alicujus. Et cùm opus fuerit publicum convocent auxilium, non ad præjudicandum, ſed potius ad ea, quæ Deo ſunt placita, proſequendum.

CAP. II.

*Ordinarius, qui ſcit non ut judex vel homo, ſed ut Deus, ſubditum eſſe criminis reum, indeterminate poterit, ſed non nominatim eum arguere vel punire.*

a *Vide auth. multo magis. C. de ſacr. eccl. ſac. l. 2. C. de re jud.* b *tamen.* c *Vide l. un. C. quis pro ſua juriſd. & l. 3. C. de offi. præt.* d *Cap. 1. eod. tit. in 1. comp. Triden. conc. ſeſſ. 24. de reform. cap. 6.* e *Vid. Lamperium. cum tot. de juriſd. omn. jud.*

Eugenius Papa *a*.

SI ſacerdos ſciat *b* pro certo aliquem eſſe reum alicujus criminis, vel ſi confeſſus fuerit, & emendare noluerit, niſi judiciario ordine quis probare poſſit, non debet eum arguere nominatim, ſed indeterminatè. Sicut dixit Chriſtus: Vnus veſtrûm me traditurus eſt. Sed ſi ille, cui damnum illatum eſt, petierit juſtiſtiam, poteſt excommunicare auctorem *c* damni, licet etiam ei confeſſus ſit, ſed tamen non nominatim poteſt eum removere à communione, licet ſciat eum eſſe reum: quia non *d* ut judex ſcit, ſed ut Deus: ſed debet eum admonere ne ſe ingerat: quia nec Chriſtus Iudam à communione removit.

CAP. III.

*Si ordinarius ſubjectus Epiſcopo profert in ſibi ſubjectum juſtam cenſuram eccleſiaſticam, Epiſcopus illam ſervare debet, & illam ſine ſatisfactione & conſcientia proferentis relaxare non debet.*

Alexander III. *Florentin. Epiſcopo.*

CVm *e* ab eccleſiarum prælatis eccleſiaſtica ſententia in malefactores aliquos promulgatur, rata debet & firma conſiſtere, & uſque ad dignam ſatisfactionem inviolabiliter obſervari. Quapropter mandamus, quatenus ſi quando plebanus ſancti P. *f* in clericos vel laicos parœcianos ſuos interdicti vel excommunicationis ſententiam rationabiliter tulerit, ipſam facias inviolabiliter obſervari, & eam ſine congrua ſatisfactione, & abſque ejuſdem plebani conſcientia non relaxes.

CAP. IV.

*Si ordinatio vacantis eccleſiæ etiam patronatæ ex juſta cauſa differtur, eſt ibi per Epiſcopum & Oeconomus ponendus.*

Idem *Cantuarien. Archiepiſcopo & ejus ſuffraganeis.*

CVm vos plerunque *g* oporteat ordinationem eccleſiarum differre, pro eo, quòd quandoque perſonæ vobis minus idoneæ præſentantur, aut inter vos & præſentatores alia de cauſa radix diſſenſionis *h* emerſerit; [ 1 *& infrà.*] Fraternitati veſtræ mandamus, quatenus ſi quando in vacantibus eccleſiis, in quibus eccleſiaſtica perſona præſentationem non habet, vel quia perſonæ minus idoneæ præſentatur, vel alia de cauſa de jure perſonas non potueritis in eis inſtituere: appellatione *i* remota ponatis Oeconomos, qui debeant fructus percipere, & eos aut in eccleſiarum utilitatem expendere, aut futuris perſonis fideliter reſervare.

[ 1 *Providendum nobis eſt, ne occaſione hujus diſſenſionis & ſcandali interim fructus illarum eccleſiarum depereant, aut ejus parochianis in ſpiritualibus gravia proveniant detrimenta. Inde eſt, quòd.*]

CAP. V.

*Si conſtat ordinario, quòd abſolutus à Papa ſuppreſſit veram cauſam quare fuerat excommunicatus, debet illum remittere ad Papam. Si verò ſibi non conſtat, eſt tamen ſibi urgens ſuſpicio contra eum, debet cogere eum ſe purgare.*

Idem *Cantuarien. Archiepiſcopo.*

EX *k* parte tua: [ 1 *& infrà.*] Quia nos conſulere voluiſti, utrum illorum abſolutio teneat, qui (occultatis exceſſibus, pro quibus excommunicati fuerant) abſolutionis beneficium, per ſedem Apoſtolicam meruerunt, ſuæ excommunicationis cauſam aliam prætendentes? Taliter r. quòd ſi ita tibi conſtiterit,

a *al. Auguſtin. in concil. part. 50. cap. 55. Idem Norvvicenſi Epiſcopo.* b *Cap. 6. eod. tit. in 1. compil. & poſt concil. Lateran. p. 50. cap. 55.* c *actorem. Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. Ioann. 13.* d *Thom. 3. p. q. 80. art. 6. Sotus in 4. ſent. diſt. 12. q. 1. art. 6.* e *C. 3. eod. tit. in 1. compil. & poſt concil. Later. p. 31. c. 7.* f *Pancratii.* g *Cap. 5. eod. tit. in 1. compil. & poſt concil. Lateran. p. 15. cap. 21.* h *emergit.* i *ceſſante.* k *Cap. 7. eod. tit. in 1. compil. & poſt concil. Later. p. 31. c. 4.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

debes eos eccleſiaſtica cenſura compellere cum literis tuis rei veritatem continentibus, ad ſedem Apoſtolicam redire. Si verò id tibi *a* non conſtiterit, & eos ſuſpectos habueris, quòd confeſſi non fuerint veritatem, ipſos compellere debes exinde coram te, quòd veritatem confeſſi fuerint, purgationem præſtare.

[ 1 *Nobis eſt conſtanti aſſertione propoſitum, quòd interdum quidam pro certis cauſis excommunicati ſed. Apoſtol. viſitant, & reticentes cauſas pro quibus ſunt vinculo excommunicationis aſtricti, de abſolutione ſua literas deferunt, continentes eos ad ſedem Apoſtolicam acceſſiſſe, & auditis confeſſionibus ſuis abſolutionis beneficium meruiſſe. Unde.*]

## CAP. VI.

*Si ex deſidia vel malitia delegati Papæ quis perſeverat in peccato, ordinarius loci poteſt ſupplere, non obſtante quòd cauſa fuerit delegato commiſſa. hoc dicit, & eſt caſus notabilis & ſingularis.*

Celeſtinus III.

Significavit *b* nobis tua fraternitas, quòd quidam de parochianis tuis, cùm pro illicita conſanguinitatis & adfinitatis copula excommunicatione *c* notantur, ad judices remotiores ab Apoſtolica ſede literas impetrant: per quas cùm ab excommunicatione fuerint abſoluti, quia dicti delegati ad locum, ubi teſtes produci valeant, non accedunt, nec aliquos pro eorum receptione tranſmittunt, in prænominata nefariæ conjunctionis copula remanent: & cauſa debitum non ſortitur effectum: [ 1 *& infrà.*] Cùm itaque pro malitia vel deſidia judicis delegati non debeat quis ad remanendum in copula conjunctionis iniquæ ſuffragium invenire: tale damus t. f. reſponſum, quot quotiens ea, quæ prædiximus in tua diœceſi evenire contigerit, licitè potes taliter abſolutos in priſtinam excommunicationis ſententiam revocare, ipſoſque tamdiu eadem ſententia tenere ligatos, donec cauſa in receptione teſtium, & in aliis legitimum incipiat habere progreſſum.

[ 1 *Unde poſtulaſti à nobis quid ſit tibi in tali articulo faciendum.*] *Cùm itaq; dolus ſuus alicui patrocinari non debeat, nec etiam quis per malitiam vel deſidiam judicis delegati debeat, &c.*

## CAP. VII.

*Ordinarius ſupplet negligentiam Abbatis non revocantis monachum vagabundum.*

Innocentius III. *Auſitano Archiepiſc.* d

Quanto *e* devotio religioſorum: [ 1 *& infrà.*] Ad audientiam noſtram noveritis perveniſſe, quòd monachi canonici & alii regulares tuæ provinciæ cùm deberent potius in clauſtro juxta regularia conſtituta divinis obſequiis vigilare, de obedientiis & reditibus, quorum curam geſſerunt, pecunia congregata, clauſtrum abhorrentes, per curias Principum & potentum diſcurrere non verentur: [ 2 *& infrà.*] Mandamus, quatenus quoſcunq; tales inveneris, niſi ad commonitionem tuam reſipuerint, ut proprium in manibus prælatorum ſuorum ſine difficultate reſignent; convertendum in utilitatem domus ſecundùm Abbatis conſilium, & regularem vitam obſervent: ſi prælati eorum poſt ſuam commonitionem id exequi negligenter omiſerint, per ſuſpenſionem officii & beneficii, appellatione remota compellas.

[ 1 *Virorum ſtudioſius mandatis divinis inhæret & creatori ſuo placere per omnia opera ſanctæ converſationis intendit, tanto humani generis inimicus ad ſeductionem ſuæ fraudis* … *laborat, & variis modis eis præſtat materiam* … *eorum inextricabili laqueo nititur irretire.*]

[ 2 *Ex muneribus ſuis illorum ſibi favorem & gratiam acquirunt, ac de ipſorum familiaritate in conventu ſuo* … *diſſenſiones commovent & cæterorum humilitatem in ſpiritu arrogantiæ contemnentes, mandatis prælatorum ſuorum* … *contumaces exiſtunt & contra illorum prohibitionem ſecularium negotiorum ſolicitudinibus ſe ingerunt. Cùm igitur propter* … *religionis non modicum enervetur ſ. t. per a. ſ.*]

## CAP. VIII.

*Ab uno Epiſcopo excommunicatus, ab aliis eſt vitandus.* … *Archiepiſcopus per querelam aditus, non abſolvet, niſi* … *mittat.*

Idem *Rothomagen. Archiepiſcopo & ejus ſuffraganeis.*

Ad reprimendam *a* malitiam perverſorum … certæ ſunt in canonibus conſtitutæ: quas ſicut … tas à vobis interdum in ſubditos vultis inviolabiliter obſervari, ita latas ab aliis debetis inviolabiliter obſervare. Ideoque mandamus, quatenus ſententias, quas Lexonen. Epiſcopus duxerit in ſubditos ſuos canonicè promulgandas: & vos ipſi ſervetis, & à veſtris ſubditis faciatis inviolabiliter obſervari. Tu verò frater Archiepiſcope (cum excommunicationis ſententia per adpellationis non ſuſpendatur objectum) ſi quis excommunicatus ab ipſa de injuſta tibi fuerit excommunicatione conqueſtus: ad ipſum (ei quaſi Coëpiſcopo … ferens) abſolvendum ſecundùm eccleſiæ formam … mittas: qui ſi noluerit ipſum abſolvere, tu (receptâ cautione juratoria) abſolutionis munus ei poteris exhibere: ita tamen, quòd niſi legitimè tibi conſtiterit eum contra juſtitiam excommunicatum fuiſſe, ex debito ſibi juramenti præcipias, ut ſuper eo, de quo fuerit excommunicatione notatus *b*, eidem Epiſcopo ſatisfaciat competenter. Quòd ſi facere contempſerit, eum … communicationis ſententiam, appellatione remota … ducere non omittas.

## CAP. IX.

*De cauſis ſubditorum Archiepiſcoporum & Epiſcoporum* … *Patriarcha non cognoſcit: niſi per appellationem* … *vigore conſuetudinis ſeu privilegii.*

Idem *Turonenſi* c *Archiepiſcopo.*

Duo *d* ſimul: [ 1 *& infrà.*] Conſul. t. t. … cum ſit in canonibus definitum Primates … archas nihil juris præ cæteris habere, niſi quantum … canones concedunt, vel *e* priſca illis conſuetudo … tulit ab antiquo *f*: ita ut ſecundùm Nicenas … ſua privilegia ſerventur eccleſiis, præterquam … ſed. aliquam eccleſiam vel rectorem ipſius … ciali privilegio decreverit honorare: quamdiu … tui coram te voluerint ſtare juri, compelli non … judicium Patriarchæ ſubire, niſi cauſa per appel. … audientiam perferatur: aut ei aliquid ſuper … Apoſtolica ſit indultum.

[ 1 *Conſultationem ſcilicet & querimoniam,* … *tio continebat, per quam à ven. f. n. Hieroſolymitan Patriarcha* … *querebaris clericos tuos injuſtè gravari,* … *ram quo parati ſunt de ſe querimoniam deponentibus* … *bibere, licet ad eum per Apoſtol. ſed.* … *ram ſe reſpondere compellit, & utrum ad id* … *per noſtras poſtulabas literas edoceri. Volentes igitur* … *nibus tibi providere prædictis.*]

## CAP. X.

*Archiepiſcopus impeditus poteſt conſecrationem* …

a *Senſus eſt: ſi ſuſpecti ſunt quod non dixerint Papæ veritatem, compellendi ſunt ad purgandam eam ſuſpicionem, ut inde colligatur eos verum dixiſſe.* b *Cap. 2. eodem titul. in ſecund. compilatione.* c *Vide Trident. concil. ſeſſ. 24. in decret. de reformat. per multa capita.* d *al. Auxitano.* e *Cap. 1. eod. tit. in 3. compilat. Vide concil. Viennenſ. in Clem. de ſtat. monach. c. ne in agro. §. quia verò. ubi etiam hæc prohibentur. facit lex, Deo nobis. C. de Epiſc. & cler.*

a *Cap. 2. eod. tit. in 3. compil.* b *al. notatus,* … *in nullo manuſcr. reperitur.* c *al. Tyrenſi.* d *Cap.* … *3. compil.* e *& priſca.* f *Vide l. de quibus ff. de leg.* … *ſit lon. conſu.* g *Hæc habes in d. con.* …

*gandi alteri committere, & conſecrandus tenetur ab illo commiſſa-rio munus conſecrationis recipere.*

Idem *Turonen. Archiepiſcopo.*

QVod ſedem *a* apoſt. [ 1 & ſ. ] Nos quidem conſuluiſti, utrum ſi aliqua infirmitate, vel alia juſta cauſa detentus, aliquem ſuffraganeorum tuorum conſecrare non poſſes, alicui Coepiſcoporum tuorum vices tuas committere licitum tibi eſſet: [ 2 & ſ. ] Conſult. tuæ taliter reſpondemus, quòd in tali articulo conſtituto & tuas vices (ut dictum eſt) tibi committere licet, & conſecrandus munus debet ab eo conſecrationis *b* accipere, *c* cui eas duxeris committendas, dummodo catholicus habeatur & impedimentum ei ex ſubtractione gratiæ Apoſt. ſed non obſiſtat.

[ 1 *Conſulis ſuper his quæ tibi dubia exiſtunt, gratum gerimus & acceptum, & tua exinde f. meritò videtur commendanda, cùm lex divina conſtitutionis eandem ſedem totius poſuerit orbis terrarum magiſtram, ut quicquid dubitatur ab aliquo, ab ea tandem ejuſdem ratio requiratur.*

[ 2 *Et utrum electus qui pro conſecratione inſtaret, ab eo cui vices tuas commiſiſſes, taliter deberet licitè conſecrari.* ]

CAP. XI.

*Archiepiſcopus cauſam ad ſe per appellationem delatam, ſubdito ſuffraganei committere poteſt: non tamen ad ipſam ſuſcipiendam compellere poteſt. h. d. uſq. ad §. Præterea.*

Idem *Epiſcopo Helienſi.*

PAſtoralis officii [ d & ſ. ] Ex parte *e* tua fuit inſuper *f* quæſitum utrum ſi aliqua cauſa fuerit ad Archiepiſcopum per appel. delata, poſſit eandem jure ordinariæ poteſtatis ſuffraganei ſui ſubdito delegare, vel animadvertere in *g* eundem, ſi cauſam renuerit ſuſcipere delegatum? Ad quod reſpondemus, quòd Archiepiſcopus ipſum ad ſuſcipiendam delegationem hujuſmodi compellere nequit invitum: cùm in eum (exceptis quibusdam articulis) nullam habeat poteſtatem, licet Epiſcopus ſuus eidem ſit metropolitana *h* lege ſubjectus: & infrà.

*Mortuo delegato Papæ, qui excommunicavit reum, vel actorem in poſſeſſionem induxit, ſi ejus ſucceſſor in delegatione ſuccedit, abſolvere & reſtituere poſſeſſionem poterit: aliàs ſolus Papa reſtituet & abſolvet, præterquam in mortis articulo. ne tamen currat annalis præſcriptio, reus coram ordinario, vel publicis perſonis de ſtando juri cautionem præſtabit. hoc dicit.*

Præterea poſtulaſti, an alicui *i* liceat ſine ſpeciali mandato Apoſt. ſed. (delegato, qui reum propter contumaciam manifeſtam excommunicationis vinculo innodavit, vel petitorem cauſa rei ſervandæ in poſſeſſionem petitorum induxit; rebus humanis exempto) eidem volenti juri parére abſolutionis beneficium impartiri, & poſſeſſionem reſtituere intra annum: ſufficienti recepta primitus cautione. Ad quod dicimus, quòd cùm delegatus quantum ad illud ſit major ordinario, ſine mandato ſummi Pont. excommunicatus ab hujuſmodi delegato non poteſt per alium (præterquam in mortis *k* articulo) abſolutionis gratiam obtinere, niſi forſan delegatus talis extiterit, cui alius ſuccedat in onere & honore. Nec per alium, quàm per ſummum Pont. recuperare poterit poſſeſſionem amiſſam: veruntamen ne alius poſt annum verus efficiatur poſſeſſor, coram ordinario, vel ſi ejus copiam habere nequiverit, coram publicis & honeſtis perſonis (ut quaſi præſcriptionem interrumpat annalem) offerre ac præſtare, quòd juri parebit, poterit cautionem: ut ſic poſt annum recuperare poſſeſſionem per ſedem Apoſtolicam mereatur.

a C. 4. eod. tit. in 3. compil. b *Al. à conſecratore.* c *Vide Lamiam C. qui pro ſua juriſd.* d *Quæ hic deſunt require ex c. paſtoralis ſu. de off. Jud. delegati.* e *Cap. 5. eod. tit. in 3. compil.* f requiſitum. g *Ratio eſt, quia judicare eſt publicum munus. L. munerum §. judicandi. De mun. & hon. & l. un. C. qui pro ſua juriſd.* h metropolitica. i *In omnibus impreſſis habetur dele, ordinario, quæ deeſt in antiquioribus exemplaribus. Ex recentioribus ex margine irrepſit in textum, ex gloſſa tamen conſtat, non fuiſſe à Raym. poſitam.* k *Quia in mortis articulo nulla eſt criminum aut caſuum reſervatio: & ideò omnes ſacerdotes quoslibet pœnitentes à quibuſvis peccatis & cenſuris abſolvere poſſunt. concil. Trid. ſeſſ. 14. c. 7. de caſuum reſerv.*

CAP. XII.

*Papa per reſcriptum, quo mandat ordinario ut ſubditos ſuos corrigat, non facit ex hoc ipſum delegatum, ideò ab eo poterit appellari ad proximum ſuperiorem, ſicut ſi Papa nullum mandatum feciſſet. hoc dicit.*

Idem *Archiepiſcopo Senonenſ.*

LIcet *a* in corrigendis exceſſibus juxta canonicas ſanctiones appellationis ſit diffugium interclusum, & ideò Pariſienſ. Epiſcopus cùm à nobis receperit in mandatis, ut tam circa viros religioſos, quàm etiam clericos ſeculares ſuæ jurisdictioni ſubjectos, qui *b* multa & gravia crimina committere proponunt, inquirat & corrigat aperte. quæ viderit corrigenda, ſtatuens ad reformationem eorum, quod regulare fuerit, & honeſtum. Quia tamen intentionis noſtræ nec fuit, nec eſſe debuit juriſdictioni tuæ per mandatum hujuſmodi derogare: præſentium auctoritate duximus declarandum, quòd ſi in inquiſitionibus ab eodem Epiſcopo, non tanquam delegato, ſed tanquam ordinario faciendis, aliquis caſus emerſerit, in quo licitum ſit ad ſedem metropolitanam appellare, prædicti occaſione mandati auctoritati tuæ, quo minus ad te tanquam ad metropolitanum appellari valeat, nolumus aliquatenus derogare. *c*

CAP. XIII.

*Prælati ſubditos corrigunt, & reformant appellatione remota, vel conſuetudine non obſtente. Si tamen capitulum conſuevit corrigere exceſſus canonicorum, ſi intra terminum ab Epiſcopo præfigendum non facit, ipſe Epiſcopus hoc faciet. hoc dicit, uſq. ad §. Ceterùm.*

Idem *in concilio generali.* d

IRrefragabili conſtitutione ſancimus, ut eccleſiarum prælati ad corrigendum ſubditorum exceſſus, maximè clericorum, & reformandos mores prudenter ac diligenter *e* intendant, ne ſanguis eorum de ſuis manibus requiratur. Vt autem correctionis & reformationis officium liberè valeant exercere, decernimus ut executionem ipſorum nulla conſuetudo, vel appellatio valeat impedire, niſi formam in talibus exceſſerint obſervandam. Exceſſus tamen canonicorum cathedralis eccleſiæ, qui conſueverunt corrigi per capitulum, per ipſum in illis eccleſiis qui talem hactenus conſuetudinem habuerunt, ad commonitionem *f* vel juſſionem Epiſcopi corrigantur, intra terminum competentem ab eo *g* præfigendum: alioquin ex tunc Epiſcopus Deum habens præ oculis, ipſos ut animarum cura requirit, per cenſ. eccleſ. corrigere non poſtponat.

*Si canonici ſine manifeſta & rationabili cauſa (maximè in contemptum Epiſcopi) ceſſant à divinis, Epiſcopus ceſſationem non ſervabit, & metropolitanus vice Papæ cognoſcet. h. d.*

Cæterùm ſi canonici abſque manifeſta & rationabili cauſa (maximè in contemptum Epiſcopi) ceſſaverint à divinis, Epiſcopus, ſi voluerit, nihilominus celebret in eccleſia cathedrali, & metropolitanus ad querelam ipſius, tanquam ſuper hoc delegatus à nobis, taliter eos per cenſ. eccleſ. cognita veritate caſtiget, quòd pœnæ metu talia de cætero non præſumant.

a *C. 6. eod. tit. in 3. compil.* b *In omnibus antiq. ita: quia multa & gravia committere proponuntur.* c *derogari.* d *C. 7. & c. 1. eod. tit. in 4. compil.* e *Qua autem ratione prælati ſubditorum exceſſus corrigere debeant, præſcripſit conc. Trid. ſeſſ. 13. de reform, c. 1.* f *&.* g *al. Epiſcopo.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Prælatus in impoſitione pœnæ, cavere debet a quæſtu pecuniæ, & ab omni alio gravamine. h.d. uſq; ad finem.*

Provideant itaque diligenter eccleſiarum prælati, ut hoc ſalutare ſtatutum ad quæſtum a pecuniæ vel gravamen aliud non convertant, ſed iſtud ſtudioſè ac fideliter exequantur, ſi canonicam velint effugere ultionem: quoniam ſuper his ſed. Apoſt. auctore Domino, adtentiſſimè vigilabit.

## CAP. XIV.

*Cùm in civitate vel diœceſi ſunt populi diverſarum linguarum, Epiſcopus debet providere eis per viros idoneos, qui ſecundùm varietatem linguarum officia eis celebrent, & ſacramenta miniſtrent. Et ſi urgens eſt neceſſitas, conſtituet ſibi vicarium Pontificem illius linguæ, non tamen propter hoc eadem diœceſis debet habere duos Epiſcopos.*

Idem *in eodem.* b

QVoniam c in pleriſque partibus intra eandem civitatem atque diœceſim permixti ſunt populi diverſarum linguarum, habentes ſub una fide varios ritus & mores: diſtrictè præcipimus, ut Pontifices hujuſmodi civitatum, ſive diœceſum provideant viros idoneos, qui ſecundùm diverſitates rituum & linguarum, divina illis officia celebrent, & eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrent, inſtruendo eos verbo pariter & exemplo. Prohibemus autem omninò ne una eademque civitas ſive diœceſis diverſos Pontifices habeat, tanquam unum corpus diverſa d capita quaſi monſtrum. Sed ſi propter prædictas cauſas urgens neceſſitas poſtulaverit, Pontifex loci catholicum præſulem nationibus illis conformem, provida deliberatione conſtituat ſibi vicarium in prædictis, qui ei per omnia ſit obediens & ſubjectus. f Vnde ſi quis aliter ſe ingeſſerit, excommunicationis ſe noverit mucrone percuſſum: & ſi nec ſic reſipuerit, ab omni miniſterio eccleſiaſtico deponendum, adhibito (ſi neceſſe fuerat) brachio ſeculari ad tantam g inſolentiam repellendam.

## CAP. XV.

*Epiſcopi, qui per ſe non poſſunt, tenentur adſumere idoneos qui ſuppleant ſuo loco, quo ad prædicationes, viſitationes & confeſſionum auditiones: & ut poſſint Epiſcopi reperire tales, præcipit in eccleſiis cathedralibus & collegiatis tales inſtitui.*

Idem *in eodem.*

INter cætera, quæ ad ſalutem ſpectant populi Chriſtiani, pabulum verbi Dei permaximè ſibi noſcitur eſſe neceſſarium, quia ſicut corpus materiali, ſic anima ſpirituali cibo nutritur, eo quòd non in ſolo pane i vivit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Vnde k cùm ſæpè contingat quòd Epiſcopi propter ſuas occupationes multiplices, vel invaletudines corporales, aut hoſtiles incurſus, ſeu occaſiones alias (ne dicamus defectum ſcientiæ, quod in eis reprobandum eſt omninò, nec de cætero tolerandum) per ſeipſos non ſufficiunt miniſtrare verbum Dei populo, maximè per amplas diœceſes & diffuſas: generali conſtitutione ſancimus, ut Epiſcopi viros idoneos ad ſanctæ prædicationis officium ſalubriter exequendum adſumant, potentes in opere & ſermone, qui plebes ſibi commiſſas vice ipſorum (cùm per ſe iidem nequiverint) ſolicitè viſitantes, eas verbo ædificent & exemplo: quibus ipſi cum indiguerint, congruè neceſſaria l ſubminiſtrent: ne pro neceſſariorum defectu compellantur à [illegible] ab incepto. Vnde præcipimus, tam in cathedralibus quàm in aliis conventualibus eccleſiis viros idoneos ordinari, quos Epiſcopi poſſint coadjutores & cooperatores habere, non ſolùm in prædicationis officio, verùm etiam in audiendis confeſſionibus & pœnitentiis injungendis, ac cæteris, quæ ad ſalutem pertinent animarum. Si quis autem hoc adimplere neglexerit, diſtrictè ſubjaceat ultioni.

## CAP. XVI.

*Epiſcopus in eccleſiis diœceſis ſuæ debet eſſe contentus juribus Epiſcopalibus: & quæ ſint jura epiſcopalia declarat.*

Honorius III. *Epiſcopo Aſſiſinatin.*

COnquerente œconomo monaſterii ſancti Benedicti montis Subaſii nobis innotuit, quòd tu juribus epiſcopalibus non contentus, quæ in eccleſiis ſeu capellis ejuſdem monaſterii debes habere, à quibuſdam earum procurationem exigis, quas ad dandam procurationem minimè ſufficere proponebat, petens ut ſpecificares, quæ tibi ratione juris epiſcopalis competerent in eiſdem [illegible] rum b quibuſdam ſpecificatis, lis fuit legitimè conteſtata. Nos autem inſpectis probationibus, & quæ ab utraque parte fuere propoſita intellectis decrevimus, ut in eccleſiis ſeu capellis tuæ diœceſis, ad monaſterium [illegible] ſpectantibus, habeas canonicam obedientiam, ſubjectionem & reverentiam, inſtitutionem & deſtitutionem, correctionem & reformationem, ac cenſuras eccleſiaſticas, juriſdictionem quoque cauſarum omnium ad forum eccleſiaſticum de jure ſpectantium, pœnitentias & ſacramentorum omnium, quæ ab Epiſcopo ſunt [illegible] collationem, ſynodum, & ſynodatici ſeu c [illegible] nomine duos ſolidos, quartam decimationis & mortuariorum, viſitationem quoque annuam: in qua cùm ad eas viſitandas acceſſeris, non d amplius procurationis nomine requiras ab eis, niſi quantum (penſatis facultatibus earundem) moderatè poterunt exhibere, ne plus cæteris capellis ejuſdem diœceſis in procurationibus [illegible] rentur: & infrà. Tu autem his juribus in præfatis [illegible] ſiis contentus exiſtens, non amplius ab eis exigas [illegible] moderatum auxilium, quod juxta formam Lateran. concilii, ſi manifeſta & rationabilis cauſa extiterit, [illegible] ritate poſtulandum, ſicut ab aliis eccleſiis ejuſdem diœceſis pro neceſſitate temporis ſuſtinemus.

## CAP. XVII.

*Epiſcopus viſitans monaſterium, non introducat [illegible] duos aut tres canonicos ſuos, cum aliquibus religioſis.*

Idem *Abbati & conventui ſancti* *[Remigii.]* e

VT juxta: [ 1 & ſ.] Attendentes igitur, quòd [illegible] cens eſt ut Remen, Archiepiſcopo, in monaſterio [illegible] ſtro viſitationis officium exercente, ſeculares f [illegible] per quos poſſit in clauſtro diſſolutionis materia [illegible] nire. Firmiter inhibemus, ut nullos de canonicis [illegible] in capitulum (niſi duos vel tres de canonicis eccleſiæ [illegible] in decenti habitu, aliàs g quos expedire viderit [illegible] gioſis adjunctis) ſecum viſitationis tempore introducat. h

[ 1 *Illius ſupremi poſt Chriſtum paſtoris exilium, [illegible] forma factus gregis ex animo dignoſcitur non dominando [illegible]*

a *Infr. de pœn. cap. licet.* b *Cap. 9. & 2. eod. tit. in 4. compil.* c *Lud. Gom. in Reg. Canc. de Idiom. ubi plura tradit de linguarum ſimilitudine & diverſitate.* d *Aliàs, diverſa habens capita, &c.* e *præſcriptas.* f *al. Verum.* g *Inſolertiam.* h *Ca. 10. & c. 3. eod. tit. in 4. compil.* i *Matt. 4. Luc. 4. Deut. 8.* k *Conc. Trid. ſeſſ. 5. c. 2. ſub Rubr. decr. de reform. c. 4. concord. conc. Carthag. 4. c. 20. & concil. Rhem. c. 14.* l *Salarium habere debent per D.D. in l. juriſper.*

a *De excuſ. tut. & in clem. cum ab omni. De vita & hon. cler.* b *In uno manuſcr. quorum quibuſdam autem [illegible] ſpecificatis hinc inde fuit ſuper præmiſſis lis leg. [illegible] legit. cont.* c *Synodatici & cathedratici nomine quid [illegible] tur explicat Grat. 10. q. 3. per totum. Adde archid. [illegible]* d *nec.* e *Fotini.* f *Interſint perſonæ.* g *al. [illegible] liis, al. ita, vel aliis.* h *Tales introducere debet [illegible] filio l. quid tamen. & ibi Bart. §. ſi arbiter. De arb.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*dare, ſed amore rectè regendi debet eum ſalubriter viſitare, ſic ex-ceſſus delinquentium quantum poteſt corripiendo, ne revelet: ſic increpans, ne confundat. Quia cùm juxta ſapientis edictum ſecretè ſit arguendus amicus, amicitiæ legem violare videtur, ſi econtra palàm arguit increpando.]*

CAP. XVIII.

*Lex diœceſana, & lex juriſdictionis, ſunt diverſæ: unde res judicata in una, non obſtat agenti in alia.*

Idem *Epiſcopo Bojacen.* a *& Archidiacono Rothomagen.* b

DIlectus filius Abbas monaſterii *c* Rothomagen. nobis expoſuit, quòd tertia pars emendarum, quas homines quinque parœciarum pro ſuis exceſſibus ſolvere compelluntur, ad ſuum ſpectant monaſterium ab antiquo: [1 & ỹ.] Cumque *fe.me.*I.Papa præ. n. vobis dederit in mandatis, ut auditis hinc inde propoſitis, cauſam remitteretis ad eum ſufficienter inſtructam: dictus Epiſcopus proceſſum veſtrum diutiùs impedivit occaſione cujuſdam ſententiæ, quæ ſuper quibusdam eccleſiis, quoad legem diœceſanam promulgata extitit pro eodem. Vnde præfatus Abbas nobis humiliter ſupplicavit, ut cùm citatio, cauſarum examinatio, & deciſio *d*, ac emendæ ad legem juriſdictionis pertinere noſcantur non ſineremus ſententiæ memoratæ prætextu negotii proceſſum ulterius impediri. Cùm igitur prædicta de lege juriſdictionis exiſtant, mandamus quatenus hujuſmodi ſententia non obſtante, procedatis in negotio juxta traditam vobis formam.

*[1 Et quos inter ipſos homines orta eccleſiaſtica quæſtione citatis ad eundem, ſed examinatio & deciſio quæſtionis ad ven. f. n. Venerem. Epiſcopum, & ipſum Abbatem pertinent, in communi.]*

CAP. XIX.

*Per reſcriptum, quo Papa mandat ordinario, ut corrigat clericos ſuæ diœceſis, non datur ei juriſdictio ſuper exemptos.*

Gregorius IX. *Epiſcopo Suan.*

GRave gerimus *e*, quòd cùm in eccleſiam ſanctæ Mariæ de Orbicello, & quasdam alias *f* exiſtentes in tua diœceſi ad monaſterium ſancti Anaſtaſii de urbe ſpectantes nullam juriſdictionem habeas ordinariam, aut etiam delegatam *g*, occaſione literarum noſtrarum, quas ſuper correctione clericorum tibi tranſmiſimus, in eas interdicti, ac in clericos earundẽ ſuſpenſionis ſentẽtias promulgaſti: quanquam Abbas ejuſdem monaſterii eos corrigere ſit paratus: & infrà. Mandamus quatenus ſi eſt ita, prudenter corrigens per te ipſum, quæ minus provide attentaſti, prædictas ſententias ſine difficultate relaxes.

CAP. XX.

*Ordinarius cui competit abſolvere ab excommunicatione, poteſt aliis abſolutionem demandare.*

Idem.

HIs, quibus *h* ex officio in certis caſibus competit illos abſolvere, qui pro violenta manuum injectione inciderunt in canonem ſententiæ promulgatæ, licet aliis hujuſmodi abſolutionem committere, cùm viderint expedire.

## DE OFFICIO IVDICIS.

### TITVLVS XXXII.

CAP. I.

*Ad officium judicis etiam delegati, ſpectat providere advocatum parti, quæ non poteſt habere, & poterit dare domeſticum.*

Honorius tertius *Archiepiſcopo ſancti Leonardi, & Abbati Salernitano.* a

EX literis veſtris accepimus, quòd cùm cauſam, quæ inter Abbatem & conventum Foſſæ Novæ ex parte una, & Abbatem & conventum monaſterii *b* Canen. ex altera, ſuper quibusdam poſſeſſionibus monaſterii ſancti Petri de *c* Almaphia vertebatur: [1 & ỹ.] Quia pars prædicti monaſterii propoſuit, quòd habere non poterat advocatum veſtrum, ſuper hoc *d* implorando officium, tu frater Archiepiſcope eidem de magiſtro R. clerico tuo ad exhibendum in cauſa ipſa patrocinium providiſti. Verùm frater S. Can. monachus propoſuit in præjudicium ejusdem monaſterii factum eſſe, eo quòd dictus R. clericus domeſticus tuus erat: & infrà. Mandamus quatenus hoc non obſtante in negotio ipſo (ratione *e* prævia) procedatis.

*[1 Quæ Bo. me. fr. Sylveſter monachus Foſſæ Novæ cùm idem S. Petri monaſterium viſitaſſet eiſdem Abbati & conventui Canonenſi vendidit in ejuſdem monaſterii S. Petri præjudicium & gravamen, vobis duximus committendum.]*

CAP. II.

*Cum imploratur officium nobile, fit litis conteſtatio ſecus in mercenario.*

Gregorius nonus.

IVdicis officium ubicunque pro actione *f* proponitur, veluti cùm reſtitutio in integrum principaliter poſtulatur, litis conteſtationem expoſcit: aliàs ante & poſt ingreſſum *g* cauſæ poteſt ad hoc ſine litis conteſtatione haberi recurſus.

## DE MAIORITATE ET OBEDIENTIA.

### TITVLVS XXXIII.

CAP. I.

*Primus ordinatus, cæteris paribus, prior & major habendus eſt.*

Gregorius *Auguſtino Anglorum Epiſcopo.* h

CVm *i* certum: [1 & ỹ.] Sit honoris iſta diſtinctio, ut ipſe prior & major habeatur, qui prius fuerit ordinatus communitatis *k* conſilio, & concordi actione. *l*

*[1 Sit pro omnipotenti Deo laborantibus ineffabilia æterni regni præmia reſervari, nobis tamen eis neceſſe eſt bonorum beneficia tribuere, ut in ſpiritalis operis ſtudio ex remuneratione valeant multiplicius inſudare, &c. extat prolixa & impreſſa inter opera Gregorii I.]*

CAP. II.

*Veniens contra decretum vel conſtitutionem Epiſcopi, debet excommunicari.*

Idem.

SI quis venerit *m* contra decretum Epiſcopi, ab eccleſia abjiciatur. In lib. Reg. legitur: Qui non obedierit principi, morte moriatur. Et in concilio Agathen. [*n* quòd] anathematizetur.

---

a *al. Brocenſi.* b *Abbati de Sagunt.* c *al. Voveren.* d *deciſis rerum.* e *In pluribus antiq. ita: quòd eum in S. Mariæ de Orbicello & quasdam alias eccleſias exiſtentes in tua, &c.* f *eccleſias.* g *Quid hodie poſſint Epiſcopi circa viſitandos & corrigendos monachos, ſtatuit Triden. concil. ſeſſ. 21. de reform. cap. 8.* h *Conc. Triden. ſeſſ. 14. c. 7. de caſuum reſerv. & ſeſſ. 24. de reform. cap. 6.*

a *In duobus vetuſtiſſimis codicibus ita: Archiep. Salernitano & Abbati S. Leonardi: in cæteris, Archiepiſcop. S. Leonardi Abbati Salern.* b *Canonenſis Salonitanæ diœc. al. Cavenſis. aliter Savvenſis.* c *Almeſia. al. Amalphia. alit. Amalfia.* d *Quid importet hæc clauſula Bart. in l. Titia amica. De aur. & arg. leg.* e *Parentheſi incluſa, deſunt in multis manuſcr.* f *Id eſt, vel actio deficit.* g *Id eſt, ubi poſt litem conteſtatam, vel poſtquam eſt in cauſa concluſum.* h *lib. 12. epiſt. 15.* i *Cap. 1. eod. tit. in 1. comp. & poſt. concil. Trid. ſub Alex. 3. p. 44. c. 1.* k *al. cum unitatis.* l *Vide l. honores. ff. de decur.* m *Cap. 3. & 4. eod. tit. in 1. compil. Burch. l. 15. cap. 23. Ivo p. 16. cap. 24. 1. Reg. 13. Deut. 17.* n *ut.*

## CAP. III.

*Clericus adminiſtratione carens, non tenetur ad juramentum obedientiæ, vel ad faciendum ſcripturam ſuper ea.*

Leo Papa. *a*

LEgebatur *b* in literis tuis, quòd frater Atticus *c* chartulam de obedientiæ ſponſione conſcripſerat, in qua ſignum prodebatur injuriæ. Non enim neceſſarium fuerat, ut *d* obligaretur ſcripto, qui obedientiam ſuam, ipſo jam voluntarii adventus officio comprobabat.

## CAP. IV.

*Ab omnibus de diœceſi obediendum eſt Epiſcopo.*

Clemens Papa III. *e*

OMnes *f* principes terræ, & cæteros homines Epiſcopis obedire, beatus Petrus præcipiebat.

## CAP. V.

*Non obediens canonicis inſtitutis, incurrit inobedientiæ notam, id eſt, infamiam.*

Innocentius III. *capitulo Herbipolen.*

ILlud Dominus in *g* beato Petro [ 1 & ſ.] Cùm ſpiritualia ſint temporalibus digniora, *h* & obedientia melior ſit quàm victima, & auſcultare magis, quàm adipem arietum offerre: non debuerat Hildeſemenſis Epiſcopus pro temporali commodo inobedientiæ notam incurrere, & Apoſtolicis juſſionibus contraire.

[ 1 *Vene. fr. n. quondam Hildeſem. Epiſcopus, Imperialis aulæ cancellarius, non attendens quia multa ſunt quæ præter ſpecialem auctoritatem ſed. Apoſt. de jure non poſſent nec deberent impunè ab aliquibus attentari, utpote ceſſiones & translationes Epiſcoporum, & alia quæ nota ſunt vobis, licentia noſtra non ſolùm non obtenta, non petita, ſed nec etiam poſtulata, eccleſia Hildeſem. relicta, Herbipolenſem eccleſiam occupavit. Munitiones autem & oppida Herbipolenſis eccleſiæ in utilitatem ipſius ſe aſſerunt tenuiſſe, ne ſi ad alias manus forſitan deveniſſet, non eſſent qui poſtmodum liberarent. Sed.*]

## CAP. VI.

*Imperium non præeſt ſacerdotio, ſed ſubeſt, & ei obedire tenetur. Vel ſic: Epiſcopus non debet ſubeſſe principibus, ſed præeſſe. h. d. & eſt multum allegabile.*

Idem *illuſtriſſimo Conſtantinopolitano Imperatori.*

SOlicitæ *i* benignitatis affectu: [ 1 & ſ.] Mirata eſt Imperialis ſublimitas, quòd te niſi fuimus in noſtris literis increpare. Huic autem tuæ admirationi non cauſam, ſed occaſionem præbuit, quòd legiſti beatum Petrum Apoſtolorum principem ſic ſcripſiſſe: Subditi eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſive Regi tanquam præcellenti, ſive ducibus, tanquam ab eo miſſis, ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum: [ 2 & infrà.] Verùm ſi perſonam loquentis, & eorum ad quos loquebatur, ac vim locutionis diligentius attendiſſes, ſcribentis non expreſſiſſes taliter intellectum. Scribebat enim Apoſtolus ſubditis ſuis, & eos ad humilitatis meritum provocabat. nam ſi per hoc quod dixit *k*, Subditi eſtote: ſacerdotibus voluit imponere jugum ſubjectionis, & eis prælationis auctoritatem *l* afferre, quibus eos ſubjectos eſſe monebat, ſequeretur ex hoc etiam, quòd ſervus quilibet in ſacerdotes imperium accepiſſet, cùm dicatur, Omni humanæ creaturæ. Quod autem ſequitur, Regi tanquam præcellenti, non negamus quin *m* præcellat imperator in temporalibus *a* illos duntaxat, qui ab eo [illegible] piunt temporalia: ſed Pontifex in ſpiritualibus [illegible] cellit: quæ tanto ſunt temporalibus digniora, [illegible] anima præfertur *c* corpori: licet non ſimpliciter [illegible] fuerit, ſubditi eſtote: ſed additum fuit, *d* propter Deum nec purè ſit ſubſcriptum, Regi præcellenti: ſed [illegible] ſitum, forſitan non ſine cauſa, tanquam. Quod [illegible] ſequitur, ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum, intelligendum non eſt, quòd Rex vel Imperator ſuper bonos & malos gladii accepit poteſtatem, ſed in [illegible] ſolummodo, qui utentes gladio ejus ſunt juriſdictioni commiſſi: [ 3 & ſ.] Potuiſſes autem prærogativam [illegible] ſacerdotii ex eo potius intelligere, quod dictum eſt, [illegible] à quolibet, ſed à Deo: non Regi, ſed ſacerdoti: [illegible] de regia ſtirpe, ſed de ſacerdotali proſapia deſcen[illegible] de ſacerdotibus videlicet, qui erant in Anathot: [illegible] conſtitui te ſuper gentes & regna, ut evellas & [illegible] ædifices & plantes: [ 4 & ſ.] Præterea noſſe debueras, quòd fecit Deus duo magna *g* luminaria in firmamento cœli: luminare majus, ut præeſſet diei: & luminare minus, ut præeſſet nocti: utrunque magnum, ſed [illegible] rum majus. Ad firmamentum igitur cœli, hoc eſt [illegible] verſalis eccleſiæ, fecit Deus duo magna luminaria, id eſt, duas inſtituit dignitates, quæ ſunt pontificalis auctoritas & regalis poteſtas. Sed illa, quæ præeſt diebus, id eſt, ſpiritualibus, major eſt: quæ verò carnalibus, minor: [illegible] quanta eſt inter ſolem & lunam, tanta inter Pontifices & Reges differentia cognoſcatur. Hæc autem ſi [illegible] ter attenderet Imperatoria celſitudo, non faceret, [illegible] permitteret Conſtantinopolitanum Patriarcham, [illegible] gnum quidem & honorabile membrum eccleſiæ, [illegible] ſcabellum pedum ſuorum in ſiniſtra parte ſedere [illegible] alii Reges, Principes, Archiepiſcopis & Epiſcopis [illegible] ut debent) reverenter aſſurgant, & eis juxta ſe [illegible] bilem ſedem aſſignent: [ 5 & ſ.] Nos autem [illegible] increpando ſcripſerimus, potuiſſemus tamen [illegible] liter increpare: [ 6 & ſ.] Nobis autem in B. Petro [illegible] oves Chriſti commiſſæ, dicente Domino: Paſce [illegible] meas: non *h* diſtinguens inter has oves & alias: [illegible] lienum à ſuo demonſtraret ovili, qui Petrum & [illegible] res ipſius magiſtros non recognoſceret & paſtores: [illegible] lud tanquam notiſſimum omittamus, quod Dominus dixit ad Petrum, & in Petro dixit ad ſucceſſores [illegible] Quodcunque ligaveris ſuper terram, erit ligatum [illegible] cœlis, &c. nihil excipiens, qui dixit: Quodcunque [illegible] & ſ.] Vtrum autem *k* Imperatoriam excellentiam [illegible] bonum & utile per literas noſtras duxerimus [illegible] dam, utrum tibi juſta ſuggerimus & honeſta, tua [illegible] tudo] diſcernat: cùm non niſi ad utilitatem [illegible] terræ Hieroſolymitanæ ſubſidium, nos te [illegible] invitaſſe.

[ 1 *Recepimus literas, quas per dil. fil. n. Archid. [illegible] rum providum & diſcretum, & fidelem, Imperialis [illegible] tia deſtinavit: per quas intelleximus, quòd literæ [illegible] capellanum I. tunc Apoſt. ſed. legatum tibi tranſmiſſas [illegible] tuo præſentatæ fuerant & perlectæ.*]

[ 2 *Volens enim, de quo nos rationabiliter admonemus, [illegible] peratoria celſitudo per hæc & alia quæ induxit, imperium [illegible] dotio dignitate ac poteſtate præferre, ex auct. [illegible] triplex trahere argumentum. Primum ex eo quod legitur, [illegible] diti eſtote. Secundum ex eo quod ſequitur, Regi tanquam [illegible]*

a *Epiſt. 82. Anaſt. Epiſcop. Theſſalonicenſi.* b *Cap. 2. eod. tit. in 1. comp.* c *Articus.* d *quod.* e *In vetuſtioribus ita: Clemens Papa.* f *Burch. l. 1. c. 134. Ivo p. 5. ca. 224. & c. 5. eod. tit. in 1. compilat. 1. In aliis, omnis princeps. &c.* g *Cap. 1. eod. tit. in 3. compil.* h *Facit lex, innovatione. & ibid. Barth. C. de ſacr. eccleſ.* i *Ca. 2. eod. tit. in 3. compil.* k *dicit.* l *In quibuſdam impreſſis, auferre, & malè ut ex ſerie conſtat.* m *præcedat.*

a *illis.* b *recipiunt.* c *l. ſancimus. C. de Epiſc.* [illegible] d *Verbum, fuit, deeſt in antiquis.* e *Al. ut.* [illegible] g *Geneſ. 1. Pſal. 135.* h *In extrav. c. unam ſanctam* [illegible] *joritate & obed. Ioan. 21.* i *Vide l. 1. ff. de al. judic. &* [illegible] *bet. cum ſimil. ff. de poſtul. Matth. 16.* k *In C.* [illegible] *tem imperatoriam excellentiam ad bonum & utile per* [illegible] *ras duximus multandam. Vtrum igitur tibi juſta* [illegible] *mus, &c.*

*ſelem. Tertium ex eo quod eſt ſubſequenter adjunctum, ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum: per primum ſubeſſe ſacerdotium: per ſecundum Imperium præeminere: per tertium Imperatorem tam in ſacerdotes quàm in laicos jurisdictionem, imò etiam gladii poteſtatem accepiſſe præſumens. Cùm enim & boni quidam ſint ſacerdotes, & quidam eorum malefactores exiſtant, is qui ſecundum Apoſtolum gladium portat ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum. Imò malefacientes Presbyteros & eorum exceſſus præſumptos poteſt ultore gladio vindicare, cùm inter Presbyteros & alios Apoſtolus non diſtinguat.]*

*[3 Iuxta quod veritas ait: omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt: non enim debet nec poteſt quiſquam alterum ſervum judicare, cùm ſervus ſecundùm Apoſtolum, domino ſuo ſtet aut cadat. At id etiam induxiſti quòd licet Moyſes & Aaron ſacerdotii dignitate ſecundùm carnem fratres extiterint: Moyſes tamen princeps populi, Aaron ſacerdotii poteſtate præerat, & Ieſus ſucceſſor ejus imperium in ſacerdotes accepit. David quoq; Rex Abiatar Pontifici præeminebat. Cæterùm licet Moyſes dux populi fuerit, fuit & ſacerdos, qui Aaron in ſacerdotem unxit, & cui Propheta ſacerdotium recognoſcens, Moyſes (inquit) & Aaron in ſacerdotibus ejus. Quod verò de Ieſu Benjamin eum commendando, prælationem ejus ſcripſiſti, magis ſecundùm ſpiritum, quàm ſecundum literam debet intelligi, quia ſecundùm Apoſtolum litera occidit, ſpiritus autem vivificat: pro eo quod ipſe veri Ieſu figuram expreſſit, qui populum ſuum in terram promiſſionis induxit. David etiam quamvis regni diadema obtineret, Abiatar ſacerdoti non tamen ex dignitate regia, quàm auctoritate Prophetica imperabat. Verùm quicquid olim fuerit in veteri teſtamento, nunc aliud eſt in novo, ex quo Chriſtus factus eſt ſacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech, qui ſe non ut Rex, ſed ut ſacerdos in ara crucis hoſtiam obtulit Deo Patri per quem genus redemit humanum, circa illum præcipuè qui ſucceſſor eſt Petri Apoſtoli & Vicarius Ieſu Chriſti.*

*[4 Virtutes. Dictum eſt etiam in divina lege, diis non detrahes, & principem populi tui non maledices, quæ ſacerdotes regibus anteponens iſtos Deos & alios principes appellavit.]*

*[5 Nam & piiſſimus Conſtantinus quantum honoris exhibuit ſacerdotibus, tua, ſicut credimus, diſcretio non ignorat.]*

*[6 Cùm B. Paulus Apoſtolus Epiſcopum inſtituens ad Timotheum ſcripſiſſe legatur: Prædica verbum, inſta opportunè, importunè, argue, obſecra, increpa: & in omni patientia & doctrina. Non enim verbum noſtrum debet eſſe ligatum, ſed patere debet ad omnes: ne ſecundum Propheticum verbum ſimus canes latrare non valentes. Unde correctio noſtra tibi non debuit eſſe moleſta, ſed magis accepta, quia Pater filium quem diligit, corrigit, & Deus quos amat, arguit, & caſtigat. Debitum igitur paſtoralis officii exequimur cùm obſecramus, arguimus, quando increpamus, & non ſolùm alios, ſed Imperatores & reges opportunè, & importunè: & ad ea ſtudemus adducere quæ divinæ ſunt placita majeſtati.]*

*[7 Solveris ſuper terram. e. ſ. & in c. nihil excipiens qui dixit quodcunq. Verùm his diutius inſiſtere nolumus, ne vel contendere videamur, vel in hujuſmodi gloriari, cùm ſi gloriari expediat, non in honore, ſed in onere, non in magnitudine, ſed in ſolicitudine ſit potius gloriandum, cùm & Apoſtolus in infirmitatibus glorietur. Novimus eſſe ſcriptum: Omnis qui ſe exaltat, humiliabitur, & qui ſe humiliat, exaltabitur. & iterum: Quanto major es, humilia te in omnibus. & alibi. Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Propter quod exaltationem noſtram in humilitate ponimus, & humilitatem exaltationem maximam reputamus. Unde nos etiam ſervos non ſolùm Dei, ſed etiam ſervorum Dei nos eſſe ſcribimus, & fatemur, & tam ſapientibus, quàm inſipientibus ſecundùm Apoſtolum debitores ſumus.]*

## CAP. VII.

*Ordinatus per Papam, non per hoc eximitur à juriſdictione ſui Epiſcopi.*

Idem *Epiſcopo Floren.*

PEr tuas *a* nobis literas: [1 & ℣.] Poſtulaſti per ſedis Apoſtolicæ oraculum edoceri, utrum quis per ordinem ſubdiaconatus à Romano Pontifice ſuſceptum, à debita tibi reverentia ſubtrahatur. Ad quod breviter reſpondemus, quòd etſi decens ſit, ut illis quantum convenit à te inter alios tibi ſubditos deferatur, quos benignitas Apoſtolica collatione ipſius ordinis honoravit, per eam tamen ab obedientia, quam aliàs tibi debent, minimè abſolvuntur.

*[1 Intimaſti, quòd cùm aliqui eccleſiæ Rom. Subdiaconi prælationes in tua diœceſi aſſequuntur, pro quibus tibi debent obedientiam exhibere, ſi quando exigente juſtitia te contigerit exercere, in primis eccleſiaſticam diſciplinam, illi ſubdiaconatus privilegium allegantes, ad ea ſe aſſerunt non teneri ad executionem ſententiæ; ac ſi per hujuſmodi ſubdiaconatus officium ab obedientia qua tibi tenentur, ratione obtenti beneficii ſint exempti. Super quo.]*

## CAP. VIII.

*Quando de obedientia vel ſubjectione agitur, nihil attentari debet in præjudicium rei, vel poſſeſſoris non citati.*

Idem *Conſtantinopolitano Patriarchæ.*

INter *b* quatuor: [1 & ℣.] Petitionem *c* contra eccleſias, quas tibi ſubjici poſtulabas, quæ prius quàm Conſtantinopolis civitas caperetur, Conſtant. Patriarchæ minimè reſpondebant: duplici ratione non duximus admittendam. Iuris namque ratio poſtulat, ut in eorum præjudicium, quibus eædem eccleſiæ ſunt ſubjectæ nihil ordinemus de ipſis, cùm nec citati ſint, nec convicti, nec per contumaciam ſe abſentent: & infrà. Super obedientia verò, quam ut tibi impendi faceremus ab Archiepiſcopo, & Epiſcopis regni Cypri ſimiliter poſtulaſti, ferè idem duximus reſpondendum, cùm & ipſi ante tuam promotionem fuerint *d* exempti, quando videlicet Conſtantinopolis eccleſia erat inobediens & rebellis: & in eorum abſentia *e* circa ſtatum eorum non debuerimus *f* aliquid immutare. Iuſtitiam tamen non negabimus tibi, cùm eam duxeris poſtulandam.

*[1 Animalia quæ in medio ſedis & circuitu ejus deſcribuntur ab Ezechiele, facies Aquilæ ſuper ipſorum quatuor memoratur, quia inter quatuor patriarchales eccleſias, Antiochenam, Alexandrinam, Hieroſolymitanam, Conſtantinopolitanam, quæ per animalia ſupradicta ſignificantur, quas Apoſt. ſedes in medio habens, quas filias amplectitur ſpirituales, cui eædem quaſi in circuitu famulæ obſequentes, ipſa Conſtantinopol. poſt Apoſtol. ſedem excellentia præeminet dignitatis, ad cujus exaltationem tanto libentius aſpiramus, quanto ipſam honorabilius membrum ſacroſanctæ Rom. eccleſiæ arctius amplexantes ipſius auxilio temporibus iſtis eandem amplius noſcimus indigere, ac tuas qui Domino diſponente præeſſe dignoſcis, petitiones libentius promovere diſponimus, quibus non repugnat honeſtas, nec aliis præjudicium generatur: cùm à nobis injuriarum actio non debeat exoriri, à quibus jura tanquam à fonte ad cæteros derivantur: & infrà. tibi duximus reſpondendum, concedendo, ut hi qui eccleſias ſuas ſeu beneficia poſſident, obedientiam tibi exhibeant, niſi fortè aliqua illarum eccleſiarum ante captionem regiæ civitatis à juriſdictione Patriarchæ legitimè fuiſſet exempta. Subſequentem verò.]*

## CAP. IX.

*Abbates & ſacerdotes, qui ſunt diœceſani Epiſcopi, ad ejus ſynodum venire, & ſibi obedire compelli poſſunt per cenſuram eccleſiaſticam*

Idem.

QVod ſuper *g* his: & infrà. Abbates & ſacerdotes

a *Cap. 3. eod. tit. in 3. compil.* b *Huc refer c. inter quatuor. ſuprà de cler. pere. & ℣. de cler. non reſid. & c. 4. eod. tit. in 3. compil.* c *In omnibus manuſcr. Petitionem qua eccleſias tibi ſubjici, &c.* d *extiterint.* e *al. contrà.* f *debuimus.* g *Cap. 2. eod. tit. in 4. compil.*

diœceſana tibi lege ſubditos *a*, qui ad tuam ſynodum venire contemnunt, (dummodo *b* in ipſa ſynodo non ducas aliquid ſtatuendum, quod canonicis obviet inſtitutis) per cen. eccleſ. ad ſynodum *c* ipſam venire compellas: & debitam tibi obedientiam & reverentiam exhibere.

### CAP. X.

*Canonici regulares inobedientes Priori ſuo, per ipſum excommunicari poſſunt: & ſi fuerint incorrigibiles, de fratrum conſortio expelli debent.*

Idem *ſancti Stephani & ſancti Proculi abbat. Bononienſi.*

CVm in *d* eccleſiis ſancti Victoris & S. Ioannis de Monte: & infrà. Nos igitur ad reformationem earundem eccleſiarum diligenti ſolicitudine intendentes, univerſis canonicis dedimus in mandatis, ut priori ſuo in his, quæ ad eum *e* pertinent, obedirent. Cumque omnes (quatuor duntaxat exceptis) ſe obedire velle concorditer reſpondiſſent, prædicti quatuor ſe contra priorem in ſuperbiam erigentes, licet de obedientia ſuo priori præſtanda præſtitiſſent juramentum corporaliter: tamen exhibiti juramenti immemores, ſuo priori per omnia reſtiterunt: & cùm pro contumacia ſua nequiviſſent ad debitam obedientiam revocari, dictus prior in eos excommunicationis ſententiam promulgavit. Cùm *f* igitur præfati canonici ad Apoſtolicam ſedem acceſſiſſent, per ſcripturas authenticas *g* ex multorum teſtimonio prælatorum effecti de ipſorum contumacia certiores, recepto ſecundùm formam eccleſiæ ab eiſdem corporaliter juramento, ipſis fecimus abſolutionis beneficium impendi: præcipientes eis ſub debito juramenti, ut ad ſuum clauſtrum, de quo exierant redeuntes, Priori ſuo ſecundùm Deum devotè ac humiliter obedirent. Ideoque mandamus, quatenus præfatos canonicos, ut ad prioris ſui obedientiam revertantur, per cen. eccleſ. compellatis: & ne de ſua poſſint contumacia vel malitia *h* gloriari, cogatis eos (ſi videritis expedire) ut juramentum, quod de parendo mandatis Prioris pro abſolutionis beneficio impetrando ſuperbè negaverant, humiliter præſtare procurent, alioquin eos de fratrum conſortio penitus excludatis.

### CAP. XI.

*Presbyteri clerici capellarum ſubditarum titulo cardinalatus, debent cardinali obedientiam, & reliqua de quibus hic. Et vacante titulo, ſuccedit capitulum illius eccleſiæ, niſi pro bono pacis aliquid ſit exemptum.*

Honorius III. *G. Presbytero cardinali, & capitulo ſancti Laurentii in Damaſo.* i

HIs, quæ pro eccleſia S. Laurentii in Damaſo ex parte una, & capellis ſibi ſubjectis ex altera, ſuper ſcrutinio aliiſque articulis *k* fuere propoſita, diligenter auditis, ſententiando decrevimus, ut earundem capellatum Presbyteri & clerici, cardinali, qui nunc eſt in ipſa eccleſia, & qui fuerint *l* per tempora, manualem obedientiam, & reverentiam, & honorificentiam omnem exhibeant, & ad eccleſiam ipſam pro ſcrutinio, baptiſmo & capitulo celebrandis, conveniant temporibus conſuetis, correctionem ipſius cardinalis recipientes humiliter, & excommunicationis, interdicti, vel ſuſpenſionis ſententias, quas tulerit in eos & eccleſias [illegible] inviolabiliter obſervantes. Quando autem eccleſia ipſa cardinali *a* vacabit, capellani & clerici [illegible] eidem eccleſiæ reverenter exhibeant omnia ſupradicta: excepto, quod de correctione, & excómunicatione & ſuſpenſione ipſorum pro bono pacis noſtræ providentiæ reſervamus.

### CAP. XII.

*Licet abbatiſſa ſubditos excommunicare non poſſit, ipſi tamen ſibi obedire tenentur.*

Idem *Abbati S. Michaelis Abradenſi diœceſis.*

DIlecta filia in Chriſto abbatiſſa de Bubrigen. *b* [illegible] miſſa nobis petitione monſtravit, quod cum ipſa [illegible] runque canonicas ſuas, & clericos ſuæ juriſdictioni ſubjectos, propter inobedientias & culpas eorum officio beneficioque ſuſpendat, iidem confiſi ex eo, quod eadem abbatiſſa excommunicare eos non poteſt, ſuſpenſionem hujuſmodi non obſervant, propter quod ipſorum exceſſus remanent incorrecti. Quocirca mandamus, quatenus dictas canonicas & clericos, ut abbatiſſæ prædictæ obedientiam & reverentiam debitam impendentes, ejus ſalubria monita & mandata obſervent, eccleſiaſtica cenſura compellas. *c*

### CAP. XIII.

*Si Metropolitanus à ſuffraganeo juramentum exigit ultra formam ſtatutam à canone, in eo, quod eſt ultrà, ſuffraganeus [illegible] netur.*

Gregorius IX. *Patriarchæ Grandenſi.*

DIlecti filii Archiepiſcopi & capitulum Caſtellan[illegible] am ad nos querimoniam detulerunt, quòd cum à Caſtellan. Epiſcopo exigeres juramentum præter formam canonicam, quam cæteri ſuffraganei metropolitanæ [illegible] conſuevere præſtare, iidem conſpicientes ex hoc eccleſiæ ſuæ præjudicium generari, ad ſedem Apoſtol. appellarunt: & infra. Cùm igitur non deceat alii te feciſſe, quod ab alio fieri tibi nolles: mandamus, quatenus contentus forma canonica, quam nos à Coepiſcopis noſtris nobis immediatè ſubjectis recipimus, *d* nil ampliùs à Caſtellan. Epiſcopo obtentu alicujus conſuetudinis exigas prætextu præſtiti *e* juramenti; ſciens nos eundem Epiſcopum ab hujuſmodi juramento, quo ad alios articulos abſolviſſe, vel denunciaſſe potius, non teneri.

### CAP. XIV.

*Vacante epiſcopatu, Capitulum confirmat & infirmat electiones.*

Idem *priori fratrum prædicatorum, & Archidiac. Rhegin.*

CVm olim cauſa: & infrà Quocirca mandamus, quatenus licèt conventus monaſterii [illegible] toris Meſſanenſ. ſint ipſo *f* jure hac vice eligendi poteſtate privati: de gratia tamen eligendi ſeu poſtulandi detis ipſis auctoritate noſtra liberam facultatem. Mandantes eiſdem, ut cùm eccleſia Meſſan. vacet ad [illegible] ſens, electionem ſuam confirmandam, prout de jure fuerit, vel etiam infirmandam, præſentetur capitulo Meſſanenſ.

### CAP. XV.

*Qui major eſt ordine, licèt in eccleſia poſterius receptus, in loco & portione præfertur. h.d. ſecundùm veram [illegible]*

---

a *al. ſubjectos.* b *Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap. 2.* c *illam.* d *Cap. 2. eod. tit. in 4. compil.* e *al. ad Deum. & pro utraq. litera facit quod notatur ſuprà de temp. ordin. c. ad aures. in gloſſ. 2.* f *al. cumq.* g *in ſigillis authenticis prælatorum ſigillatas. quod dic. ut not. ꝉ. de fid. inſtr. cap. 1. & c. cum dilectus.* h *Hæc 2. verba deſunt in antiquis, vel malitia.* i *In pluribus manuſcr. habetur, Damaſco, tam in titulo quàm in textu, ſed malè: cùm ſit titulus notus & valde antiquus Romæ.* k *diligenter auditis, additur.* l *Et qui pro tempore fuerint.*

a *vacaverit.* b *al. Lumburgenſ. al. Neburg. al.* [illegible] c *Vide l. à divo Pio. ff. de re jud.* d *Vide l.* [illegible] *fid. cath. & l. 1. de emen. libe.* e *præterito.* f *Ipſi jure hac vice eligendi ſeu poſtulandi privatus.*

Idem *Archipresbytero ſanctæ Mariæ majoris de urbe.*

STatuimus, *a* ut Presbyteri primum locum, Diaconi ſecundum, ſubdiaconi tertium, & ſic de reliquis obtineant ordinatim, etiam ſi poſterius admittantur. Et qui major eſt ordine, etiam ſi poſtea ſit receptus, & in portione percipienda potiorem eſſe volumus, ac minores facere ſervitia conſueta.

CAP. XVI.

*Si eccleſia ſita in aliquo archidiaconatu erigitur in cathedralem, à juriſdictione archidiaconatus eximitur.*

Idem *Archiepiſcopo Colocenſi.* b

CVm inferior *c* ſuperiorem ſolvere nequeat vel ligare, *d* ſed ſuperior inferiorem liget regulariter & abſolvat, & ſatis abſonum videatur, ut filius poteſtatem habeat in parentem: miramur, quòd cùm tu monaſterium de Cheur. conſtitutum in Firmienſi archidiaconatu tuæ diœceſis eccleſiam erexeris cathedralem, archidiaconatus Firmienſis in tantam prorupit temeritatis audaciam, ut in Epiſcopum ibi conſecratum & eccleſiam ſuam juriſdictionem exercere præſumat: & infrà. Mandamus, quatenus præfato Archidiacono, à cujus juriſdictione dictum Epiſcopum denunciamus exemptum, id diſtrictè ſtudeas inhibere. Proviſo ut ſi ex hoc Archidiaconi Firmien. jura læduntur, in diœceſi tua (ubi expedire videris) abſque alieni juris præjudicio recompenſationem illi facias congruentem.

CAP. XVII.

*Compoſitionem ſuper jure primatiæ unus ſolus, cujus intereſt, poterit impedire.*

Idem *Lemovic. Archidiac. & priori ſanctæ Radegundis Pictavienſis.*

HVmilis doctrina magiſtri: & infrà. Mandamus, quatenus prælatorum Burdegalen. provinciæ in ea præſentium, & cathedralium capitulorum ejuſdem, necnon & Bituricen. capituli, ſuper proviſione, quam inter Bituricen. & Burdegalen. Archiepiſcopos in cauſa primatiæ duximus faciendam, requiratis aſſenſum, quo habito, providentiam *e* noſtram ſolenniter publicetis. Si qui verò conſenſum præſtare noluerint, vos ſuperſedentes publicationi prædictæ, diſtrictè præcipiatis eiſdem, ut perſonaliter, ſi prælati fuerint, vel ſi alii, per procuratores idoneos, noſtro ſe conſpectui repræſentent, proſecuturi coram nobis jus, ſi quod habere contendunt, & ſatisfacturi parti alteri, ſi ſuccubuerint, in expenſis.

## DE TREVGA ET PACE.

### TITVLVS XXXIV.

CAP. I.

*Statuit tempora Treugarum, & pœnas violentium.*

Alexander III. *in concilio Lateranenſi.* f

TReugas *g*, à quarta feria poſt occaſum Solis, uſque ad ſecundam feriam [in ortu] Solis, ab adventu Domini, uſque ad octavas Epiphaniæ, & à ſeptuageſima uſque ad octavas Paſchæ, ab omnibus inviolabiliter obſervari præcipimus. Si quis autem treugam frangere præſumpſerit, poſt tertiam admonitionem, ſi non ſatisfecerit, ſuus Epiſcopus ſententiam excommunicationis dictet, [in eum] & ſcriptam vicinis Epiſcopis adnunciet, quorum nullus excommunicatum in communione recipiat, imò [ſcriptam ſententiam] quiſque confirmet. Si quis autem hoc violare præſumpſerit, ordinis ſui periculo ſubjaceat. Et quoniam funiculus *a* triplex difficilè rumpitur, præcipimus ut Epiſcopi ad ſolum Deum, & [ad] ſalutem populi habentes reſpectum, omni trepidatione ſepoſita, ad pacem firmiter tenendam, mutuum ſibi conſilium & auxilium præbeant, neque hoc alicujus amore vel odio prætermittant: Quòd ſi quis in hoc opere trepidus inventus fuerit, damnum propriæ dignitatis incurrat.

CAP. II.

*Perſonæ hic enumeratæ, plena ſecuritate gaudent tempore guerræ.*

Idem *in eodem concilio.* b

INnovamus *c*, ut Presbyteri, monachi, converſi, peregrini, mercatores, ruſtici, euntes vel redeuntes, vel in agricultura exiſtentes, & animalia, quibus arant, & ſemina portant ad agrum, congrua ſecuritate lætentur. *d*

## DE PACTIS.

### TITVLVS XXXV.

CAP. I.

*Pacta quantumcunq; nuda ſervanda ſunt.*

*Ex* concilio *e* Africano.

ANtigonus *f* Epiſcopus dixit: [1 *& infrà.*] Aut initio pacta, *g* ſuam [obtineant firmitatem, aut conventus (ſi ſe non cohibuerit) eccleſiaſticam ſentiat diſciplinam. Dixerunt univerſi *h*: pax *i* ſervetur,] pacta cuſtodiantur.

[1 *Gravem injuriam patior, & credo dolere ſanctitatem veſtram injuriam meam, & computare communem injuriam. Optantius Epiſc. cum ſe præſentaret, pactum meum habuit, & diviſum eſt, quod ad ſe illiciat imperatorum animos contra diſciplinam, contra Evangelicam traditionem, contra pacem placitam. Nam ſi ſibi contingere poſſe arbitraretur, nunquam profectò in fratrem aliquis deliquiſſet. Unde*]

CAP. II.

*Conventio invalida, per conſenſum ſuperioris validatur.*

Gregorius. *k*

QVotiens *l* in conventionibus noſter expectatur adſenſus, ne in dubium veniant, quæ geruntur, ratihabitio eas debet pro ſecuritate partium ſolidare.

CAP. III.

*Iudex debet ſtudioſè agere, ut promiſſa adimpleantur.*

Idem *Ianuario Epiſcopo Caralitano.* m

QValiter *n* in Sardinia: [1 *& ſ.*] Studioſè agendum eſt, ut ea, quæ promittuntur, opere compleantur.

[1 *Minores vel pauperes ab eis qui illis majores ſunt, opprimantur, reverendiſſimi fratris noſtri Carthaginen. Epiſc. atq; eminentiſſ. filii n. Innocentii præſ. epiſtola teſtantur, à quibus ut quæ nobis ſcripta ſunt noveritis, ipſarum vobis epiſtolarum exemplaria providimus tranſmittenda. Et ideò quia ea quæ nobis petenda ſunt, offeruntur.*]

CAP. IV.

*Non valet pactum, per quod beneficium eccleſiaſticum debet pecunia reſignari.*

Alexander *Exonen. & Vuigornen. Epiſcopis.*

CVm pridem *o* S. *p* clericus procurator Prioris & monachorum de Acra, & P. clericus, pro cauſa, quæ inter eos & prædictum P. ac fratrem ejus, cujus vicem

a *Ad hujus c. declarationem factum fuit c. ult. ſup. de conſtit.* b *al. Colocenſi.* c *potiorem.* d *Vide l. decurio. C. de decu. Lib. 10. in l. hominem. ff. manda.* e *proviſionem.* f *Cap. 21. At quod extat apud me manuſcriptum nunquam hactenus impreſſum.* g *Cap. 1. eod. tit. in 1. compilat. & in Pannorm. lib. 8. cap. 147.*

a *Pſalm. 138. Eccl. c. 4.* b *Cap. 22.* c *Cap. 2. eod. tit. in 1. compil. Pann. l. 8. c. 147.* d *Poſterior pars hujus can. extat ſub tit. de cenſibus. c. innovamus.* e *Carthaginis Africa primo, c. 12.* f *Cap. 1. eod. tit. in 1. compil.* g *al. ſui.* h *al. firmiter.* i *pax hìc pro pactione poni videtur.* k *lib. epiſt. 60. Regiſtri.* l *Cap. 2. eod. tit. in 1. compil.* m *lib. 8. epiſt. 38.* n *Cap. 3. eod. tit. in 1. compil.* o *Simon.* p *Poſt concil. Lateran. p. 28. c. 2. tit. de pact. licitis & illic. in rebus eccleſiaſt. &c. c. 4. eod. tit. in 1. compil.*

ſe gerere dicebat ſuper eccleſia, & capella de L. vertebatur: ad noſtram præſentiam acceſſiſſent, inter ſe (non tamen nobis mediantibus) convenerunt, quòd eidem P. pro expenſis, quas fecerat, tres marchæ argenti ſolverentur, & idem P. liti cederet, & à monachorum infeſtatione ceſſaret C. Cumque compoſitionem *a* iſtam auctoritate Apoſto. peterent confirmari, nos eam non duximus admittendam, pro eo quòd videbatur, pravam illicitæ pactionis ſpeciem continere: [ 1 *& infrà.*] Ille igitur noſtris monitis adquieſcens, & eidem *b* liti pro ſe ac fratre ſuo renuncians, authentica inſtrumenta, quæ ſuper hoc habebat, in noſtris manibus reſignavit: quæ nos Priori & monachis deſtinantes, mandavimus, ut eidem P. & fratri ejus in aliquo ſtuderent beneficio providere, de quo majus lucrum valeant Apoſtolica interceſſione percipere, quàm eis deberet ex illa pactione illicita provenire. Cæterùm quia Prior & fratres adquieſcere noluerunt, mandamus, quatenus moneatis eosdem, ut præfato P. & fratri ejus competens beneficium conferant & adſignent: alioquin ſi vobis conſtiterit, dictos clericos à prænominata eccleſia & capella abſque ordine judiciario violenter ejectos, ipſas eisdem reſtitui *c* faciatis: non obſtantibus literis noſtræ confirmationis, quas prædicti Prior & monachi à nobis impetraſſe noſcuntur.

[ 1 *Monuimus autem prædictum P. ut ipſe tam pro ſe quàm pro ſuo fratre monachos in pace dimitteret, & eidem liti omninò abrenunciaret.*]

### CAP. V.

*Non valet pactum de ſuccedendo poſt mortem prælati in ipſius eccleſia.*

Idem *Archiepiſcopo Eboracenſi.*

ACcepimus *d* quòd quædam ſunt eccleſiæ clericis tali tenore conceſſæ, quòd poſt eorum obitum alii nominatim ſuccedant. Verùm quoniam hoc iniquum eſt & ſacris canonibus inimicum, & ideò non debet aliquatenus tolerari; mandamus, quatenus hujuſmodi ſucceſſiones tam *e* deteſtabiles & iniquas appellatione ceſſante prohibeas, & omninò frivolas & inanes *f* eſſe diſcernas.

### CAP. VI.

*Qui per pactum augendæ penſionis conſecutus eſt eccleſiam, debet ea privari, & aliàs canonicè puniri.*

Idem *Cantuarienſi Archiepiſc. & ejus ſuffraganeis.*

CVm clerici veſtræ jurisdictionis *g* (ſicut accepimus) decedentibus eccleſiarum perſonis, paciſcantur ex ipſis eccleſiis majores ſolito ſolvere penſiones, ut facilius poſſint easdem eccleſias adipiſci. Nos *h* ad tam deteſtabile vitium extirpandum, fraternitati veſtræ mandamus, quatenus ne id adtentare præſumant, diſtrictius prohibentes (ſi contra prohibitionem veſtram venire præſumpſerint) appellatione ceſſante eos taliter adeptis eccleſiis ſpolietis: aliàs pro tantæ præſumptionis exceſſu, ſeveritate eccleſiaſtica punientes eosdem.

### CAP. VII.

*Si eccleſia rem ſuam locando, vel in feudum concedendo, adponit pactum in præjudicium juris parœcialis alterius eccleſiæ non tenet: & quicquid hac occaſione perceperit, reddere cogitur illi eccleſiæ.*

Innocentius III. *in concilio generali.* i

PLerique (ſicut accepimus) regulares *k* clerici & ſeculares interdum cùm vel domos locant, vel feuda concedunt, in præjudicium parœcialium eccleſiarum pactum adjiciunt, ut conductores & feudatarii decimas eis ſolvant: & apud eosdem eligant ſepulturam. Quia [illegible] tem id de avaritiæ radice procedat, pactum hujuſmodi penitus reprobamus, ſtatuentes ut quidquid fuerit occaſione hujuſmodi pacti perceptum, eccleſiæ parœciali reddatur.

### CAP. VIII.

*Non valet pactio in ſpiritualibus, vel quæ pactum inducit turpis, ſeu de re turpi, vel impoſſibilis de jure, vel de facto.*

Gregorius IX.

PActiones factæ *a* à vobis (ut audivimus) pro quibusdam ſpiritualibus obtinendis, cùm in hujuſmodi omnis pactio, omnisque conventio debeat omninò ceſſare, nullius penitus ſunt momenti. Quod etiam in aliis eſt dicendum, quæ obſervatæ vergunt in animæ detrimentum. Nam etiam juxta legitimas ſanctiones pactum turpe, vel rei turpis, aut impoſſibilis de jure, vel de facto, nullam obligationem inducit.

## DE TRANSACTIONIBVS.

### TITVLVS XXXVI.

### CAP. I.

*Inſtrumenta, & alia jura partium, contraria tranſactione tolluntur.*

Gregorius III. b *A. ſubdiac. & Domi. Abb.*

SIcut grave: [& infrà.] Poſt ſalubrem *c* definitionem de controverſia veſtra factam, decrevimus omnia inſtrumenta, vel quidquid aliud eſt, quod [illegible] quoquo modo, aut ex temporis præſcriptione, [illegible] opem de lege, aut quocunque privilegio ferre poterit, [illegible] vacuum, & omni virtute caſſatum: & ſola pactionis [illegible] ter vos nunc habitorum pagina validum perpetuumque robur obtineat. Cui ſi quid fortè incuria vel imperitia minus firmitatis inſertum eſt, vires pleniſſimæ [illegible] ex hac noſtra auctoritate ſuſcipiat.

### CAP. II.

*Tenet compoſitio ſuper decimis facta cum adſenſu ſuperioris.*

Alexander tertius.

STatuimus, *d* ut ſuper decimis inter vos & aliquam perſonam eccleſiaſticam de adſenſu Epiſcopi vel Archiepiſcopi ſui compoſitio facta fuerit, rata & inconcuſſa perſiſtat.

### CAP. III.

*Si capitulum conſenſit tranſactioni, quam fecit prælatus ſuæ eccleſiæ, ulterius diſſentire non poteſt.*

Idem *Dulmenſi Epiſcopo.* e

COntingit *f* interdum, quòd licet Abbas vel prior alicujus conventualis eccleſiæ, cum eccleſiaſtica vel ſæculari perſona ſuper his, de quibus inter eos controverſia vertitur, coram delegato vel ordinario judice [illegible] capitulum tamen eandem tranſactionem nititur revocare. Vnde quia nos conſulere voluiſti, tibi reſpondemus, quòd ſi Abbas vel prior à capitulo ſuo de ratihabitione literas habuerit, tranſactionem, quam fecit (ſi ſuerit [illegible] quot annis ſervata) capitulum, ac ſi non conſenſerit [illegible] am, non poterit revocare.

### CAP. IV.

*Super eccleſiaſtico beneficio tranſigi non poteſt, etiam cum juramenti interpoſitione.*

a *Ipſam.* b *ibidem.* c *Facit l. 2. ff. de vi & vi arm.* d *Poſt concil. Lateranen. p. 28. c. 28. c. 4. & 5 eod. tit. in 1. compilat.* e *Idem conc. Trident. ſeſſ. 25. de reſect. c. 7.* f *vanas. al. vacuas.* g *Poſt conc. Later. par. 28. c. 8. & 6. eod. tit. in 1. compilat.* h *al. additur, intendentes.* i *Conſt. 56. al. 67.* k *Cap. 1. eod. tit. in 1. compil.*

a *Vide Navarrum in manuali conſ. c. 23.* [illegible] b *Anthemin.* [illegible] c [illegible] *de juſt. & jure. q. 5.* [illegible] *tit. in 1. compil.* d *Poſt concil. Later. 28. c. 3. & Cap.* [illegible] *compil.* e *Dulmoſin. al. Dulenen.* f *Poſt concil. Later.* [illegible] *c. 5. & c. 3. eod. tit. in compil.*

Idem

Idem *Abbati de Stra. & priori ſancti Euſebii.*

CONſtitutus [a] in noſtra præſentia G. clericus ſua nobis adſertione monſtravit: quòd cùm inter ipſum, & A. clericum ſuper capella de Stratis controverſia emerſiſſet, tandem per tranſactionem ſopita fuit: & licet hincinde fide præſtita firmata fuiſſet, eam tamen præfatus A. ſervare recuſat. Quia igitur hujuſmodi tranſactiones ſpeciem continent ſimoniæ: mandamus, quatenus revocata tranſactione in irritum, cauſam audiatis, &c.

## CAP. V.

*Per tranſactionem factam ſine auctoritate Epiſcopi poteſt prælatus, ſed non eccleſia conſtitui cenſualis.*

Idem *Carnotenſi Epiſcopo.*

DE cætero [b] noveris, quòd cùm aliquis ad extraordinarium judicem literis impetratis cum adverſario ſuo componit, poſtmodum in eccleſia, de qua agitur, jus aliquod habiturus: Si compoſitio non eſt juſtitiaria, non eſt à loci Epiſcopo reprobanda. Sed cenſus abſque Epiſcopali auctoritate, cui præeſt eccleſiæ ſub hoc prætextu ſolutus vitam ejus, qui ſolverit, non excedit [c].

## CAP. VI.

*Si beneficium, quod per tranſactionem habetur, impetratur ut vacans ab eo, qui fuit tranſactionis mediator, non valet impetratio. h. d. quo ad titulum.*

Idem *Eboracenſi Archiepiſcopo, &* [d] *Vigorenſi Epiſcopo.*

EX literis veſtris [e] accepimus, quòd cùm olim inter B. & A. clericos ſuper eccleſia de [f] Vult. coram te frater Epiſcope, qui judex fueras delegatus auctoritate G. qui tunc eidem A. patrocinabatur in cauſa, & teſtis inſcriptus fuerat, tranſactio facta fuiſſet, poſtmodum idem G. ſe mentiens clericum, cùm nondum eſſet in clericum tonſuratus: ſuper eadem eccleſia tacito de tranſactione literas noſtras impetravit. Cùm autem idem G. non inficiaretur ſe tranſactioni interfuiſſe, & nondum fuiſſe tonſuratum, cùm literas iſtas obtinuit, ei ſuper prædicta eccleſia ſilentium duximus imponendum.

## CAP. VII.

*Super eccleſiaſtico beneficio non poteſt tranſigi, ſed amicabiliter componi. h. d. & quotidie allegatur.*

Idem.

SVper eo [g] quod quæſiviſti, utrum de eccleſiaſtico beneficio in litigium deducto, poſſit fieri tranſactio. Tale damus reſponſum, quòd tranſigi ſuper re ſacra [h] & litigioſa non poteſt, etenim res ſacræ, ut poſſideantur aliquo dato, vel retento ſeu promiſſo, ſpeciem credimus habere ſimoniæ. Aliàs ſi gratis & amicabiliter inter ſe litigantes ſe componant, ſacris canonibus nequaquam dicimus obviare.

## CAP. VIII.

*Tranſactio facta de rebus eccleſiæ per prælatum, ſine ſuperioris conſenſu, non obligat ſucceſſorem.*

Idem *Abbati de Strapho.* [i] *& priori de [Phœbi.]*

VEniens ad [k] Apoſtolic. ſedis clementiam magiſter G. de [l] Favil. ſua nobis inſinuatione monſtravit, quòd monachi majoris monaſterii, terras in parœcia ſanctæ M. de Marchia [m] excolunt, & ab eadem eccleſia coloni eorum omnia eccleſiaſtica tam neceſſaria, quàm voluntaria ſuſcipiunt ſacramenta, & tamen eidem eccleſiæ decimas ſolvere contradicunt: [ 1 *& infrà.*] Arbitrantur autem ſe poſſe tueri cujuſdam tranſactionis prætextu inter præfatos monachos, & quendam ſacerdotem memorati Guil. prædeceſſorem factæ, ut de duabus carrucatis [a] terræ, quas in dominio ſuo monachi tenent, tertiam tantùm decimarum partem exſolvant: [ 2 *& infrà.*] Mandamus, quatenus niſi præfati monachi tranſactionem præſcriptam, auctoritate Apoſt. confirmatam eſſe docuerint, cùm aliàs inter perſonas facta potius, quàm inter eccleſias videatur, ne pacta inter alios facta aliis obeſſe patiamur: ipſos & agricolas decimationes ex quibuſlibet rebus provenientes ex integro, & illarum quas illicitè detinuerant juſtum æſtimationem reſtituere eidem eccleſiæ compellatis.

[ 1 *Sed de frugibus tertiam partem ſolvunt, & duas partes ſibi retinere præſumunt, de reliquis autem minutis decimis utpote nutrimentis animalium ſuorum & de fructibus hortorum nil penitus præſtare non erubeſcant.*]

[ 2 *Quo fit ut inde occaſionem ſumentes malignandi prædia ex agricolarum defectu ad eos devoluta, monachi in ſuum magis aſtutè quàm providè dominium convertunt, quatuor vel fortè plures carrucatas duabus aggregant, non tamen decimas præſtantes de illis, quoniam prius de duabus præſtitiſſent, cùm ſecundùm compoſitionis tenorem integras de illis decimationes ſolvere tenerentur. Quoniam igitur nos convenit de eccleſiis providere, ne ſua cuilibet videantur jura perire. ſ. v. p. a. ſ.*]

## CAP. IX.

*Sicut ſuper jure præſentandi, ita ſuper adnexo non poteſt tranſigi ut recedatur à lite, interveniente aliqua temporalitate.*

Lucius III. [b] *Ormenſi Epiſcopo.*

PRæterea [c], quando inter laicos & viros religioſos de præſentatione alicujus eccleſiæ quæſtione ſuborta tranſigitur, ita quòd præſentationem laicus obtineat, religioſi verò novam vel majorem percipiant in eccleſia, in qua priùs nullam vel minorem habere conſueverant portionem, an hujuſmodi tranſactio teneat, quæſiviſti. Cùm igitur ipſa pactio ſimoniaca meritò videatur: Reſpondemus, quòd de jure non tenet, nec ex ea religioſi ullum debent commodum obtinere.

## CAP. X.

*Super ſpirituali ſubjectione non licet tranſigi.*

Cœleſtinus III.

PRæterea [d] quarto loco quæſtio talis acceſſit, quòd quædam cella eximi voluit à ſubjectione, qua matrici domui tenebatur: [ *& infrà.*] Fratres illius cellæ, ſe confitentes in jure illi domui quondam fuiſſe ſubjectos, referebant quæſtionem olim de hac ſubjectione fuiſſe motam, & tranſactione ſopitam, eatenus ut quendam annuum [e] cenſum eccleſiæ matrici reddendo eſſent à ſubjectione principalis domus exempti: [ 1 *& infrà.*] Prior conſequenter pro majori eccleſia proponebat, quòd de ſpirituali ſubjectione tranſigere non liceret. Reſpondemus igitur quòd ex prædicta fratrum confeſſione, contra eos ſententia procedere debeat, præſertim cùm illa tranſactio (licet nobis de illo, quòd cella determinatè reddere tenebatur, conſtare nequiverit) iniquitatem ſimoniacam continuiſſe putetur.

[ 1 *Cæterùm ex adverſo prior majoris domus duo pariter allegabat, unum ſc. quòd ex quo confeſſi fuerant ſe dudum illi domui fuiſſe ſubjectos, & non ante tranſactionem illam eſſe exemptos conſtabat, eos fuiſſe rebelles eo ipſo quòd ante tranſactionem illam & exceptionem ſe commendabant vel contendebant ab ejuſdem ju-*

a *Poſt concil. Lateran. 28. p. 16. & cap. 4. eod. tit. in 1. compil.* b *Poſt concil. Later. p. 28. c. 10. & c. 5. eod. tit. in 1. compil.* c *In quibuſdam manuſcr. excedat.* d *al. VVigorenſi. al. VVigorienſi.* e *Cap. 6. eod. tit. in 1. compil.* f *al. de miniſtra.* g *Cap. 1. eod. tit. in 2. compil.* h *Aliàs ſuper re religioſa & ſacra.* i *Staupim & priori de Plib.* k *C. 3. eod. tit. in 2. compil.* l *Famulla. al. Flavilla.* m *Marchon.*

a *al. Carrucatis.* b *Morinenſi, al. Orienſi. al. Orin.* c *Cap. 4. eod. tit. in 2. compil.* d *Cap. 5. eod. tit. in 3. comp.* [*cumq; cauſa debito Marte percurreret.*] e *annuatim.*

*riſdictione eſſe ſubtractos, nec tranſactio ſubſequens eos poterat à tanto crimine inobedientia relaxare.*]

### CAP. VI.

*Iudex poteſt, & debet ſe interponere pro tranſactione inter partes facienda, præterquam in caſibus, in quibus jura hoc non admittunt, ut ſuper matrimonio. hoc dicit.*

Honorius tertius *I. tituli ſanctæ Praxedis Presb. cardin.*

EX parte tua: [ 1 *& infrà.* ] Poteris *etiam* ad componendum interponere *a* partes tuas, & interdum aliquid ſeveritati detrahere, prout (ſtatu Imperii & excedentium multitudine, provida deliberatione penſatis) videris expedire: exceptis nimirum caſibus, qui compoſitionis, ſeu diſpenſationis *b* remedium non admittunt, utpote conjugii ſacramentum, quod cùm non ſolùm apud Latinos & Græcos, ſed etiam apud fideles & infideles exiſtat *c*, à ſeveritate canonica circa illud recedere non licebit. In his verò, ſuper quibus jus non invenitur expreſſum procedas (æquitate ſervata) ſemper in humaniorem partem declinando, ſecundùm quod perſonas & cauſas, loca & tempora poſtulare videris.

[ 1 *Fuit propoſitum coram nobis quòd nonnulli Græci furtivè ſacros ordines à non ſuis Epiſcopis receperunt, quidam etiam excommunicati celebrant in eccleſiis interdictis, & Græcis ritibus pertinaciter inhærentes in nullo volunt Latinis obedire prælatis. Præterea quidam Græci & Latini Epiſcopi conſecrationes faciunt in alienis Epiſcopatibus, & decimas percipiunt in eiſdem in Epiſcoporum eorundem locorum præjudicium & gravamen, licet Epiſcopi Græcorum nec percipere decimas, nec conſecrationes hujuſmodi conſueverunt celebrare. Ad hæc laici Græci uxores ſuas ſecundùm motum propriæ voluntatis dimittere, alias ſuperducere non verentur, ac operari dominicis ac feſtivis diebus quemadmodum in profeſtis. Porrò quidam barones & milites tam Latini quàm Græci Abbatias & eccleſias alias cum hominibus & bonis aliis eorundem contra juſtitiam detinentes, decimas non exſolvunt, & alios ſolvere recuſantes, in ſuo errore defendunt: etſi pro his & aliis exceſſibus feratur in eoſdem ſententia excommunicationis, eam in animarum ſuarum periculum & aliorum ſcandalum vilipendunt. Vnde à nobis poſtulas edoceri quid tibi agendum ſit, & qualiter Metropolitanus puniendus ſit, qui quibuſdam eundi cum mercibus in Alexandria contra ſtatutum concilii generalis licentiam tribuere de facto non expavit. Nos igitur c. t. t. reſ. ut cùm jura canonica & civilia edita ſunt fere in omnibus his articulis prænotatis, procedas in his ſecundùm canonicas & legitimas ſanctiones.*

## DE POSTVLANDO.

### TITVLVS XXXVII.

### CAP. I.

*Clericus, in ſacris vel minoribus beneficiatus, in ſeculari foro poſtulare non debet, niſi pro ſe, vel ſua eccleſia, vel miſerabilibus perſonis.*

Ex concilio Lateranenſi *d.*

CLerici *e* in ſubdiaconatu, & ſuprà, & in ordinibus quoque minoribus, ſi ſtipendiis eccleſiaſticis ſuſtententur *f*, coram ſeculari judice advocati in negotiis ſecularibus fieri non præſumant: Niſi propriam cauſam, vel eccleſiæ ſuæ fuerint proſecuti, aut pro miſerabilibus fortè perſonis, quæ proprias cauſas adminiſtrare non poſſunt. Sed nec procuratores villarum aut juriſdictiones etiam ſeculares ſub aliquibus Principibus & ſecularibus viris, ut juſtitiarii eorum fiant, quiſquam clericorum exercere præſumat.

### CAP. II.

*Canonici regulares poſtulare non poſſunt ſicut monachi, niſi pro utilitate eccleſiæ, vel ſui monaſterii, & præcepto Abbatis.*

Innocentius III. *Compoſtellæ Archiepiſcopo.*

EX parte tua nobis fuit propoſitum, quòd quidam canonici regulares non ſolùm in eccleſiaſticis, [illegible] etiam in forenſibus cauſis præſumunt advocati officium exercere. Cumque objicitur eis *a*, quòd non [illegible] eſſe forenſis, vel eccleſiaſtici negotii ſuſceptores [illegible] cutores, niſi fortè id monaſterii expoſcat utilitas, [illegible] bate nihilominus impetrante, ad ſuam propo[illegible] lertiam *b* excuſandam, quòd capitulum illud, per quod prædicta prohiberi videntur, de monachis, non de canonicis regularibus loquitur manifeſtè. Vnde conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd idem judicium [illegible] canonicis regularibus, quod & de monachis, quantum ad ſupradicta, credimus obſervandum, licet de monachis [illegible] in canone ſpecialiter ſit expreſſum.

### CAP. III.

*Se ſummat.*

Gregorius IX.

CVm ſacerdotis ſit officium *c* nulli nocere, omnibus autem velle prodeſſe: non niſi pro ſeipſo, [illegible] eccleſia ſua, vel (ſi neceſſitas immineat) pro perſonis conjunctis, aut miſerabilibus ſibi licitum eſt poſtulare [illegible] *& infrà.* Clericus autem qui contra eccleſiam, [illegible] beneficium obtinet, pro extraneis advocatus vel procurator eſſe præſumit *d*, tanquam ingratus poteſt [illegible] ximè ſi clericus ſit ejuſdem eccleſiæ) beneficio [illegible] di ſpoliari.

## DE PROCVRATORIBUS.

### TITVLVS XXXVIII.

### CAP. I.

*Non auditur quis tanquam alterius procurator, niſi habeat mandatum legitimè factum.*

Gregorius *Maximo Salonenſi Epiſcopo.*

ALia *e* quidem [ *& infrà.* ] Scripſiſſe te [illegible] buſdam *f* comperimus, quòd prædic[illegible] ros *g* tunc ad cauſam non miſeris, & [illegible] quæ cum ipſis facta ſunt ſubſiſtere non debere: [illegible] Thomas ſibi hoc à te dictum perhibuit: ex [illegible] præſentium portitoribus judicavimus eſſe creden[illegible] ne de ipſis ſimiliter diceretur. Quia ergo hoc [illegible] res nos eſſe præmonuit, inſtructam perſonam cum [illegible] dato legaliter facto, & Presbyterorum, ſeu Diaconorum teſtiumque ſubſcriptionibus roborato, [illegible] more indicto traſmitte: ut quicquid cum ea [illegible] rit jure ſubſiſtat.

### CAP. II.

*Non valet ſententia, etiam expenſarum condemnatoria [illegible] tra abſentem ex probabili cauſa legitimè per nuncium [illegible] h.d. quantum ad verum intellectum.*

Alexander III.

QVerelam *i* A. clerici accepimus: [ 1 *& infrà.* ] [illegible] damus, quatenus ſi conſtiterit vobis, quòd [illegible]

a *L. 2. §. poſt. De novi op. nunc. & 90. diſt. per tot.* b *Perperam in impreſſis, diſpoſition.* c *Vid. Tur. Crem. 28. q. 1. in ſumma.* d *Cap. 12. ſub Alexandro III.* e *Cap. 1. eod. tit. in 1. compil.* f *Infero ergo, quòd inedia cogens poſtulare poterit. l. 1. & ibi Bart. C. de patr. qui fil. diſtr.*

a *Concil. Triden. ſeſſ. 22. de reform. cap. 1.* b *Eadem [illegible] de ſuppl. negl. præl. cap. 2. & fortaſſis leg. inſolentiam, [illegible] vi: vel dic, inſolertiam, id eſt, inſcitiam.* c *Hæc [illegible] in multis deeſt, & ſuper verbo, ſit, hæc habetur expoſita [illegible] interſit. nec habetur in cap. denique, 14. q. 5. unde ſumitur.* d [illegible] *ſumpſerit.* e *Cap. 1. eod. tit. in 1. compil.* f *al. quibus [illegible]* g *aliàs nunc.* h *Vid. l. non ſolùm. §. qui alimum. & ibi [illegible] ff. eod.* i *Cap. 1. eod. tit. in 2. compil.*

Epiſc.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epiſcopus, præfatum A. in reſtitutione expenſarum, pro nulla alia rationabili cauſa condemnaverit, niſi pro eo tantùm, quòd termino conſtituto ad ejus præſentiam non acceſſit, infirmitate detentus *a*, cùm non poſſit quis cogi, niſi velit in gravibus cauſis procuratorem conſtituere, & ipſe ad probandum infirmitatem ſuam, Presbyterum & Diaconum deſtinaverit, eum abſolvere ab eadem ſententia minimè differatis.

[ 1 *Quòd cùm ven. f. n. VVigor. Epiſcopus cauſam quæ vertebatur inter ipſum & Sabin. Epiſcopum ſuper eccleſia de Bubet. de mandato noſtro ſuſcepiſſet fine debito terminandam: tandem quia idem electus termino conſtituto ſuam ei exhibere præſentiam non potuit, propter quod erat infirmitate gravatus, ſicut per quendam Presbyterum & Diaconum, quos ad præſentiam ipſius Epiſcopi miſerat, paratus erat probare: eundem A. in reſtitutione expenſarum, quas R. Laon. Archidiac. pro ipſa cauſa ad diem ipſum tunc veniendo ſolvit condemnavit.*

## CAP. III.

*Sententia lata cum procuratore revocato, & de hoc certificato, non præjudicat domino. h. d. ſecundum communem intellectum.*

Clemens III.

Ex inſinuatione *b* Archidiaconi Sagin. accepimus, quod cùm inter ipſum & magiſtrum G. ſuper quadam præbenda Lexo. eccleſiæ controverſia mota fuiſſet: [ 1 *& infrà.*] Licet ab eodem Archidiacono procuratori ſuo duobus clericis præſentibus expreſsè fuiſſet inhibitum, ne cauſæ cognitionem ſuſciperet: ipſe nihilominus in cauſa procedens, ſententiam contrariam reportavit. Cæterùm, quia alter de prædictis clericis dicitur obiiſſe, mandamus, quatenus ſi per Archidiaconum & ſuperſtitem clerici juramentum conſtiterit de præmiſſis *c*, ſententia contra eum lata nequaquam obſtante, prædictæ præbendæ poſſeſſionem, cum fructibus inde perceptis (ſi ejus reſtitutioni aliud canonicum non obſiſtat) auctoritate noſtra reſtitui faciatis eidem. Reſtitutione verò facta, ſi Archidiaconus ipſe ſuam canonicam inſtitutionem probare potuerit, ipſam ratam permanere appel. poſtpoſita decernatis.

[ 1 *Eidem magiſtro propter hoc ad ſedem Apoſtol. accedenti C. de Corm. procuratorem ipſius Arch. ſe gerens ad illam cauſam conſtitutum cum quibuſdam literis de ratihabitione, prout decebat, ſe oppoſuit. Cùm autem aliquantulum in cauſa cognitione proceſſum fuiſſet.*]

## CAP. IV.

*Reſcriptum ſuper conſecutivis judicii impetratum à procuratore revocato, & de hoc certificato non valet, nec proceſſus, vel ſententia lata per ipſum, ſi revocatio pervenit ad adverſarium. h. d. ſecundum gloſſam.*

Innocentius III. *Cabilon. & Catalan.* d *Epiſcopis.*

In noſtra præſentia Tullen. *e* Epiſcopus eſt conqueſtus, quòd cùm ad cauſam, quæ inter ipſum *f* & Decanum Tullenſ. ſuper dilapidatione, excommunicatione, & perjurio, ac quibuſdam aliis criminibus *g* vertebatur, T. & G. Presbyteros procuratores inſtituens, ipſos ad ſedem Apoſtolicam duxerit deſtinandos, cùm de ipſorum fide poſtmodum titubaſſet, mandatum quod eis dederat, intra modicum temporis ſpatium revocavit: ſed ipſi licet mandati literas revocatorias recepiſſent, nihilominus in negotio proceſſerunt, & pro procuratoribus ſe gerentes, cum adverſario ingreſſi judicium, cum eo ad Pariſienſ. Archidiaconum & collegas ſuos in ejuſdem præjudicium noſtras literas impetrarunt: [ 1 *& infra.*] Cumq; prædictus Epiſcopus ad probandum, quòd falſi procuratores fuerant, ab ipſis judicibus inducias poſtulaſſet, ipſi exceptionem oppoſitam inutilem & ſupervacuam reputantes, ad probationem ipſius dilationem concedere noluerunt: propter quod ad appellationis beneficium convolavit. Sed iidem nihilominus lite non conteſtata, & juris ordine prætermiſſo, teſtes contra eum recipere præſumpſerunt, ipſum à Tullenen. eccleſia per ſententiam removendo. Nos verò, licet vix fidem adhibere potuerimus, quòd dicti judices, utpote viri literati, providi & honeſti, taliter proceſſiſſent, maximè cùm in ſua relatione, quam ad noſtram præſentiam tranſmiſere, de hujuſmodi exceptione nullam fecerunt mentionem: quia tamen Epiſcopus per viros religioſos, providos & honeſtos, de quibus non eſt veriſimile, quòd ſuæ ſalutis obliti, ac juramenti religione contempta, falſum teſtimonium tulerint: nobis fecit ſuper his, quæ ſunt propoſita, plenam fidem, attendentes etiam, quòd falſi procuratoris exceptio non ſolùm ante ſententiam, verumetiam poſtea poteſt objici *a*: utpote qua probata judicium nullum, & nullius momenti controverſiæ reputantur, proceſſum ſupradictorum judicum ſententialiter duximus irritandum.

[ 1 *Quoniam citatio, licet eidem Epiſcopo minimè fuerit præſentata, cùm tamen ad ejus notitiam deveniſſet quòd eiſdem erat cauſa commiſſa, quæ inter ipſum & dictum Decanū & Archidiac. vertebatur ad earum præſentiam venire properavit.*]

## CAP. V.

*Si agitur de adulterio coram judice ſeculari ad pœnam legalem, non intervenit procurator: ſecus ſi coram eccleſiaſtico ad ſeparationem.*

Idem *Brixien. Epiſcopo.*

Tuæ fra. *b & infrà.* c Conſult: tuæ taliter reſpondemus, quòd ſi vir adcuſat uxorem de crimine adulterii coram judice ſeculari ad pœnam legitimam infligendam, quia tunc inſcriptionis vinculum debet adripere, ſeque ad pœnam talionis adſtringere: non per procuratorem, ſed per ipſum præſentem oportet præſentialiter adcuſare. Si verò vir adcuſare velit uxorem de adulterio coram eccleſiaſtico judice, ut ab ejus cohabitatione diſcedat, quia tunc etſi forſan oporteat eum inſcribere, ut deſignet in ſcriptis nomen, locum & tempus, & omnia quæ comprehenduntur in lege civili *d*: ad talionem tamen non debet ſe aliquatenus obligare: ne fortè cùm in probatione defecerit, intentionis ſuæ conſequatur effectum: ſuſtineri poteſt, ſi neceſſitas id poſtulaverit, ut per procuratorem adcuſet, quoniam hujuſmodi accuſatio, etſi de crimine fiat, non eſt tamen criminalis, ſed quaſi mixta inter civilem & criminalem, quanquam præſentia principalium perſonarum ſecurius procedatur.

## CAP. VI.

*Qui de mandato domini cauſam procuravit, ab eo repetit expenſas propter hoc factas.*

Idem.

Cum pro *e* cauſa qnæ inter G. & F. Gabilonen. *f* eccleſiæ Archidiac vertebatur: [ 1 *& infrà.*] Diſ.v. mandamus, quatenus expenſas Archidiacono reſtitui faciatis, ſi legitimè probare potuerit ſe de mandato capituli ſuſcepiſſe prædicta negotia promovenda, & propter hoc ad ſedem Apoſt. acceſſiſſe.

[ 1 *Procuratores utriuſque partis ad n. præſentiam acceſſiſſent, Archid. f. procurator propoſuit quòd à bo. me. Pp. p. n. confirmationis literas impetravit, ſub quibuſdam conſtitutionib. eccleſiæ de communi aſſenſu capituli conſtitutis, ex quarum inobſervantia eccleſia*

---

a *Vid. l. quæſitum. arg. à contrario ſenſu, ff. de re jud.* b *C. 3. eod. tit. in 2. compil.* c *Vid. l. in bona fidei. C. eod. & l. admonendi. ff. eod.* d *al. Cathalan.* e *C. 1. eod. tit. in 3. compilat.* f *Epiſcopum legitur in impreſſis & malè: antiqui omnes habent, ipſum.* g *Vix, criminibus, deeſt in omnibus antiquis.*

a *Vid. l. licet. C. de judic.* b *C. 2. eod. tit. in 3. comp.* c *C. tuæ. infr. de ſponſal. eſt pars hujus c.* d *Vid. l. libellorum. ff. de accu. & leg. prætor edixit. & ibi Bart. ff. uti poſſ.* e *C. 1. eod. tit. in 4. comp.* f *al. Gabion. al. Gabloni.*

*debito ſervitio fraudaretur, petebat itaque procurator pro Archidiacono memorato cauſam committi, & confirmari conſtitutiones prædictas, & ea reſtitui quæ ad utilitatem ipſius eccleſiæ coactus fuerat expendiſſe. & infrà.*]

## CAP. VII.

*Univerſitas etiam ſcholarium poteſt ad agendum & defendendum procuratorem conſtituere.*

Idem *ſcholaribus Pariſien.*

QVia in cauſis, quæ contra vos, & pro vobis moventur, veſtra univerſitas ad agendum & reſpondendum commodè intereſſe non poteſt, poſtulaſtis à nobis, ut procuratorem inſtituere ſuper hoc vobis de noſtra permiſſione liceret. Licet igitur de jure communi *a* hoc facere valeatis, inſtituendi tamen procuratorem ſuper his auctoritate præſentium vobis concedimus facultatem.

## CAP. VIII.

*Si citatus ad totam cauſam conſtituit procuratorem, quem poſtea revocat, poteſt nihilominus contra eum procedi, in quantum ſtatus cauſæ patitur ſine alia citatione. h. d. quo ad intellectum.*

Honorius III. *b Epiſcopo Egitanenſi* c.

AVditis & intellectis, quæ ſuper delegatorum noſtrorum proceſſibus fuere propoſita, proceſſus ipſos, & quæcunque ſecuta ſunt ex eis vel ob eos, noveris nos irrita judicaſſe, non obſtantibus literis, quas de revocatione *d* mandati procuratori ſuo Colubrienſ. Epiſcopus deſtinavit: cùm antequam ad illum literæ hujuſmodi pervenirent, fuiſſet ſuper eiſdem proceſſibus hinc inde concluſum. Cæterùm memoratum Colubrienſ. Epiſcopum, qui procuraverat totum negotium ad examen ſedis Apoſtol. advocari, & poſtmodum mandatum factum procuratori non ſine noſtro contemptu, & tuo diſpendio revocavit, condemnandum tibi duximus in expenſis, quas feciſti à tempore, quo ad procuratorem ipſius revocatoriæ literæ pervenerunt, & facies etiam *e* uſque quo per ſe idem Epiſcopus, vel per procuratorem idoneum ſe noſtro conſpectui præſentabit, in principali negotio legitimè proceſſurus.

## CAP. IX.

*Procurator Epiſcopi cauſas Epiſcopatus agit & defendit, licèt non fuerit datus ſub nomine ſyndici vel actoris.*

Idem *M. & R. canonicis Mutinen.*

PEtitio veſtra nobis exhibita continebat, cùm Mutinen. Epiſcopus in Livoniam profecturus, vos vicarios & procuratores ſuos conſtituit generales, vobis volentibus agere contra detentores bonorum Epiſcopi Mutinen. vel contra illum agentibus reſpondere: frequenter opponitur *f*, quòd facere non poteſtis, pro eo, quod in inſtrumento vicariæ, ſive procurationis hujuſmodi non exprimitur, quòd Epiſcopus ipſe conſtituerit vos ſyndicos vel actores: [ 1 *& infrà.*] Nos igitur ex tenore ipſius inſtrumenti liquidò cognoſcentes, quòd intentio fuit ipſius Epiſcopi dare vobis agendi & reſpondendi pro ipſo *g* liberam poteſtatem, exceptionem hujuſmodi penitus reprobamus.

[ 1 *Unde humiliter poſtulaſtis, ut cùm per exceptiones hujuſmodi frequenter impediatur utilitas Epiſcopi ſupradicti, ſuper hoc providere ſalubriter dignaremur.*]

## CAP. X.

*Providere debet judex, maximè in cauſa matrimoniali, quòd conſtituens procuratorem gaudeat plena libertate.*

Gregorius IX. *nobili viro Vbaldo* h *civi Piſano.*

ACcedens ad Apoſtol. ſed. *& infrà.* Mandamus, quatenus D. nobilem mulierem, quæ ſub tua poteſtate tenetur, plenæ reſtituas libertati, faciens ipſam ad caſtrum de Maſſa Lucanæ diœceſis ſecurè perduci, ut exiſtens ibidem libera, procuratorem liberè ordinare valeat, qui ſuam coram nobis juſtitiam proſequatur. Itemque ſuper ſponſalibus, quæ inter natam tuam & filium ejuſdem nobilis contracta proponuntur, procuratorem idoneum ad præſentiam noſtram mittas, qui ad agendum & reſpondendum plenam *a* habeat poteſtatem.

## CAP. XI.

*Si procuratori generali denegantur induciæ ad conſulendum dominum, ex cauſa probabili abſentem, poterit procurator appellare.*

Idem *Cantuarien. Archiepiſcopo.*

DIlectus filius magiſter L. rector eccleſiæ de [illegible] tranſmiſſa nobis petitione monſtravit, quòd cùm [illegible] Presbyter contra ipſum cauſa ſtudii Bononiæ commorantem ſuper eadem eccleſia ad judices noſtras literas impetraſſet, earum auctoritate à judicibus ipſis eodem rectore citato, procurator ipſius generalis ad omnia ejus mittenda negotia, pro eo, quòd competentem terminum, [illegible] quem rectorem ipſum conſuleret, utrum deberet contendere vel cedere quæſtioni, ſibi concedere denegabant, pro eodem noſtram audientiam appellavit.

Quocirca mandamus, quatenus ſi eſt ita revocatum irritum, &c.

## CAP. XII.

*Si reus recedit à judicio, dimiſſo procuratore ſolummodo ad [illegible] dum, contumax eſt, & condemnatur in expenſis.*

Idem *Epiſcopo Lexonen.*

COnſtitutis in præ. n. H. priore Sagien. & T. [illegible] lectum filium O. Subdiac. noſtrum ſuper cauſa, quæ inter ipſos ſuper quadam ſumma pecuniæ vertitur, conceſſimus auditorem: *& infrà.* Quia prior ſuper quâ pecunia, in qua dictus T. eum ſibi ſuæ uxoris nomine teneri dicebat, recepto libello illicentiatus receſſit, quendam procuratorem dimittens ſolummodo ad agendum, quem cùm auditor ipſe per mandatum procuratorium ſibi datum ad defendendum priorem ſufficientem non viderit, eum ex hoc reputans contumacem, ipſo priore T. in unam marcham ſterlingorum condemnavit, taxatione præhabita in expenſis *b. & infrà.* Nos autem finem litibus imponere cupientes, & quod ab auditore præfato factum eſſe dignoſcitur adprobantes, mandamus, quatenus partibus convocatis, &c.

## CAP. XIII.

*Tenet judicium agitatum, cum procuratore revocato, [illegible] nem judex & adverſarius ignoraverunt. h. d. ſecundum [illegible] nem intellectum & verum.*

Idem.

MAndato procuratoris poſt litem conteſtatam à Domino revocato, ſi hoc ignorante judice, vel adverſario factum fuerit, judicium quod idem quaſi procurator poſtmodum expertus eſt, ratum eſſe debebit.

## CAP. XIV.

*Filius familias poteſt eſſe procurator in judicio, etiam [illegible] lites: & procurator datus cum pluribus ſimul in ſolidum, [illegible] tur ſi præoccupavit negotium: ſecus ſi diverſo tempore [illegible] Item procurator appellare debet à ſententia, niſi ex cauſa [illegible] quo caſu debet Domino nunciare de ſententia: appellationem [illegible] proſequi non tenetur.*

Idem.

NOn injuſtè judex proceſſit, qui filium fa. in procuratorem admiſit. Quamvis ad futuras controverſias conſtitutum. Qui licet ſimul cum aliis datus fuerit, prius tamen procurationis officium occupaverit. Quod fieri nequiſſet in procuratoribus diverſis temporibus conſtitutis, quoniam dato poſteriori, [illegible]

---

a *Vide Hera. Luc. tract. de privil. ſchol. privil. 50.* b *In aliquot, Innoc. III.* c *al. Ægitanenſi.* d *recuſatione.* e *quouſq.* f *proponitur, in aliquot antiq.* g *In multis antiq. eſt dictio, Epiſc.* h *Vmbaldo.*

a *Plenariam.* b *Vide l. 1. cum. not. ibi, ff. quod cujuſq. univer.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eſſet procuratio revocata *a*. Potuit quoque is, & debuit à ſententia in eo, quod lata extitit contra ipſum, noſtram audientiam appellare, vel (ſi juſta *b* cauſa excuſabat eundem) ſaltem Domino conteſtari *c*, ut ad appellationis beneficium convolaret. Licet appellationem proſequi non teneretur invitus.

### CAP. XV.

*Procurator univerſitatis, cujus majores & jurati ſunt excommunicati, non repellitur ab impetrando, niſi illi in procuratorio ſint expreſſi, vel eorum auctoritate factum ſit, vel ad id ſcienter ſint admiſſi. h. d. & eſt deciſio notabilis & ſubtilis.*

Idem.

COnſulti ſumus, an conſtitutus ad impetrandum à communitate aliqua procurator, ab impetrando debeat excludi pro eo, quod majores & jurati *d*, per quos eadem communitas regebatur, tempore, quo injunctum fuit procurationis officium, erant excommunicationis ſententia innodati.

Taliter reſpondemus, quòd niſi eſſent illi in literis procurationis expreſſi, vel aliàs eorum auctoritate procurationis *e* inſtitutio facta fuiſſet, aut ſciens eos eſſe tales, ipſa communitas unà cum eis conſtituiſſet eundem, non eſt procurator hujuſmodi repellendus.

## DE SYNDICO.
### TITVLVS XXXIX.
### CAP. I.

*Religioſi debent habere ſyndicum, qui cauſas monaſterii agat, defendat etiam (ſi oportuerit) conſtituto illi ſalario.*

Gregorius Papa *Subdiac.* f *defenſori Siciliæ.*

SIcut ſtudii *g* noſtri eſſe debet à litigiis forenſibus monachos ſubmovere, ita neceſſe eſt noſtra proviſione, quemadmodum negotia eorum diſponi debeant, ordinare.

Pro qua re tibi præcipimus, quatenus cum Fauſto loqui debeas, cui (ſi voluerit) conſtituto ſalario, monaſterii generaliter debeas negotia commendare. Expedit enim pro parvo incommodo à ſtrepitu cauſarum ſervos Dei eſſe quietos.

## DE HIS, QVAE VI, METVSVE cauſa fiunt.
### TITVLVS XL.
### CAP. I.

*Si quis timore mortis, poſtea ratum non habens, religionem profitetur, exire, & matrimonium contrahere poteſt: ſecus ſi à principio, vel ex poſt facto liberè conſenſiſſet.*

Alexander III. *Oſcen. Epiſcopo* h, *& priori ſanctæ Mariæ Cæſarauguſt.*

PErlatum eſt ad audientiam *i* noſtram, quòd cùm quidam nobilis & potens M. uxorem ſuam ſuſpectam *k* haberet, milites ſui ejus præcepto eam ad quandam ſylvam ducentes, evaginato gladio occidere voluerunt: ſed tandem pietate ducti, ſub tali conditione pepercerunt eidem, quòd in monaſterio de Colobris *l* habitum ſuſciperet monachalem: [ 1 & ſ.] Epiſcopi verò miſſi à viro, ut ei velum imponerent, quia juraverat, & filium parvulum habebat, mutationem vitæ ſuæ ſuſpectam habentes, ſeorſum convenerunt eandem: quæ rem patefaciens, quòd mortis timore monaſterium intrabat, propoſuit, & quòd inde quandocunque poſſet, exiret: ſed alter *a* Epiſcoporum (ut viri tyrannidi ſatisfacere videretur) mulieri velum imponere ſimulavit: tandem viro de medio ſublato, prædicta mulier de monaſterio exiens, alium maritum accepit: quos Gallagoritanenſis Epiſcopus ad inſtantiam ſororum vinculo excommunicationis adſtrinxit: [ 2 & infrà.] Ideoque mandamus, quatenus prædictam mulierem & virum (recepto ſacramento, quòd veſtro debeant ſtare mandato) ab excommunicationis vinculo abſolvatis: deinde tam mulierem, quàm prioriſſam & moniales præſcripti monaſterii ante veſtram præſentiam convocantes, ſi legitimè probatum fuerit non timore mortis prædictam mulierem religionem intraſſe, aut quod fecit, poſtmodum ratum habuiſſe: ipſam ad monaſterium redire, & habitum depoſitum reaſſumere *b* cenſura eccleſiaſtica compellatis.

[ 1 *Quo audito maritus ejus quia reſervata erat ad vitam, grave plurimùm tulit, ſed tamen poſtmodum acquievit, ſicq; factum eſt quòd duos Epiſcopos Cæſaraug. & Teraſonen. ut eam benedicerent & illi velum imponerent, ad monaſterium ipſum adduxit.*]

[ 2 *Ignorans penitus quomodo res proceſſiſſet, quoniam utique ſententiam ven. f. n. Terragonenſ. Archiepiſcop. poſtea confirmavit. Nos igitur de prudentia & honeſtate veſtra confidentes, cauſam ipſam experientiæ veſtræ duximus committendam, & fine debito terminandam.*]

### CAP. II.

*Qui per metum amiſſionis patrimonii ſuo beneficio renunciat, illud repetere poteſt.*

Idem *Epiſcopo Vigornien.*

ABbas ſancti *c* Cadmundi *d*, à quo R. præſentium lator patrimonium ſuum tenere dignoſcitur, milites *ſuos* & Burgenſes ad domum ejus (ſicut accepimus) deſtinavit, qui eum à domo & univerſa poſſeſſione expellerent, niſi eccleſiam ſuam penitus abjuraret: quod cùm idem R. tali modo coactus feciſſet, Abbas alii conceſſit ſupradictam eccleſiam. Vnde quia quæ metu & vi fiunt, de jure debent in *e* irritum revocari: mandamus, quatenus prædicto R. cum integritate reſtituas univerſa.

### CAp. III.

*Qui terrore laicorum electioni de ſe factæ renunciat, ſi renunciatio juramento vel fide firmata non ſit, regimini, ad quod electus erat, præfici poterit.*

Cæleſtinus III.

AD aures noſtras *f* te ſignificante pervenit, quòd electus quidam in plebanum cujuſdam eccleſiæ ad errorem laicorum renunciavit electioni, quæ de ipſo fuerat à clericis, uno excepto, unanimiter celebrata: [ 1 & ſ.] Tuæ igitur diſcretioni præſentibus innoteſcat, quòd renunciatio facta ad terrorem laicorum (niſi fortè juramento, vel fide interpoſita, ſit confirmata) non impedit quo minus is, qui renunciavit eccleſiæ, ad cujus regimen prius erat electus, præficiatur eidem.

[ 1 *Is autem qui diſſenſit ante electionem ad ſedem Apoſtolic. vocem appellationis emiſit. Ideoq; conſulere voluiſti ſi renunciatio facta ad terrorem laicorum impediat quo minus ad regimen prædictæ eccleſiæ is qui fuerit prius electus aſſumi debeat, & ſi ejus appellatio valeat qui ſe non electurum juravit, & ne alii eligerent, appellavit.*]

### CAP. IV.

*Qui per metum, qui cadere potuit in conſtantem virum, beneficio ſuo renunciare juravit, & renunciavit, illud repetere potuit.*

Innocent. III. *Decano & Subdiacono Lincon.*

---

a *Vid. l. ſi quis eum. §. fi. ff. eod.* b *ut infirmitas, paupertas, vel juſtus metus.* c *id eſt, nunciare coram teſtib. l. ſi procuratorem. §. ſi ignorantes. ff. mand.* d *Vid. l. 1. ff. quod cujuſq; uni. & c. cum non ignores. de præb.* e *procurationis.* f *lib. 1. epiſt. 67. Regiſt. Petro.* g *C. 1. eod. tit. in 1. comp.* h *Reſtituta eſt à nobis vera inſcriptio, nam perperam ita prius legebatur, Exonen. Epiſc. & priori S. M. Cæſariæ.* i *poſt conc. Later. p. 50. c. 13. & c. 1. eod. tit. in 1. comp.* k *ſuſpectam ſcilic. de adulter.* l *Ita manuſc. emendatoris, ſed fortaſſis Calabres. al. Colubris. al. Tolabris.*

a *Tiraſonenſis ſcilicet, nam hic cum Cæſarauguſtano velum imponet, ut patet ex integra.* b *reſumere.* c *poſt Concil. Lateranen. part. 22. cap. 7. & c. 2. eod. tit. in 1. compil.* d *Eadmundi.* e *Vide leg. cum gloſſ. C. & ff. eod. Item Sot. infrà tit.* f *Cap. 1. eod. tit. in 2. compil.*

AD audientiam *a* noſtram magiſtro G. de Chevel. *b* ſignificante pervenit, quòd cùm eccleſiam de Chevel. canonicè fuiſſet adeptus, & aliquandiu pacificè poſſediſſet: graviſſimo tandem metu Regis, quòd eam reſignaret jurare coactus, eam in eorum, ad quos pertinebat manibus reſignavit. Quia verò, quæ vi metúſve cauſa fiunt, carere debent robore *c* firmitatis: mandamus, quatenus ſi eundem ad reſignationem conſtiterit vobis per talem metum fuiſſe coactum, qui potuerit & debuerit cadere in virum conſtantem, non obſtante juramento prædicto, quo non ad repetendum, ſed ad reſignandum ſolummodo tenebatur, præfatam eccleſiam ei reſtitui faciatis.

### CAP. V.

*Excommunicatus non eſt, qui abſolutè coactus excommunicato communicat, ſecus ſi coactio fuit conditionalis.*

Idem *Vidronen.* d *Archiepiſcopo.*

SAcris *e* eſt canonibus: *& infrà.* Diſtinguimus autem, utrum is, qui communicat excommunicatis invitus, ſit per coactionem adſtrictus *f*, aut per metum inductus. In primo caſu talem non credimus excommunicatione teneri, cùm magis pati, quàm agere *g* convincatur. In ſecundo licet metus attenuet culpam *h*, quia tamen non eam prorſus excludit, cùm pro nullo metu debeat quis mortale peccatum incurrere, excommunicationis labe credimus inquinari.

### CAP. VI.

*Metum paſſo non ſubvenitur, ſi non fuit talis, qui cadere potuit in conſtantem virum.*

Idem *Marſil. & Agathen. Epiſcopis.*

CVm dilectus filius: *& infrà.* Quia *i* conſtitit nobis de voto emiſſo, & de præſtito juramento à canonicis inſularum, quòd regulam Ciſtercien. obſervarent, vel tranſlationem ipſius eccleſiæ ad ordinem illorum nullatenus impedirent: cùm utrunque ſervatum non vergat in diſpendium ſalutis æternæ, nolentes viam perjuriis aperire. Non obſtante violentia, quæ proponebatur illata, cùm neque metum mortis, neque cruciatum corporis contineret *k*, & ideò non debuerat cadere in conſtantes. Nec obſtante dolo, pro quo ſe proponebant fuiſſe ſeductos: cùm talis dolus non tam ad circumventionem prædictorum Ciſtercien. quàm ad fatuitatem eorum debeat retorqueri. Super reſtitutione petita ſilentium eis duximus ſententialiter imponendum.

### CAP. VII.

*Probatur violentia per teſtes, res amiſſæ probantur per juramentum. Et ſuper valore rerum amiſſarum taxatione judicis præmiſſa, & ſecuto petentis juramento fit condemnatio.*

Gregorius IX.

SVper eo, quòd adverſarius veſter ſe conquerebatur à vobis per violentiam ſpoliatum, arbitramini contra vos fuiſſe injuſtè proceſſum, cùm non niſi proprio juramento probaverit ſingula, quæ amiſit. Verùm poſtquam de violentia per teſtes, & de amiſſis rebus per ipſius conſtiterit ſacramentum: potuit judex taxatione ab ipſo facta pro perſonarum ac negotii qualitate vos, in æſtimatione rerum amiſſarum juramento adverſarii declarata, rationabiliter condemnare *l*.

a *Capit. 1. eod. tit. in 3. compil.* b *Chevelle.* c *Vid. l. metum. §. ſed quod prætor. & §. volenti. & ibi Bart. ff. eod.* d *Vicroſien. al. Nidroſienſi.* e *C. 2. eod. tit. in 3. comp.* f *attractus, in manuſcr.* g *videatur, in impreſſis.* h *vid. l. fin. & ibi Bart. ff. de condict. ob tur. cau. & l. 1. §. metus. ff. eod.* i *C. 3. eod. tit. in 3. compil.* k *vid. l. 2. & ibi Bart. ff. de noxa.* l *Iſte text. reputatur ſingul. per Abb. hic & Brix. in ſuo dict. in verb. æſtimatio.*

## DE IN INTEGRVM RESTITUTIONE.

### TITVLVS XLI.

### CAP. I.

*Si in contractu venditionis vel locationis eccleſia fuit enormiter læſa, poteſt adverſus talem contractum petere reſtitutionem in integrum: emptor tamen ſicut conductor non debet fraudari [illegible] ſuo, vel in ſumptibus per eum factis.*

Alexand. III. *Alphanen. Epiſcopo.*

REquiſivit tua fraternitas quid agendum ſit a [illegible] poſſeſſionibus laicis ſub modico cenſu conceſſis. Noveris itaque, quòd ſi eccleſia læſa eſt, & manifeſtè adparet detrimentum ipſius (cùm Epiſcopo [illegible] conditionem facere deteriorem non liceat, & eccleſia jure minoris debeat ſemper illæſa ſervari) quæ [illegible] mnum ejus data conſtiterit, ad ipſius convenit [illegible] proprietatem redire. Providendum eſt tamen, [illegible] fortè coloni poſſeſſiones illas expenſis ac labore ſuo [illegible] diderint meliores, ſumptibus, quos bona fide fecerunt, debeant defraudari.

### CAP. II.

*Reſtituitur eccleſia læſa propter negligentiam procuratoris, [illegible] jura eccleſiæ non produxit.*

Innocentius III. *ſancti Gregorii, & ſancti Sergii Abbatibus.*

CVm veniſſent ad Apoſtolic. ſedem electus *b* & monachi Rothon. pro ſe ac pro monaſterio ſuo, [illegible] giſter A. pro Epiſcopo Venet. eis ſancti Georgii ad velum *aureum* Diacon. Cardinal. dedimus auditorem. Coram quo idem magiſter pro Epiſcopi parte propoſuit, [illegible] cùm monaſterium Rothonen. eſſet ſitum in dioc. Veneten. & eccleſiæ Veneten. ſubjectum, prædictus Epiſcopus poſſeſſione ſubjectionis uſus eſt hactenus [illegible] ſed cùm occaſione cujuſdam electionis, quæ ibidem facta fuerat, partes de communi adſenſu ad Nannet. Epiſcopum & ejus collegas *d*, commiſſionis [illegible] impetraſſent, duo eorum ad monaſterium acceſſerunt quorum adventum intruſus præſentiens, [illegible] hujuſmodi electioni, & ſe à monaſterio abſentavit. Sed judices auctoritate Apoſtol. monachis [illegible] ut ſyndicum vel procuratorem eligerent, qui [illegible] monaſterii & conſultè ageret, & utiliter reſponderet, diſtrictius inhibentes eiſdem, ne aliquem eligerent Abbatem donec plenius agnoſceretur de jure, [illegible] piſcopus ſe habere in Abbatis electione dicebat. Monachi verò etſi procuratorem ad mandatum judicum [illegible] legiſſent, Abbatem tamen contra inhibitionem [illegible] eligere præſumpſerunt: cujus electionem Epiſcopus [illegible] tiit infirmari, & ſe ac poſſeſſionem reſtitui, qua [illegible] monachi ſpoliarant. Deinde judices [illegible] tentiam protulerunt, electionem caſſantes [illegible] quam ſententiam dictus magiſter petiit confirmari. [illegible] hoc fuit reſponſum, quòd licet per procuratorem [illegible] parte monachorum fuiſſet propoſitum, quòd monaſterium ipſum ad Roman. eccleſ. nullo medio pertineret, dicti tamen judices contra eos procedere [illegible] nimosè cœperunt: *& infrà.* Nos igitur inſpectis [illegible] legiis præd. no. Leonis, Gregor. & Cle. quæ monaſterium illud ad jus & proprietatem indicant ſed. Apoſtolicæ pertinere, intelligentes, quòd monaſterii procurator etſi eadem privilegia coram prædictis judicibus [illegible] re omiſerit negligenter, jus tamen non tam ſuum, [illegible] noſtrum fuerit proteſtatus, videlicet, quòd monaſterium ipſum ad Rom. eccleſ. nullo medio pertineret, [illegible] ipſius negligentia in damnum, tam noſtrum, quàm [illegible] naſterii redundaret, ad audientiam reſtituimus [illegible]

a *C. 1. eod. tit. in 1. compil. & poſt conc. Later. p. 39. c.* [illegible] *eod. tit. in 3. compil.* c *Vincen. al. Venaſin. al. Nannen.* [illegible] *bates ſcilicet de Mater. & de Gromat.*

chos Rothon. *& infrà.* Electionem autem à monachis (ſicut dicitur) concorditer factam, pendente controverſia ex qua pendet, nec confirmandam duximus, nec etiam infirmandam.

## CAP. III.

*Eccleſia læſa in probatione neceſſaria omiſſa, poteſt petere reſtitutionem in integrum, non obſtante termino juris probationis excluſivo. Et reſtitutionem petere poteſt, non ſolùm contra privatum ſed etiam contra eccleſiam. h. d.*

Idem *Helien. & Floren.* a *Epiſcopis.*

AVditis & intellectis *b* cauſæ meritis in quæſtione, quæ vertitur inter Vigorien. Epiſcopum & Abbatem de Eveſcam ſuper eccleſiis in valle de *c* Eveſcam, quas Epiſcopus adſeruit ad ſe diœceſana lege ſpectare: Abbas autem eas ab ejus juriſdictione prorſus eſſe exemptas, cognovimus evidenter eccleſias illas per privilegia illa Rom. Pont. non eſſe ab Epiſcopali juriſdictione ſubtractas, niſi fortè vallis de Eveſcam ſit ille locus, qui ſuit à duobus Regibus *d* Roë, videlicet & Offa libertati donatus, & quem bonæ memoriæ Cœleſtinus Papa libertati donavit, ſicut in ipſius privilegiis continetur. Verùm tanto tempore probantur per teſtes ab Abbatibus de Eveſcam pleno jure poſſeſſæ, ut videatur in eis jus Epiſcopale legitimè præſcripſiſſe, niſi forte per tantum temporis ſpacium Vigorien. eccleſia interim vacaviſſet, ut tempore vacationis ſubducto, præſcriptio minimè ſit completa: *& infrà.* Licet autem utrinque ſit in cauſa concluſum, quia tamen utraque pars neceſſariam (ut adſerit) probationem omiſit: nos attendentes, quòd utraque eccleſia fungatur jure minoris, æquitate penſata utramque reſtituimus contra reliquam, ad probandam rationem *e* omiſſam, ne alterutra pars propter hujuſmodi negligentiam gravi jactura lædatur.

## CAP. IV.

*Reſtitutio ex juſta cauſa etiam majori eſt concedenda, dummodo juſta cauſa petendi probetur. Si autem non probatur plenè vel ſemiplenè conceditur reſtitutio in cauſa favorabili.*

Idem *priori ſanctæ Mariæ ad carceres, & canonico ſanctæ Mariæ de Mandria* f.

EX literis g Abbatis de Caluenſ. didicimus, quòd cùm Ramſane. & Grimol. Archiepiſcopi inter I. virum & L. mulierem ex delegatione noſtra ſententiam divortii protuliſſent, & appellat. interpoſita *h* cognitionem ſententiæ ipſi Abbati & Archipresbytero Paduano duxerimus committendam, quia pars mulieris ad peremptorium terminum non acceſſerat, Abbas ipſe, cui alter conjudex commiſerat vices ſuas, allegationibus diligenter inſpectis, latam à judicibus prædictis confirmavit ſententiam: ſed poſt octo dies pater puellæ accedens ad ipſum, intellecto quòd ſententiam protuliſſet, firmavit proprio juramento, quòd quidam ad eum & filiam ejus accedens, fraudulenter ſub ipſius Abbatis nomine falſas eis *i* literas præſentavit, quibus mandabatur eidem *k*, ut quia judex ad diem, quàm adſignaverat, venire non poterat, poſt octo dies à termino conſtituto, ipſius ſe conſpectui præſentaret: & poſtmodum appellavit ad ſedem Apoſtolicam & etiam ſupplicavit. Licet autem de fraude taliter perpetrata per hujuſmodi juramentum non conſtet ad plenum, in favorem tamen matrimonii de benignitate canonica contra fraudem propoſitam ſupplicationem mulieris admiſimus, & ad audientiam reſtituimus eam pro matrimonio poſtulantem. Ideoque mandamus, quatenus de cauſa prioris appellationis ordine judicario cognoſcentes, confirmetis vel infirmetis, ſicut juſtum fuerit, ſententiam à primis judicibus promulgatam.

## CAP. V.

*Etiam contra ſententiam Papæ reſtituitur eccleſia. hoc primò. Et cauſa reſtitutionis in integrum debet præſentibus partibus tractari. hoc ſecundò. hæc duo dicit quoad titulum.*

Idem *Epiſcopo & capitulo* a *Oſcenen.*

TVm *b* ex literis Cœleſtini Papæ prædeceſſoris noſtri, tum ex his, quæ ipſius temporibus geſta fuerunt, gravem *c* Ilerden. eccleſiæ intelleximus quæſtionem per ſententiam Eugenii Papæ ſuper eccleſiis quibuſdam prolatam, ſe læſam enormiter, & olim & nunc etiam conquerentis: unde cùm idem Cœl. tempore Anaſtaſii Papæ proximi ſucceſſoris ejuſdem Eugenii in minori adhuc officio conſtitutus, in partibus Hiſpaniarum legationis officio fungeretur, & *d* ex delegatione ipſius cognoſcere cœpit de controverſia memorata, cui etiam Alexand. ſucceſſor ipſius Anaſtaſii officio legationis denuò in partibus eiſdem fungenti, cauſam commiſit eandem: idem quoque Cœleſtinus ad apicem ſummi Pontificatus promotus G. ſancti Angeli Diacon. Cardin. tunc Apoſtol. ſed. leg. dictam controverſiam, ſub eo tenore commiſit, ut inſpectis Ilerden. eccleſiæ privilegiis, auditis etiam partium *e* rationibus memorata ſententia non obſtante, definitivam proferret ſententiam, eamque faceret obſervari: verùm quoniam per ipſum legatum, aut per alios, quibus ſub eodem tenore cauſa eadem commiſſa extitit (licet producti teſtes ex parte Ilerden. Epiſcopi recepti fuerant) mandatum Apoſtol. non extitit adimpletum, magiſter A. canonicus Ilerden. poſtulavit per officium noſtrum dictam ſententiam in melius reformari, & contra eam reſtitui eccleſiam Ilerden. Nos igitur cum fratribus noſtris & aliis deliberavimus diligenter: nonnullis adſerentibus quòd cùm prædictus C. *f* præ. no. contra jam dictam ſententiam viſus fuerit Ilerden. eccleſiæ reſtitutionis beneficium indulſiſſe, cùm ea non obſtante duxerit negotium committendum, & nos ſupplicationem ejuſdem eccleſiæ admittere debebamus *g*, præſertim quia ſententia Roman. ſed. non negatur poſſe in melius commutari, cùm aut ſubreptum aliquid fuerit, aut ipſa pro conſideratione ætatum & temporum, ſeu gravium neceſſitatum diſpenſativè quicquam ordinare decrevit. Et ſecundùm jura civilia Principes etiam contra res bis judicatas in auditorio ſuo examinari reſtitutionem in integrum permiſerunt. Perſpeximus quoque ex data ſententiæ in regeſto dicti Eugenii Papæ repertæ, quòd primo menſe ſui Pontificatus fuerit promulgata: quando non plenè de meritis ipſius cauſæ videbatur inſtructus, illa nitens præcipuè ratione, quòd privilegium Vrbani ſecundi ex parte veſtra productum, ſubjectum fuerat falſitati, cujus tenorem nos in regeſto ipſius invenimus incorruptum. Tandem deliberatio noſtra in hoc reſedit: ut an data ſit reſtitutio, an danda contra præmiſſam ſententiam, partibus præſentibus decernatur, quarum aſſertione merita cauſarum panduntur. Quocirca mandamus, quatenus uſque ad feſtum B. Lucæ, vel in propriis perſonis, vel per idoneum reſponſalem noſtro vos conſpectui præſentetis, quòd dicta ſententia retractari non debeat (ſi poteritis) oſtenſuri: vel ſi forte exigente juſtitia fuerit retractanda, vel per vos vel per reſponſalem idoneum *h* appareatis ſufficienter inſtructi: ut in principali negotio canonicè procedatur: pro certo ſcituri, quòd cùm propter multam locorum diſtantiam non poſſit ad vos ſine magnis laboribus & expen-

---

a *Ramſen. al. Roſen. in plur. manuſcr. Foren.* b *C. 2. eod. tit. in 3. comp.* c *Super quibuſdam eccl. in valle de Eveſcam conſtit. al. Viſtam.* d *In uno manuſcr. ita: O videlicet & I.* e *allegationem ſua intentionis.* f *al. Mantria. al. Mantua.* g *C. 3. eod. tit. in 3. comp.* h *Interpoſita ad nos, &c.* i *ei.* k *eiſdem.*

a *Oſcen. al. Oſenenſi.* b *Capit. 4. eod. titul. in 3. compilation.* c *Vide Ioann. Vaſeum in Annal. Hiſpaniæ, cap. 20.* d *deeſt in antiq. et.* e *id eſt, juribus & alleg.* f *Papa.* g *debeamus.* h *compareatis.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſis ſæpius haberi recurſus, ſi ad præmiſſum terminum, quem vobis peremptorium aſſignamus, injuncta vobis contempſeritis adimplere: nos nihilominus in ipſo negotio, quantum de jure poterimus, procedemus.

### CAP. VI.

*Petitio reſtitutionis in integrum contra ſententiam, ſuſpendit regulariter executionem ſententiæ in eventu iſtius cauſæ reſtitutionis; fallit ſi contra petentem reſtitutionem eſt præſumptio malitiæ, quòd cauſa differendi executionem hoc petat: quo caſu executio ſit, præſtita cautione de reſtituendo, ſi petens reſtitutionem obtinebit in cauſa. h. d. ſecundum mentem junctæ glo. pe. & in hoc ultimo eſt iſte tex. valde ſingularis reſpectu utriuſq; juris.*

Idem.

SVſcitata *a* ſuper diverſis articulis inter Burgen. Epiſcopum & Ovien. monaſterium quæſtione: *& infrà.* Nos intellectis, quæ utraque pars propoſuit coram nobis ſuper quatuor articulis prænotatis, monaſterium Ovien. juſtitia condemnavimus exigente. Sententia verò lata procurator monaſterii ad probandam præſcriptionem factam tam ſuper quatuor articulis prænotatis, quàm etiam ſuper quibuſdam decimis per tranſactionem acquiſitis, reſtitutionem in integrum nomine monaſterii poſtulavit, quam eidem duximus indulgendam: *& infrà.*

Ne verò per excogitatam malitiam (ſicut ex præſumptionibus pluribus videbatur) effectum ſententiæ in damnum Epiſcopi contingeret impediri, néve monaſterium per executionem ſententiæ propter diverſas ſuſpiciones incurreret detrimentum: nos æquitate penſata, jure duximus providendum, ut ante omnia ſuprà dicta ſententia executioni mandetur: *& infrà.* Volumus nihilominus & mandamus, ut *b* ab Epiſcopo ipſo recipiatis idoneam cautionem: quòd ſi monaſterium in cauſa ipſa prævaluerit, univerſa, quæ medio tempore ſententiæ ipſius occaſione perceperit, monaſterio reſtituat memorato.

### CAP. VII.

*Poſt peremptorium non auditur eccleſia de jure communi, auditur tamen per beneficium reſtitutionis in integrum.*

Honorius III. *Archiep. & capitulo Bracaren.*

COram felicis me. I. Papa præd. n. lite inter Archiepiſcopum Toletan. & te frater Archiepiſcope ſuper primaria ſolenniter conteſtata, fuit peremptorius terminus aſſignatus: *& infrà.*

Verùm elapſo termino conſtituto, poſt exſpectationem non modicam comparuerunt procuratores veſtri: ſed quia non attulerant depoſitiones teſtium & alia munimenta, dilationem cum inſtantia poſtularunt. Poſtquam verò *c* contra eos interlocuti fuimus ſuper dilatione petita, tandem indulgeri eccleſiæ Bracaren. dilationem propter inſtructionem cauſæ per auxilium reſtitutionis in integrum poſtularunt, exhibentes ſuper hoc ex parte veſtra ſpeciale mandatum. Nos autem uſque ad octavas Pentecoſtes per reſtitutionis beneficium id vobis duximus indulgendum *d.*

### CAP. VIII.

*Reſtituitur minor in eo, quod contraxit vel omiſit, ſi probat exinde ſe læſum, & ſit intra tempora reſtitutionis petenda.*

Gregorius IX.

COnſtitutus in noſtra præſentia magiſter Guil. pro ſe ac fratre ſuo I. canonico *e* Parroſinen. exhibita nobis petitione monſtravit, quòd *f* eis in minori conſtitutis ætate, ac eorum matre (cujus ſucceſſores exiſtunt) rebus humanis exempta, quondam G. pater ipſorum quaſdam poſſeſſiones utrique communes quibusdam vendidit pro quadam pecuniæ quantitate [illegible] juſmodi venditio robur firmitatis haberet) [illegible] vit eoſdem *a*, & fecit eos contractui conſentire. Quare ſupplicavit, ut vel venditionem eandem man[illegible] nunciari nullam, vel cùm adhuc exiſtant intra [illegible] ad obtinendum beneficium in integrum reſtitut[illegible] dultum, & intra annum & diem à tempore [illegible] ipſis tanquam proximioribus competeret ſuper [illegible] tione jus offerendi emptoribus precium: juxta [illegible] cipii Patroſinen. conſuetudinem approbatam, quod [illegible] ctenus omiſerunt, dignaremur eis ſuper utroque ([illegible] in hoc non modicum læſi noſcantur, & emptoribus [illegible] tionis ejuſdem, vel eorum ſucceſſoribus precium [illegible] ferre parati) per idem beneficium ſubvenire. Quo[illegible] mandamus, quatenus ſi præmiſſa inveneritis [illegible] ſubnixa, vel venditionem prædictam, quò ad partem [illegible] ſucceſſione materna, ipſos contingentem nullam [illegible] re curetis, ſi in ea debita juris ſolennitas eſt omiſſa [illegible] ſi forſitan intervenerit, & eos læſos eſſe conſtiterit, [illegible] ſuper ea, quàm ſuper reſidua portione, dum tamen [illegible] offerunt duxerint faciendum *b*, auctoritate noſtra in [illegible] tegrum reſtituere ſtudeatis.

### CAP. IX.

*Reſtitutio in integrum poſtulanda eſt ab ordinario, adminiſtra[illegible] tionem habente, vel à delegato ab eo: ſive hæc cauſa ſit [illegible] delegata, ſive incidat in cauſa generaliter commiſſa. [illegible] rio verò adminiſtrationem non habente, vel à delegato [illegible] bet, niſi veniat incidenter in cauſa. Arbiter autem de cauſa [illegible] tionis non cognoſcit, nec poteſt aſſumi in majoribus cauſis.*

Idem.

CAuſa reſtitutionis in integrum, coram judicibus [illegible] dinariis adminiſtrationem habentibus, vel [illegible] ab eis tractari poterit & finiri *c*, ſive hoc ipſis [illegible] tis ſpecialiter demandatum fuerit, ſive in *d* commiſſo eis negotio contingat incidere hujuſmodi quæſtio. Delegati verò ab ordinariis, qui adminiſtrationem [illegible] habent, ſed tantummodo facultatem judicandi, [illegible] bitri de hac cauſa cognoſcere nequeunt, niſi cum [illegible] mota fuerit incidenter. In matrimoniali quoque [illegible] liberali vel criminali, cùm majores judices [illegible] biter nequit aſſumi.

### CAP. X.

*Reſtitutio denegata eccleſiæ, ulterius ſibi non conceditur [illegible] ex nova cauſa: reſtituitur tamen ad appellandum à ſententia [illegible] negationis.*

Idem.

BEneficio reſtitutionis in integrum eccleſiæ [illegible] lio judicio denegato, reſtitutio (præterquam [illegible] pellationem omiſſam) videtur eidem eccleſiæ [illegible] negari, niſi novis defenſionibus ad hujuſmodi [illegible] cium admittenda.

## DE ALIENATIONE IVDICII mutandi cauſa facta.

### TITVLVS XLII.

### CAP. I.

*Is, in quem facta eſt alienatio res cauſa mutandi judicii, [illegible] nitur per reſcriptum impetratum contra alienantem.*

Alexander III. *Dunelm. e Epiſ.*

EX quorundam *f* relatione audivimus, [illegible] cùm aliqui literas à nobis commiſſionis [illegible]

a *Cap. 1. eod. tit. in 4. compil.* b *al. quatenus.* c *inter eos.* d *Vid. l. ſi quando: & ibi Bart. C. de dilat.* e *Paronen. al. Parenenſ.* f *Hic in vulgat. habe. dictio, cum, quam nec ſeries orationis admittit, nec habent manuſcr.*

a *Infero quòd qualitas clericatus & canonicatus* [illegible] *quem à patria poteſtate, ſed ſola Epiſcopalis.* [illegible] *dign. §. palam. & auth. dignitas. C. de Epiſc. & cler.* b [illegible] *antiquo, ipſos auctoritate noſtra.* c *Vide* [illegible] *ubi & apud quem.* d *Dictio, in, deeſt.* e [illegible] *in 1. compil.* f *Cap. 1. eod. tit in 1. compil. & poſt* [illegible] *ſub Alexand. 3. p. 49. c. 5.*

trant, adverſarii (ut mandatum noſtrum eludant) antequam literæ ad judicem perveniant, vel etiam poſtea quam literæ ad judicem perveniant, vel etiam poſtea quam citentur ab eis, in vocem appellationis prorumpunt: [1 & ſ.] Nos igitur contra prædictam calliditatem & verſutiam providere volentes: mandamus, quatenus ſi adverſarii eorum pro evacuando noſtro mandato taliter appellaverint, aut de poſſeſſione, de qua controverſia vertitur, commutationem fecerint *a*, vel ſe malitioſè duxerint abſentandos: eos, qui in poſſeſſione ſe ingeſſerunt, appel. ceſ. cogatis ſub veſtro examine juris æquitati parere.

[1 Vel commutationem facientes aliquos in poſſeſſionem eorum de quibus controverſia vertitur, malitioſè inducunt.]

CAP. II.

*Clericus cauſa mutandi judicium, non debet recipere ceſſionem à laico.*

Gregorius IX. *Abbati S. Nicolai, & Decano Furven.* b *Morin. diœceſ.*

EX parte Scabinorum *c* Hipretis *d* fuit propoſitum, quòd inter laicos ejuſdem loci quæſtionibus emergentibus dirimendis per judicium ſeculare, quidam clerici ſibi dono vel precio ab aliquibus laicorum ipſorum cedi faciunt actiones, ut adverſarios ad eccleſiaſticum forum trahant, & prædam ex hujuſmodi commercio adſequantur: & infrà. Cùm igitur ceſſiones & emptiones hujuſmodi legitimæ prohibeant ſanctiones, ita quòd jactura cauſæ afficiant illos, qui ſibi potentiorum patrocinium taliter advocare præſumunt, & ex eo ſint etiam odioſæ, quod ex fonte cupiditatis videntur procedere: mandamus, quatenus clericos memoratos à præſumptione hujuſmodi per cen. eccl. compeſcatis.

## DE ARBITRIS.
## *TITVLVS XLIII.*

CAP. I.

*Arbitri ſunt in diſpari numero adſumendi, & eis diſcordantibus ſtatur ſententiæ majoris partis.*

Ex Concilio Africano. *e*

SAnè: & infrà: *f* Si autem ex communi placito Epiſcoporum, inter quos cauſa verſatur, arbitros elegerint, aut unus eligatur, aut tres: ut ſi tres elegerint, aut omnium ſequantur ſententiam, aut duorum *g*.

CAP. II.

*Nullum eſt arbitrium ſeu arbitramentum continens peccatum per partes non remiſſibile.*

Alexander III. *Eboracen. Archiepiſcopo.*

NOn ſine multa neceſſitate *h* A. Presbyter nobis propoſuit, quòd cùm in eccleſia ſancti Alphridi per manum R. Archi. de Suella perſonæ illius *i* eccleſiæ capellanus inſtitutus fuiſſet, eodem R. mortuo M. nepos ejus, qui ſibi in eccleſia jam dicta ſucceſſit, eundem Presbyterum capellanum ibidem iterum ordinavit [1 & ſ.] Cùm autem idem Presbyter extra provinciam exulans, de ſuo beneficio non poſſet juſtitiam obtinere, nec ſuam ulterius inopiam ſuſtinere, per dolum & fraudem ipſius M. ab eo eſt ſacramentum extortum, ut arbitrium clericorum duorum exinde ſuſciperet & ſervaret: qui jam dicto M. faventes *k* Presbytero præceperunt, ut quinque marchas pro eodem ſuſciperet, & tunc cederet quæſtioni. Quoniam igitur non decet te aliquatenus ſuſtinere, ut quod perperam arbitratum ſit, debeat incorrectum relinqui, mandamus, quatenus ſi cognoverint præfati clerici tam nequiter arbitratos fuiſſe, dictum Presbyterum ab obſervantia juramenti auctoritate noſtra prorſus abſolvas: vel ſi arbitrium ipſum noveris æquitate ſubnixum, ad obſervantiam ipſius utramque partem adp. ceſ. compellas.

[1 *Quorum temporibus xxx. annis & ultra capellaniam ejuſdem eccleſiæ pacificè ſe aſſerit tenuiſſe, tandem verò idem M. ab eadem eccleſia volens ipſum Presbyterum removere, in eum cœpit indebitas exactiones exercere: & quidam ejus homo circa domum ſuam egreſſus, violentas manus in eum injecit. & idem M. niſus eſt eum circumvenire, ut pro v. marchis argenti quas etiam idem M. ei promittebat annuatim nomine penſionis ſoluturum, prædicta capellania cedere non differret. Præfato verò Presbytero nolente ejus exequi voluntatem, M. prædictus tantum dicitur feciſſe, quòd poſt multas injurias & gravamina ſibi illata occupatis omnibus aliis rebus ab officio & beneficio eſt ſuſpenſus, vel ſpoliatus.*

CAP. III.

*Arbiter adſumptus in patrimoniali cauſa cleri, non poteſt adjudicare rem eccleſiæ poſſidendam, etiam ad vitam clerici. hoc dicit, & eſt caſus notabilis.*

Idem *Exonienſi Epiſc.*

PErvenit *a* ad nos, quòd cùm G. de Cal. ſororem G. clerici duxiſſet in uxorem, idem G. fidei interpoſitione firmavit, quòd v. ſol. ſterlingorum annuatim daret eidem. unde cùm ſuper eiſdem v. ſol. inter ipſos controverſia mota fuiſſet, in quatuor compromiſere perſonas, quæ taliter arbitratæ fuerunt, quòd idem G. decimas, quas in parœcia de Cal. præfatus G. habere dignoſcitur, pro v. prætaxatis ſol. perciperet annuatim. Vnde quoniam hujuſmodi arbitrium eccleſiæ poſſet in poſterum perničioſum exiſtere, mandamus, quatenus ſi ita inveneris, prænominatum G. diligenter commoneas, & ec. di. *b* compellas, ut prælibatas decimas liberas omninò dimittat, nec ſibi occaſione hujuſmodi aliquid ulterius vindicare præſumat. Clericum verò moneas, ut cum eodem G. amicabiliter ſtudeat convenire.

CAP. IV.

*In mulierem ſingularem tanquam in arbitratricem compromitti non poteſt: ſecus ſi mulier habet aliàs juriſdictionem de jure communi vel conſuetudine. nam tunc etiam ſuper rebus temporalibus eccleſiæ poteſt in eam validè compromitti. h. d. clarè.*

Innocentius III. *cancellario & magiſtro Loth. canonico Pariſien.*

DIlecti filii Abbas *c* & conventus de Scarduna Ciſtercien. ordinis, ſua nobis querela monſtrarunt, quòd cùm inter eos ex una parte, ac hoſpitalarios ex altera, ſuper uſuario cujuſdam nemoris quæſtio verteretur, in A. reginam Francorum fuit compromiſſum utrinque, quæ cauſæ meritis intellectis, arbitrium duxit per definitivam ſententiam promulgandum: [1 & ſ.] Quamvis autem ſecundùm regulam juris civilis fœminæ à publicis officiis ſint remotæ, & alibi dicatur *d*, quòd licet ſummæ opinionis exiſtant, ſi arbitrium in ſe ſuſceperint, vel ſi patronæ inter libertos ſuos interpoſuerint audientiam, ab omni ſunt *e* judiciali examine ſeparandæ, ut ex earum prolatione nulla pœna adverſus earum contemptores, nullaque pacti exceptio habeatur: quia tamen juxta conſuetudinem adprobatam, quæ pro lege ſervatur, in partibus Gallicanis fœminæ præcellentes in ſubditos ſuos ordinariam juriſdictionem habere noſcuntur, mandamus, quatenus hoſpitalarios, ut arbitrium ipſum præſertim cum Epiſcoporum fuerit præſentia & conſilio roboratum, ſicut providè latum eſt, & ab utraque parte ſponte receptum, obſervent, per pœnam in compromiſſo ſtatutam adpel. poſtpo. compellatis.

---

a vide l. fin. cum gloſſ. C. de litig. b *al. Faren.* c *Scabinos vocant Belgæ & alii populi ſenatores ſeu oppidorum magiſtratus.* d *Hipreti.* e *Conc. Afric. 88. Concil. Milev. c. 24. Burc. lib. 1. dec. cap. 88. Ivo p. 5. c. 176.* f *cap. 4. De for. comp. in 1. compil.* g *Vide l. item ſi unus. & l. ſi tres, D. eo.* h *cap. 1. eod. tit. in 2. compil.* i *vox eccleſia deeſt in aliquot vet.* k *eidem Preſbytero.*

a *C. 2. eod. tit. in 2. compil.* b *Id eſt, eccleſiaſtica diſtrictione, vel diſciplina: non diſcretione.* c *Cap. 1. eod. tit. in 3. compil.* d *l. ult. C. de arbitris.* e *al. ſint.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[ 1 *Et redactam in ſcripto proprio Epiſcoporum qui ibi interfuerunt fecit firmari ſigillis. contra cujus ſententiam hoſpitalarii temere venire non timent.*]

### CAP. V.

*Eccleſia empta non poteſt in præjudicium exemptionis compromittere. hoc dicit, & clarè.*

Idem *Abbati & conventui de Pigravia.* a

CVm tempore C. Papæ *b* præ. no. [ 1 & ℣.] Super controverſiis, quæ inter te & Mersburgen. Epiſcopum & quosdam tuos monachos vertebantur, te promiſiſti arbitrium Magdeburgen. Archiepiſcopi ſervaturum: [ 2 & ℣.] Quia legitimè conſtitit, quòd fide hincinde data compromiſſum eſt in Archiepiſcopum memoratum, nos arbitrium ab ipſo prolatum decernimus obſervandum, illis duntaxat capitulis exceptis, quæ contra libertatem ipſius monaſterii, & duarum capellarum ejusdem in arbitrio ſunt expreſſa. Cùm etſi ſponte volueris *c*, de jure tamen nequiveris, ſine licentia Roman. Pontif. renunciare privilegiis vel indulgentiis libertatis, quæ monaſterium illud indicant ad jus & proprietatem Rom. eccleſ. pertinere.

[ 1 *Tu fili Abbas ad Rom. eccleſiam acceſſiſſes, & privilegia & alia ſcripta a ſed. ap. merueris obtinere, Memburgen. Epiſcopus ſicut aſſeris, propter hoc eſt graviter contra te commotus, tu verò timens tibi & monaſterio tuo periculum imminere.*]

[ 2 *Sicq; factum eſt, ut idem Archiepiſcopus adjunctis ſibi tam clericis quam laicis ſub certa forma arbitrium promulgavit, & cauſas ſuſpectionis multiplices aſſignavit. Conſequenter etiam judicium volens declinare, ſed. ap. appellavit: ſed reverſus poſtmodum coram eiſdem ſacramentum de calumnia præſtitit, & teſtes produxit, petitis dilationibus & obtentis. Ipſi verò judices procedentes in cauſa, auditis atteſtationibus utriuſq; partis geſta omnia, ſigillorum ſuorum munimine roborata, ad ſe. ap. deſtinarunt, terminum partibus imponentes, quo receptura ſententiam apo. ſed. ſe præſentarent. & infrà. Quia verò memoratus Epiſcopus eò quòd juramentum præſtitit de calumnia, & à delegatis inducias poſtulavit, & teſtes coram eis produxit, renunciaſſe appellationi videtur, & eorum examini conſenſiſſe. Nos habito f. n. con. in præmiſſa incidenti quæſtione interlocuti ſumus, & quòd deberent quæ coram prædictis judicibus geſta fuerant publicari, ut ſecundùm tenorem ipſorum noſtra tandem ſententia informaretur: tibi igitur & procuratoribus ſupradicti Epiſcopi, ven. fr. n. Hoſtien. Epiſcop. & dil. fi. P. ti. S. M. eccleſiæ Presbyterum cardinalem dedimus auditores, qui cùm ea quæ fuerunt hincinde propoſita & oſtenſa, nobis & fratribus noſtris fideliter retuliſſent.*]

### CAP. VI.

*Arbiter non habet poteſtatem judicandi ultra comprehenſa in compromiſſo: ideò coram eo non fit reconventio.*

Idem *Epiſcopo S. Andreæ, & Abbati de Bechet.* d

CVm dilectus filius: & infrà. Vtrum *e* coram arbitris reconventioni ſit locus, poſtulaſti per ſed. Apoſt. explicari. Nos igitur reſpondemus, quòd licet in judicio convenientem reconvenire valeatis, qui coram judice convenitur, coram arbitris tamen reconveniri non poteſt: cùm arbitri judicare non valeant, niſi de his tantùm, ſuper quibus in eos extiterit compromiſſum.

### CAP. VII.

*Qui per arbitrium tenetur eligere cum aliquorum conſilio, tenetur illorum conſilium in tractatu electionis requirere, ſed ſequi non adſtringitur.*

Idem *rectori & fratribus hoſpitalis S. Bartholomæi Lucani.*

CVm olim *a* ſuper eligendo in hoſpitali [illegible] ctore & fratribus inter vos & priorem ſancti Barthol. Lucan. coram judicibus delegatis quæſtio [illegible] utraque pars in eos compromittens ipſorum [illegible] ſe promiſerit ſervaturum: ſuper prolato ab ipſis [illegible] utrinque dubitatio eſt exorta, quam petiiſtis per ſed. A poſt. declarari. Nos igitur publico inſtrumento [illegible] trium continente diligenter inſpecto, cognovimus quòd ſecundùm formam arbitrii prior ſancti Bartho. Luc. tenetur habere conſilium cum familia hoſpitalis [illegible] & tractare cum ea de inveniendo rectore. Propter [illegible] dicimus quòd niſi prior ſuper inveniendo rectore [illegible] verit cum familia hoſpitalis, & ipſius conſilium [illegible] rit, non habet poteſtatem eligendi rectorem: & [illegible] modo eum elegerit, ejus electio haberi debet [illegible] anis. Verùm habito *b* cum familia ſuper hoc [illegible] & tractatu, prior liberè poteſt rectorem eligere, [illegible] idoneum, ſive concordet ſive diſcordet familia [illegible] ſuper inventione rectoris.

### CAP. VIII.

*De rebus ſpiritualibus in laicum compromitti non poteſt.*

Idem *in Concilio generali* c.

COntingit *d* interdum, quod cum actoris & [illegible] hoc generaliter prohibemus, ne ſuper rebus ſpiritua libus compromittatur in laicum; quia non decet [illegible] in talibus arbitretur.

### CAP. IX.

*Auctoritate judicis cauſa etiam delegati poteſt in [illegible] tuali in clericum & laicum compromitti: & ſi arbitrium [illegible] tibus receptum, debet à partibus executioni mandari, [illegible] ralem procuratorem factum fuerit compromiſſum. [illegible] fuit arbitrium approbatum, & pœna fuit appoſita [illegible] aliàs ad intereſſe. hoc dicit, generaliter inhærendo [illegible].*

Idem *Piſano Archiepiſcopo.*

PEr tuas *e* literas intimaſti, quod cùm ſuper [illegible] tione arbitrii, quod inter hoſpitalarios ſancti [illegible] nis & plebanum de Piſcia *f* ſuper hoſpitali [illegible] Allucii latum erat, à nobis literas accepiſſes: [ 1 [illegible] Plebanus propoſuit, quòd ad cauſam tractandam procuratori dedit generale mandatum, non [illegible] mandavit, ut ſine ſpeciali mandato compro[illegible] poſſet, vel tranſigere ſuper eo. Et præterea [illegible] tor jam dictus de aſſenſu canonicorum ſuorum [illegible] rat inſtitutus: & ideò dicebat arbitrium non [illegible] præſertim cùm procurator fines mandati [illegible] arbitrium fuerit per unum clericum & [illegible] promulgatum, licet ipſi de aſſenſu *i* Genuen. [illegible] epiſcopi, cui cauſa commiſſa fuerat, arbitrium [illegible] liſſent [ 2 & ℣.] Super quo frater. t. t. quod ſi [illegible] plebani arbitrium receptum fuerit, indiſtinctè [illegible] haberi debet, ac per hoc juxta tenorem [illegible] executioni mandari. Si verò receptum non [illegible] fert, utrum fuerit vel non de obſervando [illegible] ſtatuta. Et quidem ſi pœna appoſita fuit [illegible] pœnam: at ſi nulla ſtatuta fuerit, ſed [illegible] quòd ſtaretur ſententiæ, compromiſſum, [illegible] intereſſe poterit *k* conveniri, quia juramentum [illegible] ipſum perſonaliter, non eccleſiam poterit [illegible] Quod autem à duobus laicis & uno clerico [illegible] prolatum, nequaquam obviare videtur, cùm [illegible]

---

a al. Pigamia. al Piſania. b cap. 2. eod. tit. in 3. compilat. c Hinc videtur inferri quòd exempta eccleſia non poteſt renunciare privilegio libertatis contra l. ſiquis in ſcribendo. C. de pactis. d al. Beton. e ca. 3. eod. tit. in 3. compil.

a Cap. 4. eod. tit. in 3. compilat. b al. [illegible] trum & familia ſuper hoc conſilio & tractatu &c. c [illegible] d Cap. 1. eod. tit. in 4. compil. Reliqua pars hujus [illegible] in c. contingit. ℣. de dolo & contum. e Cap. [illegible] pil. f Piſa. g Allucii. h In aliquibus exemp. [illegible] cet ad cauſam tractandam proc. ſuo dederit generale [illegible] quæ lectio planior eſt. i Ianuenſ. k Vide l. [illegible] procur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tunc dicti Archiepiſcopi factum ſit, cui cauſa, de qua dicitur compromiſſum, fuerat delegata.

[ 1 *Partibus in tua præſentia conſtitutis hoſpitalarii à te executionem arbitrii poſtulabant, aſſerentes illud debere obſervari, pro eo quod procurator plebani ſponte in arbitros juramento interpoſito compromiſit, quoniam dicebant compromittendi & transſigendi ſuper eodem negotio (arbitrium) recepiſſe.*

[ 2 *Unde cum ſuper his dubietas fuiſſet exorta per ap. ſed. oraculum doceri petiiſti, qualiter ſuper negotio iſto tibi ſit procedendum.*]

## CAP. X.

*Super duos electos ad eandem prælaturam in diſcordia compromiſſum in ordinarium, morte alterius compromittentium expirat compromiſſum: ordinarius tamen ex poteſtate ordinaria procedit ſuper jure ſuperſtitis, antequam fiat tranſitus ad aliam electionem. h. d.*

Honorius III. *Archiepiſcopo Colonien.*

EX parte tua noſtris eſt auribus intimatum, quòd vacante præpoſitura ſancti *a* Cuneberti in Colonia, canonici ejusdem eccleſiæ vota ſua diviſerunt in duos, videlicet H. de Iuliaco, *b* & C. de *c* Lombardia: & infrà. Cumque poſtmodum tractaretur ſuper electione hujuſmodi, & partes eſſent in tua præſentia conſtitutæ, in te demum ſuper hoc fide præſtita compromittere curaverunt, qui cauſæ meritis diligenter inſpectis ad proferendam definitivam ſententiam diem ipſis conſentientibus præfixiſti. Interim verò præfato H. ab una parte electo ſublato de medio ſupradictis canonicis inhibere curaſti, ne eo pendente ſententia procederetur ad electionem aliam faciendam: quorum quidam nihilo minus B. Coloniensem canonicum elegerunt. Die igitur quo ſententia proferri debuit, in tua præſentia partibus conſtitutis, dictus B. allegavit, quòd procedere ulterius non deberes. Quapropter tibi edoceri à nobis humiliter poſtulanti, breviter reſpondemus: quòd licet arbitrium ſit finitum per mortem ipſius *d* H. prius tamen de primæ electionis meritis debuiſti cognoſcere, quàm proceſſus fieret ad ſecundam: nam ſi dictus C. ſuperſtes in electione jus habet, ſecunda conſtat penitus non valere.

## CAP. XI.

*Arbiter poſt rem judicatam ſuper diſcordiis novis adſumptus, non poteſt per ſuum arbitrium ſententiam immutare, etiam ſi de componendis inter partes mandatum acceperit à Papa.*

Idem electo *e* & Abbati ſancti Zenon. & C. *canonico Veron.*

EXpoſita nobis Feltren. & Belien. *f* electi petitio continebat, quòd cùm cauſa, quæ inter anteceſſorem ſuum ex parte una, & cives Terviſinos ex altera, ſuper diſtrictu & rebus aliis vertebatur, per ſententiam Hoſtienſ. Epiſcopi tunc Apoſt. ſed. leg. fuerit terminata: [ 1 & ſ.] Tandem ſuper quibusdam diſcordiis, quæ hincinde videbantur exortæ, in ducem Venetorum tanquam in arbitrum cum parte altera compromiſit: [ 2 & ſ.] Licet autem eidem literas noſtras miſerimus, ut ad componendum inter partes laborare deberet, cùm tamen intentionis noſtræ non fuerit immutare ſententiam ipſam, vel ſopitas per eam querimonias ſuſcitare: mandamus, quatenus (præfatis literis non obſtantibus) quicquid per prænominati ducis arbitrium contra ipſius legati ſententiam inveneritis eſſe factum, in irritum revocetis: *g* & ei diſtrictius inhibentes, ne ulterius in compromiſſo procedat, eundem ad reſtitutionem obſidum occaſione illius compromiſſi ſibi datorum, ut ipſi arbitrium ſervaretur, per cenſ. eccleſ. compellentes.

[ 1 *Et ipſius anteceſſor electi adjudicata ſibi per legatum eundem diu pacifice poſſediſſet, ipſe nihilominus habito canonicorum ſuorum aſſenſu in præjudicium eccleſiarum ſuarum.*]

[ 2 *Qui veniens contra eandem ſententiam auct. ap. confirmatam ſuper rebus judicatis ab eodem legato adverſus prædictas eccleſias æquitate poſtpoſita iniquum arbitrium promulgavit.*

## CAP. XII.

*Non valet compromiſſum factum in duos ſive plures, hoc adjecto, ut in caſu diſcordiæ eligatur tertius per eoſdem vel alios. h. d.*

Gregorius IX. *decano & magiſtro P. canonico S. Petri Atrebatenſis diœceſis.*

INnotuit nobis Gulielmo laico conquerente, quòd cùm O. laicus ipſum ſuper quadam ſumma pecuniæ coram judicibus auctoritate Apoſtolica conveniſſet, tandem fuit à partibus in duos arbitros compromiſſum: ſic tamen quòd ſi illi duo adinvicem diſcordarent, tertium adderent judices nominati, retenta penes ſe compellendi partes ad obſervandum arbitrium per dictos arbitros promulgandum nihilominus poteſtate. Cumque tertius arbiter à judicibus prædictis electus, cum altero duorum ipſum parti alteri condemnaſſet: idem ex eo ſentiens à ſæpedictis judicibus ſe gravari, quòd ipſum ad *a* obſervantiam hujuſmodi arbitrii compellebant, noſtram appellavit audientiam: ſed ipſi appellatione contempta, excommunicationis tulerunt ſententiam in eundem. Ideoque mandamus, quatenus ſi eſt ita, cùm legali ſit proviſione ſtatutum, ut compromiſſum de incerta perſona in arbitrium adſumenda non teneat, dictam excommunicationis ſententiam denuncietis penitus nullam eſſe. *b*

## CAP. XIII.

*Valet compromiſſum factum in unum vel in plures, ut ipſi per ſe cauſam definiant, vel per alios quos ipſi elegerint. hoc dicit, ſecundum intellectum, quem ſenſit gloſ. hic: & Innocentius in capite præcedenti, qui placet mihi. Pannor.*

Idem *abbatiſſæ & conventui Iotren.*

CVm à nobis petitur: & infrà. Ex parte veſtra fuit propoſitum, quòd olim inter vos & Senon. Archiepiſcopum quæſtione ſuborta ſuper eo quòd idem Archiepiſcopus adſerens, monaſterium veſtrum metropolitico jure ſibi ſubeſſe, procurationes & res alias exigebat à vobis. Tandem in V. ſancti angeli diacon. cardin. tunc Apoſtolicæ ſedis legatum, à partibus concorditer compromiſſo ſub certa pœna, quòd arbitrio ſeu ordinationi ejusdem, vel duorum mediatorum, quos idem ſuper hoc deputaret, præcisè parerent: magiſter P. capellanus noſter, & I. Archidiaconus Senon. mediatores ab eodem ſuper hoc deputati legato, ordinando & definiendo cauſam hujuſmodi terminaverunt. Nos igitur, quòd per prædictos mediatores ſuper hoc actum eſt, auctoritate Apoſtolica confirmamus.

## CAP. XIV.

*Compromiſſum ante ſententiam latam finitur morte alterius compromittentium, unde non tranſit in hæredes compromittentium, niſi de eis ſit cautum in compromiſſo. hoc dicit, comprehendendo mentem capituli.*

Idem.

COmpromiſſum non extenditur in compromittentis hæredes, ſi de ipſis non caveatur ibidem. *c*

a *Vaderi al. Caſiberti.* b *Villiaco.* c *Barbaria.* d *Vide l. item proferre. §. 1. & l. ſed interpellatur. ff. eod.* e *al. Feltren. Abbati.* f *al. Felten. al. Filten. al. Belnen. al. Belien.* g *Ad hanc text. vide Abba.*

a *Obſervationem.* b *Vide l. item ſi unus. §. ſi in duos. ff. eo.* c *Vide l. veteribus. C. de contra. & commit. ſtipul.*

FINIS LIBRI PRIMI.